

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest



Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR



Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR
THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BR
60
.M6
V.64

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS, FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORUM.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATEBALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXIV.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, MELETIUS MONACHUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860/SV
73

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PR�ÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII, TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT, SUPPLEMENTI FORMA IN HOC ULTIMO VOLUMINE COLLECTIS ET ANALOGICE DISPOSITIS; GRÆCIS EA QUA PAR ERAT CURA ET DILIGENTIA LATINITATE DONATIS.

ACCEDIT

MELETII MONACHI DE NATURA HOMINIS LIBER.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,
Bibliothecæ Cleri universæ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS DECIMUS TERTIUS ET ULTIMUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

—

1860

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXIV CONTINENTUR.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS CP. ARCHIEPISCOPUS.

Sermones tredecim qui S. Joannis Chrysostomi nomine circumferuntur *col.* 11
Synopsis eorum quæ in operibus Chrysostomi observantur. 51
Testimonia veterum de Chrysostomi scriptis. 89
Catalogus operum omnium Chrysostomi, secundum ordinem editionis Morelli, collatæ cum hac nova editione Montefalconiana. 117
Catalogus operum omnium Chrysostomi, secundum ordinem editionis Savilii, collatæ cum hac nova editione Montefalconiana. 127
Catalogus Augustanus scriptorum S. Chrysostomi germanorum. 141
In omnia opera sancti Joannis Chrysostomi index generalis. 145

SUPPLEMENTUM AD EDITIONEM MAURINO-BENEDICTINAM.

SUPPLEMENTUM AD HOMILIAS.

Homilia de sancta Pentecoste, ex Spicilegio card. Ang. Maii, col. 417. — Homilia in pœnitentiam Ninivitarum, ex Anecdotis J. Mariæ Bandini, col. 423. — Homilia De eleemosyna et in divitem ac Lazarum, ex ms. Naniano ap. Galland., col. 433. — Homilia in decem millia talenta et centum denarios et de oblivione injuriarum, ex editione Chr. Frid. Matthæi, col. 443. — Homiliæ quinque ex editione Lipsiensi M. Guill. Theod Maur. Becheri, quæ tamen Chrysostomo abjudicandæ videntur. Hom. 1. Ad eos qui magni æstumant opes et erga res vitæ splendidas temere affecti fuerunt, col. 453. Hom. 2 : De precatione, col. 461. Hom. III, in illud I Cor. VI, 18 : « Omne peccatum quod fecerit homo, » etc., col. 466. Hom. IV, quod virtus animi præ omnibus honore digna sit, col. 471. Hom. 5, in illud ad Hebr. III, 1 : « Intueamini apostolum et pontificem, » etc., col. 479. — Homiliæ fragmentum quæ inscribitur : « De iis qui ad divina mysteria cum attentione accedunt et in eos qui ad Encænia relicti sunt, » ex Iriarti Catalogo cod. Græc. Matrit., col. 494.

SUPPLEMENTUM AD EPISTOLAS.

S. Joannis Chrysostomi epistola ad Eudoxiam imperatricem, ut Theognosti mulieri vinetum ablatam restituat, ex editione Andreæ Gallandii, col. 495. — S. Joannis Chrysostomi epistola ad Cæsarium monachum, cum versione Italica DD. Maffei, ex Canisii Thesauro edit. Basnag., col. 497.

SUPPLEMENTUM AD COMMENTARIOS IN SCRIPTURAM.

Ἠθικὸν, epilogus seu peroratio homiliæ XVIII S. Chrysostomi in Genesim, ex codice Naniano XLIII, ap. Mittarelli *Cod. Nanian.*, col. 499. — Fragmentum in libros Regum, ex Bibliotheca nova Patrum card. Ang. Maii, col. 501. — Specimen Expositionis S. Joannis Chrysostomi in Job, ex codice XIII biblioth. Medicæo-Laurentianæ, pluteo IX, ap. Bandini Anecdota Græca, col. 503. — Fragmenta in Job ex Catena Patricii Junii, col. 505. — Fragmenta in Salomonis Proverbia, ex Bibliotheca nova Patrum card. Angeli Maii, col. 657. — Fragmenta in Jeremiam prophetam, ex catena Michaelis Ghislerii, col. 759. — Fragmenta in Epistolam ad Romanos, ex S. Nicephori Apologetico pro sanctis imaginibus in Biblioth. nov. Patrum Ang. Maii, col. 1037. — Fragmenta in Epistolas catholicas ex catena J.-A. Crameri, col. 1039.

SUPPLEMENTUM AD LITURGIAM.

Orationes pro obsessis a dæmonibus et aliqua infirmitate detentis, ex Goari Rituali Græcorum, col. 1061.

MELETIUS MONACHUS.

Novi Editoris Monitum. *col.* 1073
Meletii de natura hominis liber, ex editione J.-A. Crameri, ad codicem Parisiensem n. 2299, optimæ notæ, collata et ex eo nonnihil aucta. 1075
Index rerum quæ in Meletii libro continentur. 1311
Index alphabeticus operum S. Chrysostomi ex primis verbis tractatuum, sermonum, homiliarum et epistolarum. 1327

Parisiis. — Ex typis MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM

IN SERMONES TREDECIM SEQUENTES QUI S. JOANNIS CHRYSOSTOMI NOMINE CIRCUMFERUNTUR.

Tanta tamque expedita fuit doctoris nostri concionandi facultas, ut nihil mirum, si nova subinde ejus opera eruantur e tenebris. Non paucas in superioribus tomis homilias hactenus ignotas emisimus, et undecim simul præclaras in duodecimo tomo dedimus, quæ nunc primum in lucem prolatæ sunt.

Jam pridem vero tredecim alias accepimus a clarissimo et doctissimo viro Gualtero Taylor Anglo missas, cum hac in frontispicio nota : *E Codice manuscripto annorum circiter* 700, *quem inter alios a cœnobio* τοῦ Παντοκράτορος *in monte Atho, invectos in Angliam anno* 1727, *suis sumptibus emit Collegii Trinitatis præses R. Bentleius, et in bibliotheca sua conservat. Has homilias exscripsit et Latine vertit Gualterus Taylor.*

Accuratissime vero interpretis munere functus est : nusquam vidi versionem exquisitiorem ; ita ut, in tot sermonum decursu, paucissima, imo fere nulla, in melius mutanda censuerim.

Jam de singulis his sermonibus disquirendum, an vere Chrysostomi sint, an falso illi adscribantur. Innumera jam vidimus, quæ tanti doctoris nomen ementiebantur. Multi enim scriptores, ut opera sua venditarent, illa Chrysostomi nomine insignire solebant : bibliopolæ quoque, ut emptores allicerent, aliena licet, exornabant tanti doctoris nomine.

I. Primus itaque sermo, de Pœnitentia et de Davide, cujus initium est, *Ecce hodie nobis lectus est beatus David*, Chrysostomi esse omnino videtur. Stylus sancti doctoris hic eminet : morales adhortationes pro more suo adjicit : et tres affert causas cur Deus permiserit justos, ut Abrahamum, Moysem et Davidem in peccata incidere : prima scilicet est, ut justi caveant de vita sua, neque de bonis operibus extollantur ; secunda, ne peccatores de seipsis desperent, sed exemplo Davidis, confessionis et pœnitentiæ remedium adhibeant, etiamsi in peccata reciderint ; tertia, quia Jesus Christus, cum solus sine peccato esset, alios etiam justos in peccata incidere permisit, ut postea aliis pœnitentiæ exemplum essent.

II. Secundus sermo, de iis qui in jejunio continenter vivunt, etc., cujus initium, *Pugiles quidem diebus singulis*, non est Chrysostomi, ut statim deprehendet quisquis ejus germana opera assidue legerit et observarit. Videtur esse cujusdam Græculi commentum.

III. Tertius sermo, de Temperantia, cujus initium, *Qui disciplinis aliquibus incumbentes.* Hæc item homilia brevissima, Chrysostomo prorsus indigna videtur. Eamdemque sententiam laturos arbitror omnes qui in legendis ejus operibus versati, et ordiendi modum, et stylum et brevitatem nimiam perpendent.

IV. Quartus sermo de Parabola decem millium talentorum, et contra Judæos, cujus initium, *Clementiæ Domini nostri magnificentia*, est fragmentum brevissimum alicunde divulsum. An inter opera Chrysostomi lateret frustra quæsivi. Ob nimiam brevitatem judicium ferri non posse videtur an sit Joannis Chrysostomi, necne.

V. Quintus sermo, de sanguinis fluxu laborante, cujus initium est, *Aliis quidem alias negotiationes*, non est Chrysostomi, sed cujusdam Græculi, qui futilia non pauca admiscet : ac de ea quæ per duodecim annos sanguinis fluxu laboraverat ridiculo agens, quid illi singulis annis acciderit divinando profert.

VI. Sextus sermo, Quod mari similis sit hæc vita, cujus initium, *Qui in mari navigant*, non est Chrysostomi, ut quivis emunctæ naris homo, in sancti doctoris operum lectione versatus, facile deprehendet. Nam et stylus, et ordiendi atque concionandi modus, Græculum sapiunt.

VII. Septimus sermo, in illud, *Simile est regnum cœlorum grano sinapis*, cujus initium, *Quid majus regno cœlorum.* Hic sermo, comparationibus ad nauseam usque plenus, a stylo Chrysostomi videtur mihi longe alienus, nec inter genuina tanti doctoris opera accensendus est. (In Eclogas partim receptus est.)

VIII. Octavus sermo, in illud, *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt : ecce nova facta sunt omnia ;* longissimus, qui tredecim paginas occupat, est viri quidem docti, nec infacundi ; sed qui tropis ac figuris ad nauseam usque redundat. Initium sermonis est : *Magna quidem diligentia.* Pergit deinde, et per quinque paginas multa profert de sancto Paulo quæ ad propositum argumentum non pertinent, et aliquando ridicula sunt ; ut cum, de auditorum attentione loquens, dicit : *Et palpebras vestras tanquam cornua erectas video.* Demum ad Scripturæ sacræ locum illum, *Si qua in Christo nova creatura*, etc., advenit, et quasi novam homiliam incipit. Nec stylus, nec ordiendi, nec concionandi, nec in fine perorandi modus Chrysostomi esse videtur, qui plus habet nativæ elegantiæ, quam artificiosæ diligentiæ, et sicubi arte utitur, ita rem temperat, ut semper lateat artificium. Hæc autem concio ad stylum, ut ita dicam, ferreum, propius accedit.

IX. Nonus sermo, in illud, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui ;* cujus initium, *Hic prolis amans pater*, initio videtur de patre et suo et auditorum suorum loqui ; sicut et Joannes Chrysostomus, cum presbyter esset Antiochenus, de Flaviano Antiochiæ archiepiscopo non raro loquebatur initio homiliarum suarum. Hunc morem consulto secutus videtur qui hunc sermonem Chrysostomi nomine texuit ; nam Chrysostomi non esse, tum stylus, tum ordiendi modus et concionandi ratio suadent : quod spero fatebuntur ii qui tanti doctoris opera assidue legerunt. Vidimus supra, Tom. VI. col. 245-246, Chrysostomum presbyterum Flaviano episcopo inductum ut sui loco concionaretur : sed vidimus alium quoque Tom. VI, col. 411-412 (qui Chrysostomi nomen, ut putamus, ementitur), episcopum suum, nempe Flavianum memorantem.

X. Decimus sermo in Evangelii dictum, et de Virginitate ; cujus initium est, *Nullum ænigma tradidit.* Hunc sermonem oblongum, tropis, declamationibus et figuris ad nauseam usque refertum, non esse Chrysostomi puto, sed cujusdam Græci declamatoris qui sancti doctoris nomen ementitus est.

XI. Undecimus sermo brevissimus, de Cognitione Dei, et in sancta Theophania, etc., cujus initium, *Quemadmodum ii qui in visu corporeo*, in quo, licet brevissimo, exordium oratione tota sequenti longius est ; sicque omnia temperantur, ut nemo non judicet hoc opusculum Chrysostomi non esse.

XII. Duodecimus sermo, in Assumptionem Domini, cujus initium est. *Quandoquidem per gratiam Dei.* Hanc brevissimam homiliam indignam Chrysostomo esse fatebuntur, quotquot in ejus libris legendis et observandis operam navant.

XIII. Decimus tertius sermo seu homilia, in Stagnum Genezareth, et in sanctum Petrum apostolum, cujus initium, *Quando celebris est magister.* Non esse Chrysostomi homiliam istam hæc suadent : stylus a Chrysostomo longe alienus ; maxime vero dialogus ille Petri cum Jesu Christo, qui a rei veritate plurimum deflectit.

265478

Digitized by Google

Распознавание текста ABK/FR

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

Περὶ μετανοίας, καὶ εἰς τὸ ἀνάγνωσμα τοῦ Δαυὶδ περὶ τῆς τοῦ Οὐρίου.

[201] Ἰδοὺ σήμερον ἡμῖν ὁ μακάριος Δαυὶδ ἀνεγνώσθη, ὁ μουσουργὸς τῆς σωφροσύνης καὶ διδάσκαλος. Ὅταν γὰρ τὴν πνευματικὴν αὐτοῦ λύραν κινήσῃ διὰ τῶν Ψαλμῶν, θέλγει μὲν τὴν ἀκοήν, σωφρονίζει δὲ τὸν λογισμόν. Διὰ τοῦτο τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ᾠκονόμησε καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρὰ πάσης σχεδὸν ψυχῆς Χριστιανικῆς αὐτὸν μελῳδεῖσθαι, ἵνα καὶ τὴν ἀκοὴν εὐφραινώμεθα, καὶ τὴν ψυχὴν ὠφελώμεθα. Ἐμοὶ δὲ πολλάκις ἐπέρχεται θαυμάσαι, καὶ πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν ἐξέστην τῇ διανοίᾳ, [οἷα] λογιζόμενος καὶ λέγων, Τίνος ἕνεκεν παρὰ πάσας τὰς γραφὰς τὰς ἐν τῇ Παλαιᾷ, τὰς ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ, τὴν τοῦ Δαυὶδ βίβλον οὕτως ἀγαπῶσι πάντες, καὶ τοῦτον μόνον ἐπὶ στόματος φέρειν πάντες ἐμελέτησαν; Μωϋσῆς ἦν μέγας νομοθέτης, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν Θεὸν θεασάμενος· ὃς πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐξ ἀρχῆς ἄνωθεν ἡμῖν γνωρίζων, καὶ τὸν κτίστην ἀνακηρύττων ἔλεγεν· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Καὶ τούτου βιβλίον ἐστὶ μέγιστον καὶ πάσης σοφίας πεπληρωμένον, καὶ μόλις [202] αὐτὸ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἅπαξ ἢ δεύτερον τῆς ἑβδομάδος ἀναπτύσσομεν. Ἀλλὰ λέγεις, Τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἐστί. Καὶ τί πρὸς τὴν τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ἀνάγνωσιν; ὅπου τὰ θαύματα τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἀνακηρύττεται· ὅπου Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις συναναμίγνυται [a], καὶ θάνατος λόγῳ καταλύεται· ὅπου δαίμονες ἐξ ἐπιτάγματος φυγαδεύονται, καὶ λεπροὶ λόγῳ καθαρίζονται· ὅπου τυφλοὶ τὸ λεῖπον [b] τῆς φύσεως πηλῷ θεραπεύονται, καὶ πεντακισχίλιοι κατὰ τὴν ἔρημον ἐκ πέντε ἄρτων διατρέφονται· ὅπου ληστὴς εἰς παράδεισον εἰσοικίζεται, καὶ πόρνη καθαρωτέρα τῶν ἄστρων εὑρίσκεται· ὅπου τὰ τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖθρα πρὸς ἁγιασμὸν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἁγιάζεται, καὶ μονογενὴς Υἱὸς παρὰ τοῦ Πατρὸς οὐρανόθεν ἀνακηρύττεται· ὅπου τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστὸς ἀνακαινίζει, καὶ ἀνακαινίζων πρὸς σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἀνακηρύττων λέγει· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται;* Ἀλλ' ὅρα, καὶ τούτους τοὺς νόμους ἅπαξ ἢ δεύτερον ἀναγινώσκομεν τῆς ἑβδομάδος. Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι βασιλικοὺς στεφάνους οὐ χρὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν δημοσιεῦσαι. Καὶ τί πρὸς τὸν μακάριον ἀπόστολον Παῦλον, τὸν ῥήτορα τοῦ Χριστοῦ, τὸν τῆς οἰκουμένης ἀλιέα, τὸν διὰ δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν ὥσπερ διὰ δικτύων πνευματικῶν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην εἰς σωτηρίαν σαγηνεύσαντα· τὸν ἁρπαγέντα ἕως τοῦ τρίτου οὐρανοῦ, καὶ πάλιν εἰς τὸν παράδεισον· τὸν πιστευθέντα τὰ μυστήρια τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι; Ἐπεὶ καὶ τοῦτον δὶς [c] τῆς ἑβδομάδος ἀναγινώσκομεν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ διὰ στόματος φέρομεν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν μόνον τὸν νοῦν ἀνατείναντες, ταύτῃ μόνῃ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον στοιχοῦμεν. Τί οὖν εἰπεῖν ἔχω πρὸς τὸν μακάριον Δαυὶδ, ὅπως ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις ᾠκονόμησε καθ' ἑκάστην ἡμέραν τε καὶ νύκτα αὐτὸν ἀνακηρύττεσθαι; πάντες γὰρ αὐτὸν ἀντὶ μύρου διὰ στόματος φέρομεν. Ἐν ἐκκλησίᾳ παννυχίδες, καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυὶδ· ἐν ὀρθριναῖς ὑμνολογίαις καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυὶδ· ἐν τοῖς σκηνώμασι τῶν νεκρῶν προπομπαί, καὶ πρῶτος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυὶδ· ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν παρθένων ἱστουργίαι, καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυίδ. Ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων! πολλοὶ μήτε γραμμάτων πεῖραν τὴν ἀρχὴν εἰληφότες, ἐκμαθόντες, ὅλον τὸν Δαυὶδ ἀποστηθίζουσιν [d]. Ἀλλ' οὐ μόνον ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς ἐκκλησίαις οὕτω κατὰ πάντα καιρὸν καὶ κατὰ πᾶσαν ἡλικίαν ἐκλάμπει, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀγροῖς καὶ ἐν ἐρημίαις καὶ εἰς τὴν ἀοίκητον γῆν μετὰ πλείονος τῆς σπουδῆς χοροστασίας ἱερὰς ἀνεγείρει τῷ Θεῷ. Ἐν μοναστηρίοις χορὸς ἅγιος ταγμάτων ἀγγελικῶν, καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυὶδ· ἐν ἀσκητηρίοις [203] παρθένων ἀγέλαι τῶν τὴν Μαριὰμ

[a] Vaticanus τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφη.
[b] Anglicanus male τῷ λείποντι.
[c] Vaticanus δίς, Anglicanus δεύτερον.
[d] Anglicanus ἀποστιχίζουσιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

DE PŒNITENTIA, ET IN LECTIONEM DE DAVIDE ET DE UXORE URIÆ

Ecce hodie nobis lectus est beatus David, modulator ille temperantiæ et magister. Quando enim per psalmos spiritualem lyram suam movet, aures mulcet et rationem temperat. Idcirco per gratiam Spiritus constitutum est, ut quotidie, in omni fere precatione [1] Christiana, ipse cum modulamine cantetur, ut et auribus oblectemur, et anima juvemur. Sæpe autem mihi mirari subit, ac frequenter mente attonitus fui, mecum reputans et dicens, cur præ Scripturis omnibus Veteris et Novi Testamenti Davidicum librum ita diligunt omnes, ut hunc solum in ore habere sint solliciti. Moyses magnus erat legislator, qui facie ad faciem Deum vidit; qui totam creationem a principio nobis et creatorem prædicans, dixit: *In principio fecit Deus cœlum et terram* (*Gen.* 1, 1); hujusque liber est maximus et omni sapientia plenus: tamenque vix illum semel et bis in hebdomade [2] in singulis ecclesiis aperimus. At dicis, Testamenti veteris pars est. Quid autem de sanctorum Evangeliorum lectione? ubi præsentis Christi miracula prædicantur; ubi Deus cum hominibus versatur, et mors verbo dissolvitur; ubi dæmones mandato fugantur, et leprosi verbo mundantur, ubi cæci, sublato naturæ defectu, luto sanantur, et quinquies mille homines in deserto ex quinque panibus aluntur; ubi latro in paradisum introducitur, et meretrix ipsis sideribus purior reperitur; ubi Jordanis fluenta ad sanctificationem animarum nostrarum consecrantur, et unigenitus Filius a Patre de cœlo declaratur; ubi vitam nostram Christus renovat, et renovando ad salutem humani generis prædicans ait: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (*Matth.* V, 3 *et* 6)? Verum attende, has quoque leges semel aut bis in hebdomade legimus. Dices vero, non oportere coronas regias quotidie publicas facere. Quid porro de beato apostolo Paulo, Christi oratore, terrarum orbis piscatore: qui, per quatuordecim Epistolas, tanquam per retia spiritualia, totum orbem ad salutem irretivit; qui usque ad tertium cœlum, et rursus in paradisum raptus est; cui credita sunt mysteria regni Dei, quæ non licet homini loqui (II *Cor.* XII, 4)? quandoquidem et hunc bis solum in hebdomade legimus, ejusque Epistolam in ore habemus; sed lectioni tantum animo intenti, huic uni illo tempore operam damus. Quid igitur dicendum mihi suppetit de beato Davide, qua ratione per Spiritus gratiam provisum sit ut singulis diebus et noctibus prædiceretur? omnes enim illum pro unguento portamus in ore. In ecclesia sunt pervigilia; ac primus, medius et ultimus est David: in matutinis hymnorum canticis, primus,

[1] Ms. anglicanus, *in omni fere anima.*
[2] Vaticanus, *semel in anno.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

medius et ultimus est David : in tentoriis ubi mortuorum deductiones, primus et postremus est David : in ædibus virginum, ubi texturæ fiunt, et primus et medius et postremus est David. O res inopinatas ! multi qui ne litterarum quidem principia noverunt, totum tamen Davidem edocti, ordine recitant, ac non modo in urbibus et in ecclesiis, omni tempore et per ætates vitæ omnes, clarescit, sed etiam in agris, in desertis et per terram non habitatam cum sedulitate plurima tripudia sacra Deo excitat. In monasteriis, ubi chorus sanctus ordinum angelicorum, et primus, medius et postremus est David : in asceteriis, ubi greges virginum Mariam imitantium, et primus, medius et postremus est David : in desertis viri sunt crucifixi cum Deo versantes ; ac primus, medius et postremus est David. Et omnes quidem homines naturalis per noctem somni tyrannidem patientes, in profundum detrahuntur : David vero solus instat, et servos Dei ad angelica excitat pervigilia, terram in cœlum convertens, et homines angelis æquales efficiens, vitam nostram in omnibus ornans, et factus omnibus omnia, et per omnia vitam nostram angelicam reddens : cum pueris una crescens, juniores ad intelligentiam provocans, virginibus continentiam largiens, senioribus donans securitatem, peccatores ad pœnitentiam advocans et dicens, *Confitemini Domino quoniam bonus* (*Psal.* CXVII, 1) : eos qui per pœnitentiam recte processerunt corroborans et dicens, *Delictu juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris* (*Ibid.*, XXIV, 7) : eos qui beneficia acceperunt ad gratiarum actionem excitans et dicens, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi* (*Ib.*, CXV, 3)? crebro peccantes ad confessionem provocans his verbis, *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit* (*Ib.*, CXXIX, 3) ? eos qui quærunt a Deo misericordiam erudiens et dicens, *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam* (*Ibid.*, L, 11) : eos qui ad sacerdotale munus vocantur muniens ac dicens, *Ne projicias me a facie tua* (*Ib.*, L, 13) : in jus raptos instruens his verbis, *Redime me a calumniis hominum* (*Ib.*, CXVIII, 134) : metuentes inimicorum irruptionem admonens et dicens, *Eripe me de inimicis meis, Deus* (*Ib.*, LVIII, 2) : exspectantes et beneficiis affectos ad gratiarum actionem excitans his verbis, *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi, et exaudivit preces meas* (*Ib.*, XXXIX, 2).

O magnam citharam animas hominum per orbem habitabilem, quasi nervos quosdam, ad confessionem unam pulsantem ! Et quomodo vir talis et tantus, qui multitudines hominum [1] ornat, et sermones encomiasticos superat ; qui regimen angelicum in terra constituit, et cum angelorum fausta acclamatione in cœlo coronatur : quomodo, inquam, permissum est ut in duo præcipua peccata delaberetur ? nam peccatorum præcipua sunt, *Non occides, non mœchaberis* (*Exod.* XX, 13, 14) ; et ut in hæc præcipua peccata delaberetur permissum est. Ideo sæpe hæc mecum reputans et animadvertens, mente attonitus sum, et sicut navigium in mari absque nauclero huc et illuc circumlatum fluctibus jactatur, ita mihi sæpe ratiocinia procellis commota sunt [2], cogitanti ac dicenti : Quomodo vir tantis bonis exornatus, rex et propheta, Christi servus et pater : servus, secundum naturam ; pater, secundum carnem ; nam *Liber generationis Jesu Christi, filii David* (*Matth.* I, 1) ; virtutibus magis, quam diademate ornatus ; amictus veste purpurea, et humilitate indutus, dicensque : *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me ; si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam, sicut ablactatus* (*Psal.* CXXX, 1, 2) ; qui tolerantiæ maiorum coronavit metas, et ait : *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala* (*Ps.* VII, 4, 5) : qui non modo superbiam excutit, sed etiam superbos abominatur et ait : *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam : qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum* (*Ib.*, C, 7) : qui cum fiducia dicit Deo : *Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas* (*Ib.*, XVI, 3). Quid autem loquor ? quorsum ejus testimoniis usus sum ? Sæpe etiam dicunt nonnulli : Fide non est dignus qui sibi ipsi perhibet testimonium ; alius ejus opera testetur, alius ejus coronarum sit præco, alius ejus vitæ sit testis, ut et fide dignius sit testimonium. Quem porro fide digniorem habemus Deo dicente : *Inveni David Filium Jesse, virum secundum cor meum* (*Act.* XIII, 22). Quid hoc testimonio tutius ? Ac quomodo vir tantis clarus operibus bonis, qui secundum cor Dei fuisse asseritur ; quomodo, inquam, in peccatorum præcipua deferri permissus est ? *Non occides, non mœchaberis :* et homicida et mœchus est prophetæ Dei ? Iste enim locus vobis hodie lectus est. Non criminor prophetam, absit ; sed vitam vestram in tuto pono, ut cum multa recte feceris, te ipsum munias ne cadas. Sic enim Apostolus quoque dixit : *Qui se existimat stare, videat ne cadat* (*I Cor.* X, 12). Idcirco enim et ipse David frequentius dixit : *In finem ne disperdas* (*Psal.* LVII, 1, *et* LXX, 18) : ideo ipse quoque supplicans dixit : *Et usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me.* Cur ergo in tantum deject peccatum permissus est ? Tribus de causis : quibusnam, ego dicam : tu modo cum omni attentione animum adhibe. Primum, ut justi caveant de vita sua, sive ascetæ, sive eremitæ ; nec dicant, Multa præclare feci, multis ornor virtutibus : jejuno, vigilo, precor, lacrymas fundo, sacco amictus sum, corpus meum exercitiis marcidum reddidi ; non ultra timeo irruptiones diaboli, ea præclare gessi quæ coronas mereantur. Ne erres, o homo, ne sis animo elatus : non plus fecisti quam David : audi illum dicentem : *Genua mea infirmata sunt a jejunio, caro mea immutata est propter oleum ;* et rursum, *Cum mihi molesti essent, induebar cilicio, et humiliabam in jejunio animam meam* (*Psal.* CVIII, 24, *et* XXXIV, 13). Audi illum de vigiliis loquentem : *Media nocte surgebam ad confitendum tibi ;* et iterum, *Septies in die laudem dixi tibi* (*Psal.* CXVIII, 62, *et* 164) : audi illum de lacrymis dicentem : *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo* (*Ibid.*, VI, 10) : audi illum de ascetica vita dicentem : *Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam* (*Ibid.*, CI, 10). Cur autem tibi profero verba prophetæ David ? audi iterum testimonium Dei dicentis : *Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum* (*Act.* XIII, 22). Et tamen post tanta bona opera in tales lapsus deferebatur. Ne itaque audax sis, sed quotidie caveas secundum Apostoli admonitionem dicentis, *Qui se existimat stare, videat ne cadat* (*I Cor.* X, 12). En primam causam ; jam accipe secundam : Ne peccatores de seipsis desperent, sed si quis vel quotidie peccet, ut quotidie confiteatur. Si decies millies peccaveris, decies millies confitere : nihil enim est desperatione deterius. Si quis cum peccata commisit desperaverit, non amplius ad medelam currit. Nonne vides medicos, si de quoquam desperaverint, non amplius medelam adhibere, sed ægroto dicere : Si quid dare velis, non accipimus : morbus enim ille non amplius medelam admittit : malum morbi superavit artis remedia ? Hæc dicunt ii qui desperant ; si vero sanitatem exspectent, omnia faciunt, et medicamenta adhibent pro salute ægroti. Ita si quis desperaverit ob peccatum, putans non esse pœnitenti salutem, in majora mala se ipsum impellit. Idcirco si cogitaveris summorum peccatorum homicidii et adulterii medelam et curationem contigisse prophetæ ; etiamsi decies millies pecces, teipsum confessioni dedas. Hoc autem dico, non hortans ad peccandum, sed peccatores ad confessionem vocans : quandoquidem Deus, hominum amans, magna etiam peccata delet. Quid enim majus homicidio

[1] Vatic., *mores hominum.*

[2] In anglic. male *ita mihi sæpe commotæ sunt ratiocinationum procellæ.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μιμουμένων, καὶ πρῶτος, καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυῒδ· ἐν ἐρημίαις ἄνδρες ἐσταυρωμένοι προσομιλοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος ὁ Δαυῒδ. Καὶ πάντες μὲν ἄνθρωποι τῷ φυσικῷ τῆς νυκτὸς ὕπνῳ τυραννούμενοι, πρὸς βάθος καθέλκονται· καὶ Δαυῒδ μόνος ἐφίσταται, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους εἰς ἀγγελικὰς παννυχίδας διεγείρει, τὴν γῆν οὐρανὸν ἐργαζόμενος, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἰσαγγέλους ποιῶν, τὸν ἡμέτερον βίον κατὰ πάντα διακοσμῶν, καὶ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γινόμενος, καὶ διὰ πάντων τὸν ἡμέτερον βίον ἀγγελικὸν ἐργαζόμενος· παιδίοις συναυξανόμενος, νεωτέρους εἰς σύνεσιν προσκαλούμενος, παρθένοις σωφροσύνην χαριζόμενος, πρεσβυτέροις ἀσφάλειαν δωρούμενος, τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν προσκαλούμενος καὶ λέγων· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Θεῷ, ὅτι ἀγαθός*· τοὺς κατορθώσαντας ἐκ μετανοίας ἀσφαλιζόμενος καὶ λέγων· *Ἁμαρτίας νεότητός μου καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς*· τοὺς τὰς εὐεργεσίας δεξαμένους εἰς εὐχαριστίαν διεγείρων καὶ λέγων· *Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι;* τοὺς πολλάκις ἁμαρτάνοντας εἰς ἐξομολόγησιν ἀνακαλούμενος καὶ λέγων· *Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται;* τοὺς ἐπιζητοῦντας ἐλεημοσύνην παρὰ τοῦ Θεοῦ διδάσκων καὶ λέγων· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου*· τοὺς κληθέντας εἰς ἱερωσύνην ἀσφαλιζόμενος καὶ λέγων· *Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου*· τοὺς εἰς δικαστήριον ἑλκομένους διδάσκων καὶ λέγων· *Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων*· τοὺς φοβουμένους, ἐχθρῶν ἐπανάστασιν νουθετῶν καὶ λέγων· *Ἔξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός*· τοὺς ὑπομένοντας καὶ εὐεργετουμένους εἰς εὐχαριστίαν διεγείρων καὶ λέγων· *Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι, καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου.*

Ὦ μεγάλης κιθάρας, τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων τῆς οἰκουμένης, ὥσπερ νευράς τινας, εἰς μίαν ἐξομολογίαν ἀνακρουομένης! Καὶ πῶς ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ τὰ ἤθη[a] τῶν ἀνθρώπων διακοσμῶν, καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐγκωμίων ὑπερνικῶν, ὁ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ἐπὶ γῆς συστησάμενος, καὶ τῇ τῶν ἀγγέλων εὐφημίᾳ κατ' οὐρανὸν στεφανούμενος· πῶς συνεχωρήθη τὰ δύο κεφάλαια τῶν ἁμαρτημάτων ἐξολισθῆσαι; Τὰ γὰρ κεφάλαια τῶν ἁμαρτημάτων, *Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις*· καὶ πρὸς τὰ δύο ταῦτα κεφάλαια τῶν ἁμαρτημάτων συνεχωρήθη κατενεχθῆναι. Διὰ τοῦτο πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, καὶ ταῦτα λογισάμενος ἐξέστην τῇ διανοίᾳ· καὶ καθάπερ πλοῖον ἐν πελάγει τοῦ κυβερνήτου χωρὶς ὧδε κἀκεῖ περιφερόμενον τοῖς κύμασι κλυδωνίζεται, οὕτως ἐσαλεύθη μου πολλάκις ὁ λογισμὸς ταῖς τρικυμίαις[b], διανοουμένου καὶ λέγοντος· Πῶς ὁ τοσοῦτος ἀγαθοῖς κατασκευασμένος ἀνὴρ, ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης, [204] ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος καὶ πατὴρ· δοῦλος κατὰ φύσιν, πατὴρ κατὰ σάρκα· *Βίβλος* γὰρ *γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυῒδ*· ὁ ταῖς ἀρεταῖς μᾶλλον ἢ τῷ διαδήματι κατακοσμούμενος· ὁ τὴν ἀλουργίδα περιβεβλημένος, καὶ ταπεινοφροσύνην ἐμφιεσμένος καὶ λέγων· *Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ· εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν, ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον*· ὁ τοὺς τῆς ἀνεξικακίας ὅρους στεφανώσας καὶ λέγων· *Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά*· ὁ μὴ μόνον ὑπερηφανίαν ἀποστρεφόμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπερηφάνους ἀποστρεφόμενος καὶ λέγων· *Οὐ κατοικεῖ ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν, λαλῶν ἄδικα οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου*· ὁ λέγων μετὰ παῤῥησίας τῷ Θεῷ· *Ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία.* Καὶ τί λέγω; διὰ τί ταῖς αὐτοῦ μαρτυρίαις κέχρημαι; Καὶ πολλάκις τινὲς λέγουσιν· Οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος ἑαυτῷ μαρτυρῶν· ἕτερος μαρτυρήσῃ τοῖς τούτου κατορθώμασιν, ἕτερος αὐτοῦ τοὺς στεφάνους ἀνακηρυττέτω, ἕτερος τῷ βίῳ τούτου μαρτυρείτω, ἵνα καὶ γένηται μᾶλλον ἀξιόπιστος ἡ μαρτυρία. Καὶ τίνα ἔχομεν ἀξιοπιστότερον τοῦ Θεοῦ τοῦ λέγοντος· *Εὗρον Δαυῒδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Τί ταύτης τῆς μαρτυρίας ἀσφαλέστερον; Καὶ πῶς ὁ τοσούτοις κομῶν κατορθώμασιν, ὁ κατὰ τὴν καρδίαν τοῦ Θεοῦ μαρτυρούμενος, πῶς εἰς τὰ κεφάλαια τῶν ἁμαρτημάτων συνεχωρήθη κατενεχθῆναι; *Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις*· καὶ φονεὺς καὶ μοιχὸς ὁ Προφήτης τοῦ Θεοῦ; Τοῦτο γὰρ ὑμῖν σήμερον ἀνεγνώσθη τὸ χωρίον. Οὐ διαβάλλω τὸν Προφήτην, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν ζωὴν ἀσφαλίζομαι, ἵνα ὅταν πολλὰ κατορθώσῃς, ἀσφαλίσῃ σαυτὸν, ἵνα μὴ πέσῃς. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.* Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔλεγε συνεχέστερον ὁ Δαυῒδ· *Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς*· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς προσευχόμενος ἔλεγε· *Καὶ ἕως γήρους καὶ πρεσβείου ὁ Θεὸς μὴ ἐγκαταλίπῃς με.* Τίνος οὖν ἕνεκεν εἰς τοσαύτην ἁμαρτίαν συνεχωρήθη κατενεχθῆναι; Τριῶν ἕνεκεν πραγμάτων· ποίων, ἐγὼ λέγω· μόνον σὺ πρόσεχε μετὰ πάσης ἀκριβείας. Πρῶτον διὰ τὸ τοὺς δικαίους ἀσφαλίζεσθαι περὶ τῆς οἰκείας ζωῆς, ἢ τοὺς ἀσκητὰς ἢ τοὺς ἐρημίτας, καὶ μὴ λέγειν, Πολλὰ κατώρθωσα, πολλαῖς ἀρεταῖς κατακεκόσμημαι· νηστεύω, ἀγρυπνῶ, εὔχομαι, δακρύω, σάκκον περιβέβλημαι, τὸ σῶμά μου ταῖς ἀσκήσεσι κατεμάρανα· οὐκ ἔτι φοβοῦμαι τὰς ἐπαναστάσεις τοῦ διαβόλου, κατόρθωταί μοι λοιπὸν τὰ τῶν στεφάνων. Μὴ πλανῶ, ἄνθρωπε, μὴ ἐπαρθῇς τῇ διανοίᾳ· οὐκ ἐποίησας πλέον τοῦ Δαυῒδ· ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον*· καὶ πάλιν, *Ἐν τῷ αὐτούς π ρεροχλεῖν μοι* [205] *ἐνεδυόμην σάκκον, καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου.* Ἄκουσον αὐτοῦ περὶ τῆς ἀγρυπνίας λέγοντος· *Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογήσασθαί σοι*· καὶ πάλιν, *Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἤνεσά σε*· ἄκουσον αὐτοῦ περὶ δακρύων λέγοντος· *Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω*· ἄκουσον αὐτοῦ περὶ ἀσκήσεως λέγοντος· *Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον, καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων.* Καὶ τί σοι λέγω τὰ τοῦ προφήτου Δαυῒδ; ἄκουσον πάλιν τῆς μαρτυρίας τοῦ Θεοῦ τῆς λεγούσης· *Εὗρον Δαυῒδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Καὶ ὅμως μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα εἰς τοιαῦτα κατηνέχθη σφάλματα. Μὴ οὖν θαρσήσῃς, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀσφαλίζου, δεχόμενος τὴν παραίνεσιν τοῦ Ἀποστόλου τὴν λέγουσαν· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ.* Ἰδοὺ τὸ πρῶτον αἴτιον· λάμβανε καὶ τὸ δεύτερον· ἵνα μὴ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπογινώσκωσιν ἑαυτῶν, ἀλλ' εἴ τις καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνῃ, ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξομολογῆται. Κἂν μυριάκις ἁμαρτάνῃς, μυριάκις ἐξομολόγησαι· οὐδὲν γὰρ χεῖρον ἀπογνώσεως. Ἐὰν τις ἀπογνῷ ἁμαρτίας ἁμαρτήσας, οὐκ ἔτι εἰς ἕξιν ἐπιτρέχει. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἰατρούς; ἐὰν ἀπογνῶσι τίνος, οὐκ ἔτι προσάγουσι θεραπείαν, ἀλλὰ λέγουσι τῷ ἀσθενεῖ· Εἴ τι θέλεις δοῦναι ἡμῖν, οὐ λαμβάνομεν[c]· οὐκ ἔτι γὰρ ἐπιδέχεται τὸ νόσημα τοῦτο θεραπείαν· ἐνίκησεν ἡ κακία τοῦ νοσήματος τὴν θεραπείαν τῆς τέχνης. Ταῦτα λέγουσιν ἀπαγορεύοντες· ἀλλ' ἐὰν προσδοκήσωσιν ὑγείαν, πάντα ποιοῦσι, καὶ προσάγουσι φάρμακα πρὸς σωτηρίαν τοῦ νοσοῦντος. Οὕτως ἐὰν ἀπογνῷ τις τῆς ἁμαρτίας[d], ὅτι οὐκ ἔστι τῷ μετανοοῦντι σωτηρία, εἰς μείζονα κακὰ ἑαυτὸν ὠθεῖ. Διὰ τοῦτο, ἐὰν ἐννοήσῃς ὅτι καὶ τῶν ἄκρων ἁμαρτημάτων, φόνου καὶ μοιχείας, γέγονε θεραπεία καὶ ἴασις πρὸς τὸν προφήτην, κἂν μυριάκις ἁμαρτάνῃς, εἰς ἐξομολόγησιν ἑαυτὸν παραδῶς. Τοῦτο δὲ λέγω, οὐ προτρεπόμενος εἰς τὸ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ τοὺς ἁμαρτάνοντας εἰς ἐξομολόγησιν προσκαλούμενος· ἐπειδὴ ὁ Θεὸς φιλάνθρωπος ὢν καὶ τὰ μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων ἐξαλείφει. Τί γὰρ μεῖζον φόνου καὶ μοιχείας; καὶ ὅμως ἄκουσον τοῦ Προφήτου λέγοντος, αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτήσαντος· *Εἶπα, Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἄφηκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου.* Διὰ τοῦτο καὶ τὰ μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων ὁ Χριστὸς ἐπιτιμήσας συνεχώρησεν· τὸν ληστὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγε, τὸν τελώνην εὐαγγελιστὴν εἰργάσατο, τὸν ὑβριστὴν καὶ

[a] Anglic. ὁ τὰς ὕλας.

[b] Anglic. male, οὕτως ἐσαλεύθησάν μου πολλάκις τῶν λογισμῶν αἱ τρικυμίαι.

[c] In Anglicano cod. hæc vitiata sic leguntur, ἀλλὰ λέγουσι τῷ νοθρῳ, εἴ τι θέλει, ὅσ ὁ βούλεται.

[d] Vatic. ταῖς ἁμαρτίαις.

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

βλάσφημον Παῦλον ἀπόστολον τῆς οἰκουμένης πεποίηκεν, ἵνα καὶ σὺ μὴ ἀπογνῷς ἁμαρτάνων, ἀλλ' ἐξομολογούμενος τὴν θεραπείαν ὑποδέξῃ. *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Ἰδοὺ δεύτερον αἴτιον· λάβε καὶ τὸ τρίτον. Ἐμελλεν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπιδημεῖν κατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ [206] παρουσίαν, καὶ τὸ φύραμα τῆς ἡμετέρας σαρκὸς ἀναλαμβάνειν, καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων συναναστρέφεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ἦν καὶ μόνος ἀναμάρτητος, συνεχώρησε τοῖς δικαίοις, κατὰ τὴν οἰκείαν προαίρεσιν ἀνθρωπίνοις σφάλμασι περιπεσεῖν· οὐκ αὐτὸς εἰς αὐτὴν αὐτοὺς καλέσας τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ προαιρέσει συγχωρήσας ὁδεύειν κατὰ τὸν ἴδιον σκοπόν. Οὕτω γοῦν καὶ Ἀβραὰμ ἥμαρτεν ἀπιστήσας, καὶ διὰ τοῦτο τιμωρίαν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Θεοῦ· *Καὶ δουλεύσει τὸ σπέρμα σου ἔτη τετρακόσια.* Καὶ πάλιν ὁ Μωϋσῆς, μὴ δοξάσας τὸν Θεὸν, ὅτε τὸ ὕδωρ ἐκ πέτρας τοῖς ἀχαρίστοις ἐδωρήσατο· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός· *Καὶ ἴδῃς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ οὐκ εἰσελεύσῃ ἐν αὐτῇ.* Οὕτω καὶ τούτῳ συνεχώρησεν εἰς ἁμαρτίαν ἐμπεσεῖν, ἵνα μόνος αὐτὸς ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι ἀναμάρτητος εὑρεθῇ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ, ὅτε λοιπὸν εἰς τὴν ἐξομολόγησιν ἦλθε τοῦ ἁμαρτήματος, τοῦτο ἔλεγε τῷ Θεῷ· *Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα.* Διὰ τί; *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* Ἐν τῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐλθεῖν φησίν· ἐκεῖ φανῆναι ἡμέτερον φύραμα, καθήμενον ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ· *Κάθου γὰρ ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ ἡμέρᾳ φανεῖται καὶ τὸ σῶμα, ὅπερ ἀνέλαβεν ἐκ τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἀνθρώπων εἰσπραττομένων. Ἄνω σῶμα καὶ κάτω σῶμα· *Ὀψονται γὰρ, φησὶν, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.* Ἀλλὰ τὸ μὲν ἁμαρτίαις βεβαρημένον, τοῦτ' ἔστι τὸ ἡμέτερον· τὸ δὲ ἁμαρτίαν μὴ πεποιηκὸς, ἀλλὰ τὰς δίκας τῶν ἁμαρτημάτων εἰσπραττόμενον θεῖόν ἐστι. Διὰ τοῦτο *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* Πῶς; *Ἐπειδήπερ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Β'. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἐν νηστείᾳ σωφρονούντων, καὶ διαγωγῆς διαφόρων προφητῶν.*

Οἱ μὲν ἀθληταὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γυμναζόμενοι καὶ τὴν τέχνην αὔξουσι, καὶ τὴν κατὰ τῶν ὑπεναντίων νίκην ῥᾳδίως λαμβάνουσιν· οἱ δέ γε δρομεῖς ἐν τῇ καθημερινῇ μελέτῃ τῆς εὐστροφίας εὐκινήτους τὰς ἁρμονίας ἀπεργαζόμενοι πρὸς προσδοκίαν ταχίστην ὀξύνονται. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ πατέρες συνεχέστερον ἡμᾶς διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἵνα τὴν ἐν τῷ διδάσκειν ἀσφάλειαν ἐκ τῆς τοῦ λόγου μελέτης ταχεῖαν ἡμῖν προσποιησώμεθα. Δεῦρο τοίνυν, ἀγαπητοὶ, τὸν Ἰωσὴφ ἰχνηλατήσαντες, τὴν Αἰγυπτίαν ἁμαρτίαν λείποντες, γυμνοὶ τοῦ μίσους πρὸς τὴν σωφροσύνην ἐκδράμωμεν. Καὶ γὰρ, εἰ καὶ Ἰωσὴφ τὸ τῆς σαρκὸς κάλυμμα, ἀλλ' οὔ γε τῆς σωφροσύνης δόξης λαμπρότερον εἶχε τὸ ἔνδυμα; Σωφροσύνης ἀγνεία τοὺς πατέρας συσφίγξασα στύλους ἀδαμαντίνους τῇ [207] οἰκουμένῃ ὑπήρεισε, τὰς μὲν εὐχὰς εἰς οὐρανὸν ἐκτείνοντας, τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς θεραπεύοντας. Μωϋσῆς ὁ μακάριος σωφροσύνῃ ἑαυτὸν περισφίγξας, στῦλος σωτηρίας τοῖς Ἑβραίοις γέγονεν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τῶν μὲν πρωτοτόκων θύρας τῶν Αἰγυπτίων ἐδάφιζε, τοὺς δὲ φωτοφόρους παῖδας τῶν Ἑβραίων ἐμακάριζε· καὶ τῷ μὲν Φαραὼ καὶ τοῖς μάγοις στῦλος ἀνθίστατο, Ἰησοῦς δὲ ὁ τοῦ Ναυὴ, τὴν σωφροσύνην σύνευνον ἔχων, οὐρανίοις φωστῆρσιν ἐκέλευε· τοῦ γὰρ ἡλίου τοὺς δρόμους ἐκώλυε, καὶ τῆς σελήνης τοὺς ὅρους ἐπήγνυε, καὶ τῆς ἡμέρας τὸ φάος ἐμήκυνε. Πότε δὲ τοῦτο; Ὅτε ὑπὲρ Γαβαὼν τὸν πόλεμον [a] ἔλεγε· *Στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ἐλών.* Οὗτος ποταμὸν διέτεμε, λαὸν περιέσωσεν, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν γῆν πάλιν τοὺς Ἑβραίους ἐπέστρεφεν· οὗτος τείχη ἐρρίπιζε, καὶ πόλεις ἀσεβῶν κατέστρεφε, τὴν Ῥαὰβ διέσωζεν, ἀλλοφύλους ἐκόλαζεν, ὁμοφύλους ἐδόξαζε. Σαμψὼν δὲ ὁ ἀνδρειότατος, σωφροσύνην φυλάσσων, λέοντα ἀπέπνιγε, καὶ ἐκ σιαγόνος ὄνου ὕδωρ ἐπήγαζε, καὶ τὸ ἴαμα τῆς δίψης ἐκεῖθεν ἐδέχετο. Ἠλίας δὲ ὁ Θεσβίτης σωφροσύνῃ συνοικήσας, τῇ πενιχρᾷ χήρᾳ ζωοδότης ἐγένετο· εὐλογία γὰρ ἀγαθὴ τὸ ἔλαιον αὐτῆς ἐπήγαζε, καὶ τὴν δράκα τοῦ ἀλεύρου καθ' ἡμέραν ἐπλήθυνεν. Ὁ αὐτὸς Ἠλίας διὰ σωφροσύνην πυρὸς καὶ ὕδατος θησαυροὺς ἐν νεφέλαις ἐκέκτητο· τοῖς γὰρ ἀσεβέσι πῦρ οὐράνιον ἐπόμβρει, καὶ τῇ οἰκουμένῃ ἐκλειποῦσῃ οὐρανίους πηγὰς ἐξεκένωσεν. Ἐλισσαῖος δὲ ὁ τούτου μαθητὴς τὴν αὐτὴν τοῦ διδασκάλου σωφροσύνην κεκτημένος, ἐν τῇ ἀτόκῳ μήτρᾳ τῆς Σωμανίτιδος, δι' εὐχῆς τὸν στάχυν τοῦ τέκνου ἐβλάστανε· καὶ ἐπειδὴ ἔδει αὐτὸν ἴσα τῷ διδασκάλῳ τὰ θαύματα δεικνύναι, νεκρὸν ἕνα ἀνεγείρει· καὶ μετὰ θάνατον τῶν ὁστῶν αὐτοῦ τὰ λείψανα τοὺς νεκροὺς ἀνεγείρουσι. Δανιὴλ δὲ ὁ σοφώτατος, καθάπερ μάχαιραν δίστομον τὴν σωφροσύνην περιζωσάμενος, τοὺς λαθροφόνους [b] λύκους συνέπνιξε, καὶ τὴν ἀμνάδα Χελκίου ἁβλαβῆ διεφύλαττεν. Οὔτε γὰρ ὁ λαμπρὸς αὐτῆς πόκος τῆς σωφροσύνης μιαρῷ φιλήματι ἐτέμνετο, οὔτε τῇ διστόμῳ ῥομφαίᾳ τῆς ἁμαρτίας τοὺς μαστοὺς ἐμιαίνετο. Ἀμβακοὺμ δὲ ὁ μακάριος ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου ἁρπαγεὶς τὸ τῶν ἐργατῶν ἄριστον τῷ ἐργάτῃ τῆς σωφροσύνης Δανιὴλ παρεκόμιζε. Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς καὶ τοῦτον, καθάπερ τὸν Ἠλίαν, διὰ κοράκων ἐκθρέψαι; ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπαραμύθητον ἐάσῃ τὸν μετὰ θηρίων οἰκοῦντα, ἀποστέλλει τὸν συμπροφήτην παρακαλοῦντα τὴν θλῖψιν. Ἐννόησον γὰρ, ἀγαπητὲ, πῶς ἦν ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων Δανιὴλ, οὐκ ἔχων οὐ σκάμνον, οὐκ ἄρτον, οὐ τράπεζαν, οὐ λύχνον, οὐ κλίνην, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῶν δύο λεόντων σταυροειδῶς ἑστὼς τὸν μέλλοντα Χριστὸν ἐμιμεῖτο. Οἱ δὲ τρεῖς ἁγιώτατοι παῖδες τὴν σωφροσύνην συνειλησάμενοι, τῷ πυρὶ παλαίσαντες, τὴν ταύτης παφλάζουσαν φλόγα κατὰ κράτος ἐνίκησαν. [208] Ὦ παρθενία τὴν ἐλπίδα τοῦ κόσμου Χριστὸν ἀπόνως ἀνθήσασα! ὦ σοφία Θεοῦ, ἡ καὶ τῆς παρθενίας τὸ κλέος τὴν Μαριὰμ μὴ στερήσασα, καὶ τὸ καύχημα τοῦ κόσμου Χριστὸν δι' αὐτῆς φωτὸς δίκην ἐκλάμψασα! ὦ τέκνον ἱερὸν ἀγάμου νύμφης, ἀφθαρσίας πηγὴ, ἀθανασίας πνοὴ, Ἐκκλησίας φωστὴρ, δικαιοσύνης στατὴρ, τῶν ἐμπόρων καλὸς μαργαρίτης, καὶ τῶν φόβων ἀγαθὸς στεφανίτης, ὁ πολλοῦ πιπρασκόμενος, καὶ ὑπὸ πενήτων ἀγοραζόμενος· ὁ τριῶν ὁβολῶν ὠνούμενος, πίστεως, ἐλπίδος, ἀγάπης, καὶ ἐν καρδίᾳ ταπεινῶν αὐλιζόμενος· ὁ τοῦ σινάπεως κόκκος, καὶ τῶν ἀγγέλων ταξίαρχος· ὁ ἀγεώργητος βότρυς τῆς παγκάλου Μαρίας, καὶ ἀθεώρητος Λόγος τῆς παγκάρπου σοφίας· ὁ τὸ πένθος τοῦ θανάτου ἐπὶ γῆς καταλύσας, καὶ τὸ φέγγος τοῦ θαλάμου ἐν οὐρανῷ εὐτρεπίσας· ὁ τὴν χλόην τοῦ σώματος ἡμῶν ἐνδυσάμενος, καὶ τὴν ἀμάραντον πνοὴν τοῦ ἄνθους ἡμῖν δωρησάμενος· ταῦτα τῆς σῆς σοφίας τὰ διδάγματα, ταῦτα τῆς σῆς νηστείας τὰ γλυκάσματα, ταῦτα τῆς σῆς σωφροσύνης τὰ καλλωπίσματα, ταῦτα τῆς σῆς Ἐκκλησίας τὰ στηρίγματα. Οὕτως εἴωθας τὸν λαόν σου διατρέφειν, Ἰησοῦ, οὐχ ὡς ἀπὼν, ἀλλ' ὡς παρὼν· καὶ γὰρ σὺν Πατρὶ ὑπάρχων, ἡμῶν οὐ χωρίζῃ, καὶ μεθ' ἡμῶν αὐλιζόμενος, τοῦ Πατρὸς οὐκ ἀφίστασαι. Ὕδατι τὰ σώματα ἡμῶν ἔλουσας, καὶ πνεύματι τὰ πταίσματα ἡμῶν ἔλυσας· ἄλατι εὐσεβείας τὰς ψυχὰς τῶν πρεσβάτων σου ἥρτυσας, καὶ εἰς τὴν νομὴν ἡμᾶς τῶν ἀγγέλων ἀνείλκυσας· σφραγῖδι τοὺς πόδας ἡμῶν ἐνεύρωσας, καὶ κλίμακι ἡμῖν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὴν πίστιν ἀνέτεινας, καὶ χειραγωγοὺς ἡμῖν ἀγγέλους παρέστησας· δένδρον δένδρῳ ἀντέστησας, καὶ πλευρὰν ἀντὶ πλευρᾶς ἀντέθηκας· χεῖρας εἰς ἀέρα ἐξεπέτασας, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σεαυτὸν τὸν Πατέρα ἐδυσώπησας, καὶ γαλήνην βαθεῖαν ἐκ χειμῶνος ἐβράβευσας. Διὸ νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ σιωπῶντες καὶ φθεγγόμενοι, σοὶ δόξαν ἀναπέμπομεν, ἐν σοὶ ἔχοντες τῆς ζωῆς τὰς ἐλπίδας, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Supple ἀνὼν, aut simile quid.
[b] Lutic. λαθροφόρους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et adulterio? et tamen audi prophetam ipsum, qui peccavit, dicentem : *Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* (*Psal.* XXXI, 5). Ideo Christus adveniens majora peccata condonavit, latronem in paradisum introduxit, publicanum evangelistam fecit, contumeliosum et blasphemum Paulum fecit orbis terrarum apostolum, ut et tu peccans ne desperes, sed, confitens, medelam accipias. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus* (*Ibid.*, CXVII, 1). En secundam causam ; accipe tertiam. Salvator noster venturus ad nos erat secundum incarnatam præsentiam suam, et carnis nostræ massam assumpturus ac cum hominibus versaturus : sed quia Deus erat, et solus sine peccato, concessit ut justi per liberum arbitrium suum in humanos lapsus inciderent ; non illos ad peccatum vocans, sed permittens ut ex libero arbitrio, secundum propositum suum, inciderent. Sic igitur Abraham quoque non credens peccavit, et pœnas a Deo immissas subiit : *Et serviet semen tuum annos quadringentos* (*Gen.* XV, 13). Ac rursum Moyses, cum non glorificasset Deum, quando aquam ex rupe ingratis largitus est, propter hoc Deus dixit ei : *Et videas terram promissionis, et non intrabis in illam* (*Deut.* XXXIV, 4). Its et hunc permisit in peccatum incidere, ut ipse solus in humano corpore impeccabilis deprehenderetur. Ideoque propheta David, cum tandem ad confessionem peccati venit, hoc dixit Deo : *Tibi soli peccavi et malum coram te feci.* Quare? *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris* (*Psal.* L, 6). Cum dies illa advenerit, ibi dicit : visam fore massam nostram, sedentem in dextera majestatis Dei ; nam *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (*Psal.* CIX, 1, 2). In illa igitur die apparebit etiam corpus, quod ex natura nostra assumpsit, cum factorum ratio ab hominibus exigetur. Superne corpus, et inferne corpus : *Videbunt* enim, inquit, *in quem transfixerunt* (*Joan.* XIX, 37; *Zach.* XII, 10). Cæterum quod peccatis deprimitur, id nostrum est : illud vero quod peccatum non fecit, sed peccatorum rationem exigit, divinum est. Ideo, *Ut justificeris in sermonibus tuis et vincas cum judicaris* (*Psal.* L, 6). Quomodo? *Quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (*Isai.* LIII, 5). Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

II. EJUSDEM, DE IIS QUI IN JEJUNIO CONTINENTER VIVUNT, ET DE DIVERSORUM PROPHETARUM VITÆ INSTITUTO.

Pugiles quidem diebus singulis exercitati, cum adaugent artem, tum de adversariis victoriam facile reportant. Cursores item ex quotidiano studio cum agilitate vertendi, articulos motui idoneos reddentes, ad citissimam exspectationem acuuntur. Eodem plane modo, patres nostri injungunt nobis frequentius docere, ut facilem in docendo peritiam a sermonis exercitatione nobis acquiramus. Adeste igitur, o dilecti, Josephum e vestigio sequentes, peccatum Ægyptium devitantes, et exuto odio, ad continentiam accurramus. Etiamsi enim Joseph carnis amictum deposuerit, an non splendidiorem amictum habuit ex castitatis gloria? Continentiæ puritas patres accingens, columnis adamantinis terrarum orbem suffulsit, quæ precationes quidem ad cœlum deferant, animas autem hominum in terra curent. Beatus ille Moyses continentia se accingens, Hebræis in Ægypto salutis columna fuit ; et primogenitorum quidem Ægyptiorum portas solo æquavit, luciferos vero Hebræorum filios beatos prædicavit : Pharaoni et magis tanquam columna obstitit ; Jesus autem filius Nave, continentiam habens lecti sociam, cœlestibus luminaribus imperavit. Solis enim cursus inhibuit, et terminos lunæ fixit, ac diei lucem longiorem effecit. Quandonam illud? Cum, pro Gabaonitis bellans, dixit : *Stet sol contra Gabaon, et luna contra vallem Elon* (*Jos.* X, 12). Hic fluvium divisit, populum servavit[1], alienigenas concidit, et in terram sanctam rursus Hebræos reduxit : hic muros dejecit, et urbes impiorum subvertit ; Raab illam servavit, et alienigenas punivit, popularibusque suis gloriam conciliavit. Fortissimus vero Samson, continentiam servans, leonem suffocavit, atque ex asini maxilla aquam scaturientem eduxit, ac sitis medelam inde accepit. Elias vero Thesbites, cum continentia habitans, indigæ viduæ factus est vitæ largitor : nam fausta benedictio ut oleum ejus manaret effecit, et pugillum farinæ quotidie auxit. Idem Elias, per continentiam, ignis et aquæ thesauros in nubibus possedit : ignem enim cœlestem in impios diffluere jussit, et deficienti orbi cœlestes fontes effudit. Elisæus vero ejus discipulus, eamdem quam magister continentiam possidens, in Sunamitidis mulieris sterili utero prolis segetem per preces impetravit : et quia eum parta oportebat magistro suo miracula edere, mortuum unum suscitavit : et post mortem, ossium ejus reliquiæ mortuos suscitant. Sapientissimus autem Daniel, continentia tanquam gladio ancipiti accinctus, lupos clam interficientes suffocavit, et agnam Chelciæ custodivit sine noxa. Istius enim vellus castitatis conspicuum oculo impuro non lacerabatur, neque ancipiti gladio peccati papillæ contaminabantur. Beatus vero Ambacum, a Spiritu sancto raptus, opifici castitatis Danieli operariorum prandium apportavit. Annon poterat enim Deus hunc etiam, sicut Eliam, per corvos nutrire? ne vero cum feris viventem sine consolatione relinquat, socium prophetam mittit, qui afflictum consoletur. Animo enim tecum reputa, dilecte, quomodo in fovea leonum erat Daniel, nec scamnum habens, nec panem, nec mensam, non lucernam, non lectum, sed in medio duorum leonum stans instar crucis, futurum Christum imitabatur. Tres vero sanctissimi pueri continentiam amplexi, cum igne luctantes, ferventem ejus flammam vi superarunt. O virginitas quæ Christum, spem mundi, sine labore germinasti! o Dei sapientia, quæ gloria virginitatis Mariam non privasti, et Christum per eam lucis instar effulgentem misisti! o sanctum Filium sponsæ non nuptæ, fons incorruptionis, immortalitatis afflatus, Ecclesiæ lumen, justitiæ statera, mercatorum pulchra margarita, et timorum bone coronator, qui magno pretio venderis et a pauperibus emptus es, tribus obolis acquisitus, fide, spe et caritate, et in humilium cordibus versaris ; granum sinapis et angelorum exercitus ductor, botrus inculta pulcherrimæ Mariæ, et incomprehensibile Verbum omniferæ sapientiæ ; qui mortis luctum in terra solvisti, et lucem thalami in cœlo præparasti ; qui herbam corporis nostri induisti, et immarcescibilem floris odorem nobis dedisti : hæc sunt sapientiæ tuæ documenta, hæ sunt jejunii tui dulcedines, hæ continentiæ tuæ ornamenta, hæc Ecclesiæ tuæ fulcimenta. Ita soles populum tuum nutrire, o Jesu, non tanquam absens, sed tanquam præsens : etenim cum Patre existens a nobis non separaris, et nobiscum versans a Patre non discedis. Aqua corpora nostra lavisti, et Spiritu lapsus nostros solvisti : sale pietatis animas ovium tuarum condiisti, et in angelorum pascua nos traxisti : sigillo pedes nostros roborasti, et a terra in cœlum per scalam, fidem nostram, extendisti, ac manuductores angelos nobis apposuisti : arborem arbori apposuisti, et costam pro costa substituisti : manus in aerem expandisti, et pro nobis Patrem tuum implorasti, et ex tempestate altam serenitatem stabiliisti. Quapropter nocte dieque, et tacentes et loquentes, tibi gloriam referimus, in te vitæ spem habentes, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

[1] Sic Cod. Vat., anglicanus vero, *circumcidit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

III. EJUSDEM SERMO HORTATORIUS DE TEMPERANTIA (*a*).

Qui disciplinis aliquibus incumbentes, urgente doctoris auctoritate, diligentiam adhibent, a magistri metu puerorum sedulitas provenire existimatur : quando autem, absente magistro, rerum bonarum studium retinent, voluntatis puræ hic laboris amor est. Jejunii documentorum nos quoque sumus discipuli : verum quando, instante jejunii tempore, philosophiam præ nobis ferimus, tanquam ex institutione pædagogica, laboris amantes sumus : nunc autem jejunio paulum intermittente, qui a satietate nimia abstinent, sinceram habent propositi laudem, utpote absque necessitate philosophi, atque ex proprio arbitrio temperati, ut qui sciant bona illa retinere, quæ ex priscis laboribus nacti sunt. Qui enim ad immoderatum ciborum usum progreditur, nescit quæ jejunans collegit, nescit quos fructus congessit; sed quasi nihil habeat intus depositum, et quasi nullum sibi thesaurum collegisset, immodicæ voluptati se dedit, aflectibus suis claustra et moderationis ostia non objicit. Nihilque mirum. Talis enim est inops omnis : januarum et claustrorum curam nullam habet, insidias non metuit, sine sollicitudine dormit, utpote qui nihil habeat quod fures provocet, cum nihil inopi possit auferri. Iis vero qui opulentam domum habent, custodia est pro reconditis thesauris, et ostiarii qui ab ingressu arceant. Nos etiam jejunio facti sumus divites; et divitiarum indicia manifesta sunt : voluptates in servitutem redactæ sunt; ventri dominamur, cui prius serviebamus; incorpoream vitam acquisivimus; nova abstinentiæ domo tegimur, cujus fundamenta posuimus. Opus illud firmitate indiget, opusque habet labore ut constabiliatur : non confirmantium vero, sed dissolventium est ebrietas; enervantium bases, non roborantium. Nemo fundamentum labefactat quod (vir sapiens) firmavit; nemo divitis promptuarium furtim aperire potest. Jejunantis vero anima est divitis conspicui apotheca, quæ diligenti custodia opus habet, ne furto subjiciatur : anima quippe velut domus expilatur. Refertam bonis animæ domum habuit David; verum illa a latrocinante voluptate direpta fuit : ingressum enim apertum reliquit, nec sobrietatis claustro obfirmavit. Quinam vero erat ille sobrietatis neglectus? Nimia corporis requies : ait enim : *Accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ* (II *Reg.* XI, 2) : vespere, et surrexit e somno et deambulavit : somnus, et post somnum deambulatio mollitiem appetentis. Quid inde damni? *Viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum : erat autem pulchra valde.* Et mittens concubuit cum illa. Quod viderit, inculpatum est; nemo enim oculos incusaverit quod ea quæ sese offerunt videant : sed modus ille videndi reprehensione dignus fuit, quod ad peccatum induceret. Non enim vidit formam et aversatus est, sed ex pulchritudine allectus, spectaculo infixit oculos : neque ultra in oculis pupillas (κόρας) habuit, sed meretrices. Tantum est malum oculorum appetitio, nisi illam reprimas. Eadem est nobis potestas circa cibum, qualis erat Davidi circa oculorum usum : sed peccati transgressio id reprehensione dignum efficit quod crimine carebat. Quid ergo? Alimento quidem foveatur corpus; *Dignus est enim operarius cibo suo* (*Luc.* X, 7) : nobiscum vero prandentibus una adsit Paulus, et si viderit nos in cibo incomposite nos gerere, velut medicus, inordinatis clamabit : *Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus* (I *Tim.* VI, 3). Alimenta, non delicias; alimenta, non ex ebrietate subversionem. Deliciæ olim Israelem ad idololatricam saltationem excitarunt : ebrietas enim animam captivam effecerat : nam, *Sedit*, inquit, *populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere* (*Exod.* XXXII, 6). Observemus igitur quod usui sufficiat; curetur alimento corpus, relaxationis solamen quæramus, plenitudinis onere ne frangamur, moderato cibo utamur, ebrietatis turpitudinem et periculum evitemus : obsequamur Paulo hortanti : *Non inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleri Spiritu sancto* (*Ephes.* V, 18); cui gloria in secula. Amen.

(*a*) Alias, *Chrysostomi* (sermo) *de jejunio; in quo* (sermone) *nonnulla de Davide propheta animadvertuntur.*

IV. EJUSDEM, QUOD GRAVE SIT DEI CLEMENTIAM CONTEMNERE. DICTA AUTEM FUIT POSTQUAM DECEM MILLIUM TALENTORUM PARABOLA LECTA FUERAT; ET CONTRA JUDÆOS, CUM TERRÆ MOTUS FACTUS ESSET.

Clementiæ Domini nostri magnificentia, quam nunc audivistis, peccatoribus exhibita, ingentem et decem millium peccati talentorum remissionem effecit. Plurimi vero sæpe contra Domini clementiam agentes, et male donis ejus utentes, clementiæ divitias in thesaurum supplicii sibi convertunt : siquidem non temere largiens misericordiam, neque nimio magnificentiæ studio affectus, clementiæ suæ divitias exhibet, sed munerum abundantia persuadet. Cum autem frustra projecta videt clementiæ suæ dona, claudit bonorum fontes, retinet clementiæ imbres, defessus est gratificando. Quot olim bonorum imbribus Judæorum populum rigans, ut vidit illos gratitudinis fructu vacuos, ingratum illorum animum non ferens clamabat, *Facti estis molesti mihi* (*Isai.* I, 14)! Ex mea erga vos clementia magis contentiosi apparuistis : defessus sum vobis gratificando : *Facti estis molesti mihi.* Rationi competit illa erga ipsos patientiæ meta : nullus enim superest ipsos corrigendi modus ....

V. EJUSDEM, IN SANGUINIS FLUXU LABORANTEM, EX EVANGELIO SECUNDUM LUCAM (*Luc.* VIII, 43).

Aliis quidem alias negotiationes vitæ scopus dispertivit, cuique illam attribuens quæ utilis et congrua esse videtur; unicam vero nobis largitus est Deus negotiationem Spiritus, quæ per fidem fit multiplex, ac maxima edit bona opera, sicut scriptum est : *Idem vero Spiritus, dividens singulis prout vult* (I *Cor.* XII, 11). Sola enim fides cum possessoribus manet : accipientem non decipit, se tenentem non deserit, fures non metuit, raptorum non habet suspicionem, sigillis non indiget, custodes non requirit. Deum enim custodem habet, qui per hanc omnia omnibus prompte administrat. Hanc habere cupiunt reges; sed privati possident, primates quærunt : illa vero ad humiles currit, et tenues amplectitur; ad infirmos venit, et apprehensos manu ducit, sine mercede curationes largiens. Cum igitur vides, o dilecte, Christum e monte descendentem, iterumque in montem ascendentem, paludem transeuntem, per mare navigantem, versantem in agris, urbibusque et vicis; cum itineribus hic infra peractis memor etiam esto eorum quæ supra fecit; ne obliviscaris cathedræ Cherubinorum, ne humanorum causa negligas divina, cœlum ne tradas oblivioni, ne excidat e memoria tua Verbum factum fuisse carnem, sicut ipsi beneplacitum fuit. Verbum enim caro factum est : ut caro ambulat, ut Verbum recedit; ut caro in montem ascendit, ut

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Γ'. *Τοῦ αὐτοῦ λόγος παραινετικὸς περὶ ἐγκρατείας* [a].

Ὅσοι μαθήμασί τισι προσεδρεύοντες φιλοπονίαν ἐνδείκνυνται, τῆς τοῦ διδάσκοντος ἐπικειμένης ἀνάγκης, τοῦ διδασκαλικοῦ φόβου τὸ τῶν παίδων νενόμισται σπούδασμα· ἐπειδὰν δὲ ἀπόντος διδασκάλου τῆς τῶν καλῶν ἐπιμελείας ἀντέχωνται, προαιρέσεως καθαρᾶς τὸ φιλόπονον. Τῶν τῆς νηστείας ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς φοιτηταὶ μαθημάτων· ἀλλ' ὅτε μὲν τῆς νηστείας παρούσης φιλοσοφίαν ἐνδείκνυμεν, ὥσπερ ἐκ παιδαγωγικῆς ἐσμεν φιλόπονοι· νῦν δὲ δὴ ταύτης πρὸς μικρὸν ὑπεκστάσης, οἱ περὶ τὸν ἄμετρον ἐγκρατευόμενοι κόρον, καθαρὸν ἔχουσι τῆς γνώμης τὸν ἔπαινον, ὡς χωρὶς ἀνάγκης φιλόσοφοι, ὡς κατὰ γνώμην καρτερικοί, ὡς εἰδότες τὰ καλὰ περισφίγγειν, ἃ τοῖς προλαβοῦσιν ἐθησαύρισαν κόποις. Ὁ μὲν γὰρ εἰς ἀμετρίαν τῶν βρωμάτων ἐκβαίνων, οὐκ οἶδεν ἃ [209] νηστεύων συνήγαγεν, οὐκ οἶδεν οὓς συνέλεξε πόρους, ἀλλ' ὡς οὐδὲν ἔχων ἀποκείμενον ἔνδον, ὡς οὐδὲν ἐν ἑαυτῷ θησαυρίσας, ἀνέῳκται πρὸς τροφῆς ἀμετρίαν, οὐκ ἐπιβάλλει ταῖς ὀρέξεσι κλεῖθρα, οὐ θύραις συμμετρίας ἑαυτὸν ἀσφαλίζεται· καὶ θαυμαστόν γε οὐδέν. Τοιοῦτο γὰρ ὁ πενόμενος ἅπας, οὐκ ἔχει θυρῶν καὶ κλειθρων ἐπιμέλειαν, οὐκ ἐγκειται φροντίσιν ἐπιβουλῶν, ἀμερίμνῳ διανοίᾳ καθεύδει, ὡς οὐκ ἔχων τι τὸ λῃστὰς ἐρεθίζον, ὡς κλαπῆναι μὴ δυνάμενος ἄπορος· τοῖς δὲ πλουσίαν οἰκίαν κεκτημένοις διὰ φυλακῆς, ὡς θησαυρῶν ἐγκειμένων, διὰ θυρωρῶν τηρούντων τὴν εἴσοδον. Πεπλουτήκαμεν καὶ ἡμεῖς τῇ νηστείᾳ· καὶ τὰ τοῦ πλούτου τεκμήρια πρόδηλα· ἡδονὰς ἐκτησάμεθα δούλας, ἐδεσπόσαμεν γαστρὸς, ἣ τὸ πρὶν ἐδουλεύσαμεν· ἀσώματον ἐκτησάμεθα βίον, οἰκίαν ἐγκρατείας προεβαλόμεθα νέαν, ἧς τέως τοὺς θεμελίους ἐθέμεθα. Δεῖται δὲ τὸ ἔργον συμπήξεως, χρῄζει περισφίγγοντος τόνου· τῶν χαυνούντων δὲ, οὐ σφιγγόντων, ἡ μέθη, τῶν παραλυόντων, οὐ τονούντων τὰς βάσεις. Οὐδεὶς ὃν καλῶς ἐσφιγξε σαλεύει θεμέλιον· οὐδεὶς πλούτου ταμιεῖον ἀφυλάκτως ἀνοίγνυσι· νηστευτοῦ δὲ ψυχὴ πλουσίου τινός ἐστιν ἀποθήκη δοκίμου, καὶ φυλακῆς ἀκριβοῦς δεομένη, μήπου τινὶ περιπέσῃ λῃστείᾳ· λῃστεύεται γὰρ ὡς οἰκία ψυχή. Γέμουσαν εἶχεν ὁ Δαυὶδ τὴν τῆς ψυχῆς οἰκίαν, ἀλλ' ἐκ λῃστρίδος ἡδονῆς ἐσυλήθη· ἀνεῳγμένην γὰρ ἀφῆκε τὴν εἴσοδον, καὶ νήψεως οὐκ ἠσφαλίσατο κλεῖθρῳ. Τίς δὲ ἡ περὶ τὴν νῆψιν ἀμέλεια; Ἡ πλατεῖα τοῦ σώματος ἄνεσις· *Ἐγέρετο γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς δείλης, καὶ ἀνέστη Δαυὶδ ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει ἐπὶ τοῦ δώματος ἐν τῷ οἴκῳ τῶν βασιλέων·* δείλης, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τοῦ ὕπνου καὶ περιεπάτει· ὕπνος, καὶ μετὰ τὸν ὕπνον περίπατος ὀρεγομένου ἀνέσεως. Πλατὺς τῇ γαστριμαργίᾳ περίπατος. Τί οὖν τὸ βλάβος; *Καὶ εἶδεν, ἀπὸ τοῦ δώματος γυναῖκα λουομένην· καὶ ἡ γυνὴ καλὴ τῷ εἴδει σφόδρα.* Καὶ ἀποστείλας κατῄσχυνεν αὐτήν. Τὸ βλέπειν ἀνέγκλητον· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὀφθαλμοὺς ἐγκαλέσειεν, ὅτι τὰ βλεπόμενα βλέπουσιν· ἀλλ' ἔχει τὸ ἀνέγκλητον ἔγκλημα πρὸς ἁμαρτίαν ὀδεῦσαν· οὐ γὰρ εἶδε τὴν μορφὴν καὶ παρεῖδεν, ἀλλ' ὥσπερ προηλώθη τῷ κάλλει· ἐνέπηξε τὸ βλέμμα τῷ σώματι, ἐβάπτισε τῇ θεωρίᾳ τὰς κόρας· οὐκ ἔτι κόρας εἶχεν ἐν ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ πόρνας. Τοσοῦτον κακὸν καὶ βλέμματος ὁρμὴ, ἐὰν ἀχαλίνωτον ἀφιῇς. Οὕτω καὶ νῦν ἔστιν ἡμῖν πρὸς τροφὴν ἐξουσία, ὥσπερ καὶ τότε τῷ Δαυὶδ τοῦ χρῆσθαι τοῖς ὄμμασιν· ἀλλ' ἡ τῆς ἁμαρτίας παρέξοδος ὑπ' ἔγκλημα ποιεῖ τὸν ἀναίτιον. Τί οὖν; Τροφῇ μὲν κολακευέσθω τὸ σῶμα· *Ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστι·* συμπαρέστω δὲ ἡμῖν ἀριστώσιν ὁ Παῦλος, κἂν ἴδῃ που πρὸς τὴν τροφὴν ἀταχτοῦντας, ὥσπερ ἰατρὸς ἀτακτοῦσι βοήσει· *Ἔχοντες διατροφὴν καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησώμεθα.* Διατροφὴν, οὐ τρυφὴν· διατροφὴν, οὐ τὴν ἐκ μέθης ἀνατροπήν. Τρυφὴ ποτε τὸν Ἰσραὴλ εἰς εἰδωλικὴν διήγειρεν [210] ὄρχησιν· ἡ γὰρ μέθη τὸν νοῦν ἠχμαλώτευσεν· *Ἐκάθισε γὰρ, φησὶν, ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.* Τὴν τῆς χρείας τοίνυν τηρῶμεν αὐτάρκειαν· τροφῇ θεραπευέσθω τὸ σῶμα· ἀνέσεως παραμυθίαν ζητοῦντες, ἐμφορήσεως μὴ κλασθῶμεν φορτίῳ· μεμετρημένης ἐξουσιάζωμεν βρώσεως· ἐκκλίνωμεν τὴν τῆς μέθης ἀσχημοσύνην, καὶ κίνδυνον οὐχ ἑξόμεν· πειθώμεθα παραινοῦντι τῷ Παύλῳ· *Μὴ μεθύσκεσθαι οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθαι ἐν Πνεύματι ἁγίῳ·* ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[a] Alias, Τοῦ Χρυσοστόμου περὶ νηστείας· ἐν ᾧ καὶ παραδείγματα εἰς τὸν προφήτην Δαυίδ.

Δ'. *Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι βαρὺ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας καταφρονεῖν. Ἐρρέθη δὲ τῆς τῶν μυρίων ταλάντων ἀναγνωσθείσης παραβολῆς. Καὶ κατὰ Ἰουδαίων, τοῦ σεισμοῦ γενομένου.*

Ἡ μὲν τῆς Δεσποτικῆς φιλανθρωπίας ἀρτίως ἀκουομένη φιλοτιμία πολλὴν καὶ μυρίων ἁμαρτίας ταλάντων χρεοκοπίαν εἰργάσατο ἁμαρτωλοῖς δωρουμένη· πολλοὶ δὲ πολλάκις τῆς Δεσποτικῆς κατασκιρτῶντες χρηστότητος, καὶ κακῶς ταῖς παρ' αὐτῆς δωρεαῖς κεχρημένοι, τὸν τῆς φιλανθρωπίας κατασκευάζουσι πλοῦτον θησαυρισμὸν ἑαυτοῖς τιμωρίας. Οὐ γὰρ σκορπίζων ἁπλῶς τοὺς οἰκτιρμοὺς ὁ Θεὸς, οὐδὲ νοσῶν ἀσωτίαν φιλοτιμίας, τὸν τῆς φιλανθρωπίας ἐπιδείκνυται πλοῦτον, ἀλλὰ τῇ τῶν δωρεῶν δυσωπῶν ἀφθονίᾳ· ὅταν δὲ ἴδῃ μάτην αὐτῷ τὰ τῆς φιλανθρωπίας ῥιπτούμενα, συστέλλει τῶν ἀγαθῶν τὰς πηγὰς, κατέχει τῆς φιλανθρωπίας τοὺς ὄμβρους, ὀκνεῖ χαριζόμενος. Πόσοις ποτὲ τοὺς Ἰουδαίων δήμους ἀγαθῶν ὑετοῖς ἐπικλύζων, ὡς εἶδεν ἀκάρπους πρὸς εὐχαριστίας καρποὺς, ὥσπερ ἐμπλησθεὶς τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης, ἐβόα· *Ἐγέρεσθέ μοι εἰς πλησμονήν.* Τῆς ἐμῆς εἰς ὑμᾶς ὤφθητε, φησὶ, πρός με φιλανθρωπίας φιλονεικότεροι· ἐκαμνον ὑμῖν χαριζόμενος· *Ἐγέρεσθέ μοι εἰς πλησμονήν.* Εὐλόγως τῆς ἐπ' αὐτοῖς μακροθυμίας ὁ κόρος· οὐ γὰρ εὑρίσκεται τρόπος τῆς αὐτῶν διορθώσεως···

Ε'. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αἱμορροοῦσαν, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου.*

Ἄλλοις μὲν ἄλλας ὁ τοῦ βίου σκοπὸς ἐμπορίας ἐμέρισε, διαιρῶν ἑκάστῳ τὴν δοκοῦσαν εἶναι χρειώδη καὶ συμφέρουσαν· ἡμῖν δὲ μίαν ἀπένειμεν ὁ Θεὸς τὴν ἐμπορίαν τοῦ Πνεύματος, πολλαπλῆν οὖσαν διὰ πίστεως, καὶ κατορθοῦσαν τὰ μέγιστα κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.* Μόνη γὰρ πίστις παραμένει τοῖς ἔχουσιν· οὐ ψεύδεται τὸν λαμβάνοντα, οὐκ ἀθετεῖ τὸν κτησάμενον, οὐκ εὐλαβεῖται τοὺς κλέπτας, οὐχ ὑφορᾶται τοὺς ἁρπαγας, οὐ χρῄζει σφραγίδων, οὐ ζητεῖ τοὺς φυλάττοντας· Θεὸν γὰρ ἔχει φύλακα τὸν πάντα τοῖς πᾶσι διὰ ταύτης ἑτοίμως παρέχοντα. Ταύτην ἐπιθυμοῦσιν ἔχειν βασιλεῖς, ἀλλ' ἰδιῶται κέκτηνται· ζητοῦσι δυνάσται, αὐτὴ δὲ ταπεινοῖς προστρέχει, καὶ τοὺς εὐτελεῖς περιπτύσσεται· ἔρχεται πρὸς τοὺς ἀῤῥώστους, καὶ τούτους παρακρατοῦσα χειραγωγεῖ, ἀμισθὶ τὰς ἰάσεις δωρουμένη. Ὅταν οὖν ἴδῃς, ἀγαπητὲ, τὸν Χριστὸν ἐξ ὄρους κατερχόμενον, καὶ πάλιν [211] εἰς ὄρος ἀναβαίνοντα, περῶντα λίμνην, διαπλέοντα θάλασσαν, ἀγροῖς ἐπιδημοῦντα καὶ πόλεσι καὶ κώμαις, μετὰ τῆς κάτω πορείας μέμνησο καὶ τῆς ἄνω· μὴ ἐπιλάθῃ τῆς τῶν Χερουβὶμ καθέδρας, μὴ παρέλθῃς τὰ θεῖα διὰ τὰ ἀνθρώπινα, μὴ λήθῃ παραδῷς τὸν οὐρανὸν, μὴ ἀμνημονήσῃς ὅτι σὰρξ ὁ Λόγος γέγονεν, ὡς ἠθέλησεν. Ἡ γὰρ σὰρξ ὁ Λόγος ἐγένετο· ὡς σὰρξ περιπατεῖ, ὡς λόγος παραχωρεῖ· ὡς σὰρξ εἰς ὄρος ἀναβαίνει, ὡς Λόγος ἐπάνω τῶν Χερουβὶμ καθέζεται· ὡς σὰρξ ὑπομένει δι' ἐμὲ τὰ ἐμά, ὡς Λόγος τὰ τοῦ Πατρὸς ἀκαμάτως ἐργάζεται, ἐξ ὕδατος ἐν Κανᾷ··· παραστήσας· φωτὸς ἀνοίγει θυρίδας, πηλῷ καὶ δακτύλῳ καινουργῶν τὰς ὁράσεις. Εἶπε τῷ λεπρῷ, *Θέλω καθαρίσθητι,* καὶ μετὰ τὴν φωνὴν τὸ πάθος οὐκ ἦν· *Ἔγειρε,* λέγει τῷ παραλυτικῷ· ὁ λόγος δὲ ἀντὶ ποδῶν ἐγίνετο, καὶ τὸ πρόσταγμα βάδισμα θᾶττον ὁ πάσχων ἐλάμβανεν· ἔῳθασε τὸ Ἰαείρου δωμάτιον, καὶ τὰ πέν-

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

θος ἀθρόον εἰς χαρὰν μετεβάλλετο. Ἰδοὺ καὶ τήμερον ὄχλῳ περισφιγγόμενος ἐκλάμπει τὸ κράσπεδον, καὶ τῷ ὄμβρῳ τῆς πίστεως τὴν ῥύσιν κατέκλυσε. Τί γὰρ ἡμῖν ἀρτίως ὁ εὐαγγελιστὴς εἰσηγήσατο, τὰ κέρδη τῆς πίστεως εἰσφέρων πολύτροπα; Ἦν γάρ τις ἀρχισυνάγωγος, τῶν Μωϋσέως νόμων θεραπευτής, καὶ τοῦ λαοῦ παιδευτής, τὴν δὲ κλῆσιν Ἰάειρος. Τούτῳ μίαν χάριν ἡ φύσις δέδωκε, μονογενῆ θυγατέρα, εἰς ἣν ὄχλος ἠσχόλητο ἀναγκαῖος, ὡς ἔθος ὑπάρχει γενέτῃ φιλόπαιδι. Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ἐλάνθανεν, οὐκ εἰς διαδοχὴν, ἀλλ' εἰς πρώρων ταφὴν ταύτης ἐπιμελούμενος. Νόσημα γὰρ αὐτῇ τι χαλεπὸν ἐπελθὸν, γείτονα μὲν ταύτην τοῦ θανάτου ποιεῖ, τὸν δὲ πατέρα τῆς ἐπ' αὐτῇ χρηστῆς ἐξέκοψεν ἐλπίδος. Ἀλλ' οὐκ ἐνίκησε τὴν πίστιν τὸ πάθος· εὐθὺς γὰρ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα χωρεῖ ὁ Ἰάειρος, καὶ παρακαλεῖ φθάσαι τὸ δωμάτιον. Προφθάνει ἐὰν τὸν καλοῦντα τῇ προθυμίᾳ ὁ Κύριος· *Ἐγερθεὶς γὰρ, ἠκολούθησεν αὐτῷ.* Ἀλλ' ὅρα, πιστὲ, οἷα παρὰ γυναικὸς δικαία καινοτομεῖται βία, οἷα σοφὴ οἰκονομεῖται κλοπὴ, οἷα παρὰ θήλεος ἐπινοεῖται ἀκίνδυνος ἁρπαγή· δεῖ γὰρ αὐτῷ πρὸς τὴν κίνησιν ἐπειγομένῳ καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἀνύειν συντόμως. *Γυνὴ*, φησὶν, *αἱμορροοῦσα δέκα δύο ἔτη, προσελθοῦσα ὀπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ, ὅτι Ἐὰν μόνον ἅψωμαι, σωθήσομαι.* Οὗτος γὰρ, φησὶν, ὁ ἰατρὸς ἐξ οὐρανοῦ παραγέγονεν· οὐκ ἐπιτάττει φαρμάκων πολυδαπάνων ὕλην, οὐ κατατέμνει σιδήρῳ, οὐκ ἐπάγει τὰς ὀδύνας· οἶδε τὰ τοῦ θήλεος· ἐκ παρθένου γὰρ μητρὸς ὡς ἠθέλησεν ἐπεδήμησεν· οὐ μολύνεται τὰ λανθάνοντα διερευνώμενος πάθη· αὐτός ἐστι τῶν κρυφίων ἐπόπτης. Γυνή εἰμι, καὶ περιφέρω πάθος αἰσχρὸν καὶ κρυπτόν· ἔχω γὰρ αἱμάτων ἀκένωτα ῥεῖθρα, καὶ κρήνας ἀνελλιπεῖς ὀχετῶν ἀκαθάρτων. Χρῄζω τοίνυν πηγῆς, ἥτις ἐστὶν αὐτὸς, ἵνα μου λάθρα καθαρίσῃ τὴν ἀσχήμονα ῥύσιν· νόμος γὰρ τὴν τοιαύτην οὐ προσίεται νόσον. Ὄχλος με τὴν ἀθλίαν ὡς μυσαρὰν ἀπωθεῖται· ἀλλ' ὁ παρὼν ἰατρὸς, τῆς φύσεως ὢν δημιουργὸς, ὃς ἀνέπλασεν ἐκ πλευρᾶς, ἀπαλλάξαι φθορᾶς οὐκ ἂν παραιτήσηται· λόγῳ γὰρ μόνῳ κελεύει, καὶ τὸ πάθος οὐ μένει· ταράττεται τῷ Πνεύματι, [212] καὶ τὸν ᾅδην τοὺς νεκροὺς ἀναπράττει· ἐξ ὀλίγων ἄρτων ἐμπιπλᾷ χιλιάδας, νίπτεται δάκρυσι καὶ πηγάζει τὴν ἄφεσιν. Ἀλλ' οὐδεὶς τοῦτο θαῤῥεῖ, εἰ μὴ μόνη πίστις ἀδίστακτος· ταύτην οὖν παραλαβοῦσα χειραγωγὸν κατὰ ψυχὴν πρόσειμι λαθοῦσα, καὶ σιγῇ λῃστεύω τὴν θεραπείαν ἁφῇ· κἂν μὲν λάθω, κέρδος τὸ πᾶν, οἶδα γὰρ ὅτι σωθήσομαι· εἰ δὲ μὴ λαθοῦσα εἰς μέσον κληθείην, οὐκ ἂν ἐγκληθείην διὰ θεραπείαν τολμήσασα, οὐδὲ ἀναπραχθήσομαι ἅπερ ἡ πίστις ἐσύλησεν· ἀμεταμέλητα γὰρ ὡς Θεοῦ ὑπάρχει πάντα τὰ ταύτης χαρίσματα· ὁ γὰρ εἰπὼν τῇ θαλάσσῃ. *Σιώπα, πεφίμωσο*, καὶ τὴν ἐμὴν ἀφανῆ ἀναστομώσει πηγήν. Δεῦρο τοίνυν, ἡ πίστις, τὸ μέλλον κυβέρνησον, καὶ τῷ κύματι τῶν ὀχλῶν συντόμως διάκοψον, ἵνα μου τὸ σαθρὸν σκάφος τοῦ σώματος εἰς τὸν γαληνὸν ἐκεῖνον προσορμίσω λιμένα· δύναται γὰρ ἡ ῥανὶς τῆς αὐτοῦ βοηθείας τὸν ἐν ἐμοὶ τῶν αἱμάτων ἀκαμάτως ἀποπνίξαι βυθόν· οὕτω δὲ ταῦτα βουλευσαμένη καλῶς τοῖς ἀτολμήτοις ἐπιτολμᾷ, καὶ οὔτε χρόνον δέδιεν, οὐ πενίαν λογίζεται, οὐ πλῆθος ἀριθμεῖ· πάντα δὲ ταῦτα διὰ τῆς πίστεως, μᾶλλον δὲ μετὰ τῆς πίστεως ὑπερπηδήσασα, λάθρα τοῦ Δεσποτικοῦ χιτῶνος ἁψαμένη, τῆς ἰάσεως τὸ κέρδος εὐκαίρως ἐσύλησε, τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν ἀπαλλαγὴν εἶναι τοῦ πάθους πιστεύσασα· ὄντως ἀπαλλαγή· ἰάθη γὰρ *Εὐθέως ἀπὸ τῆς μάστιγος.* Δώδεκα γὰρ ἔτη τῇ νόσῳ πυκτεύουσα καθ' ἡμέραν καὶ κατ' ἔτος, τὴν ζωὴν ὑπέκλεπτε, σφαττομένη πάντοτε, καὶ τέως μὴ θνήσκουσα· πρῶτος γὰρ ἐνιαυτὸς, καὶ τινων ὀδυνῶν καὶ πόνων εἰς αἴσθησιν ἦρχετο· δεύτερον ἔτος ἦν, καὶ πόλεως τῆς ἀφανοῦς ταύτης ἐθορύβει τὰ κρύφια· τρίτος παρῆν ἐνιαυτὸς, καὶ τῇ τῶν νεύρων καὶ φλεβῶν ὀγκώσει συνείχετο· τέταρτον ὑπῆρχεν ἔτος, καὶ πηγὴ τις ἐξ αὐτῆς αἱμάτων προήρχετο· πέμπτος ἐνιαυτὸς, καὶ πανταχόθεν ἰατροὶ συνέτρεχον, μέλη παραγυμνοῦντες ἃ μὴ θέμις ὁρᾶσθαι τοῖς ἄῤῥεσιν· ἕκτον ἔτος ἠνύετο, καὶ εἰς πλέον τὸ δεινὸν ἐπετείνετο· ἕβδομος ἐνιαυτὸς, καὶ πλούτου τοσούτου κενουμένου ἡ τῶν αἱμάτων φθορὰ ἀνεξάντλητος ἔμενεν· ὄγδοον ἔτος ἐπέστη, καὶ τὴν ἧτταν ὡμολόγουν οἱ ἰατρεύοντες· ἔννατος ἦν ἐνιαυτὸς, καὶ ταύτην παντελῶς ἀπεγνωσμένην καταλείποντες ἀπῆσαν· δέκατον ἔτος ἤγγισεν, καὶ ἦν ἡ γυνὴ οὐσίας καὶ ὑγείας καθάπαξ ἀπερίστατος· ἑνδέκατος ἐνιαυτὸς, καὶ βοηθὸς οὐδεὶς τῇ κατωδύνῳ παρίστατο· δωδέκατον ἔτος ἠριθμεῖτο, καὶ παρῆν ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς ἐν τῇ ἐσχάτῃ ὥρᾳ, ἁφῇ καὶ λόγῳ καὶ πίστει τὰς νόσους ἰώμενος. Τούτῳ συντυχοῦσα, καὶ τὸ μέλλον πιστεύσασα, ἔλαβεν ὅπερ ἤθελεν· ἀλλ' ἔτρεμεν εἰδυῖα ὅτιπερ οὐκ ἔλαθεν. Τί γάρ φησιν ὁ Σωτήρ; *Τίς ὁ ἁψάμενός μου; ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.* Οὐκ εἶπε, Τίς ἡ ἁψαμένη μου; ἵνα μὴ πως οἱ παρόντες εἰς ἀμφίβολον ζήτησιν γυναῖον ἑαυτοὺς ἀπασχολήσωσιν· ἀλλ' εἶπε, *Τίς ὁ ἁψάμενός μου*, ἐν μετεώρῳ καταλείπων τὴν φωνὴν, ἵνα ἕκαστος ἀκούων, ἀνδρὸς εἶναι νομίσῃ τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν· *Τίς ὁ ἁψάμενός μου; ἐγὼ γὰρ δύναμιν ἔγνων ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.* [213] Τί λέγεις, ὦ Δέσποτα; εἰς τὸ συλᾶσθαι τὰ σὰ παραγέγονας; εἰς ἁρπαγὴν θέλων τοῖς πιστοῖς τὴν βασιλείαν προέθηκας; καὶ πῶς ἐρωτᾷς ὃ οἶδας, καὶ ζητεῖς ὃ οὐκ ἀγνοεῖς; Εἰ μὴ θέλων ἐκλάπης τὴν ἐξελθοῦσαν δύναμιν, ὠφελες ἐπισχεῖν· εἰ δὲ βουληθεὶς ἐσυλήθης, τί δυσχεραίνεις δι' ὃ οὐ παρὴ πίστις παρὰ σοῦ λαμβάνειν βιάζεται; Ἐχαρίσω μὴ αἰτηθείς, καὶ μετὰ τὸ δοῦναι ἐγκαλεῖς; ἀοράτως ἐθεράπευσας, καὶ μετὰ τὴν ἴασιν δικαστήριον συγκροτεῖς; Ναὶ, φησὶν· οἶδα τήν με συλήσασαν, οὐκ ἀγνοῶ τὴν εὐδοκίμως ληστεύσασαν, βούλομαι δὲ ταύτην εἰς μέσον ἐλθεῖν, ἵνα γένηται κήρυξ ἧς ἐπέτυχε χάριτος. Παρ' αὐτῆς γὰρ οὕτως ἡδέως συληθεὶς, τὴν αὐτῆς δωρεὰν ἐπὶ πάντων κυρῶσαι προῄρημαι· *Θάρσει, θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.* Ἔχε, φησὶν, ὅπερ ἥρπασας ἀφανῶς· κτῆσαι κτῆσιν γνησίαν, ἣν σοι παρέσχεν ἡ πίστις· ἀντὶ γὰρ δούλης θυγάτηρ, ἀντὶ μεμιαμμένης ἠλειμμένη σήμερον ὠνομάσθης· *Ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου.* Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, πόσα δύναται πίστις, πῶς ἐν μιᾷ ῥοπῇ θαύματα ἤνυσεν; σιωπῇ τὴν τρέμουσαν παραθαρσύνουσα, τὸν ἰατρὸν ἐκδυσωπήσασα. Οὕτως ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, τὴν αἱμόῤῥουν ζηλώσασα, καὶ πίστει τῷ Δεσπότῃ σιωπῇ προσπελάσασα, τὴν μυσαρὰν τῶν νομικῶν αἱμάτων ἀνεστόμωσε πηγὴν, καὶ θυγάτηρ κληθεῖσα πολλῶν ὑπάρχει μήτηρ, μάρτυρα κεκτημένη τὸν πάλαι βοήσαντα· *Ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα·* λέγω δὴ τῆς συναγωγῆς, ἧς ἀνὴρ ὁ νόμος, ἀρχισυνάγωγος, Δεσπότην σήμερον εἰς τὴν ἔγερσιν καλῶν τῆς τελευτησάσης παιδός. Ἀλλὰ τῆς ὥρας ὠθούσης τοῦ κατ' αὐτὴν θαύματος χρεώστην ἐπαγγέλλομαι, τὸν πλουτοδότην Κύριον προσκαθιστῶν ὑμῖν ἔγγυον· ᾧ ἡ δόξα πρέπει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ϛ'. *Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι θαλάσσῃ πεφείκασται ὁ βίος οὗτος, καὶ εἰς τὸ,* « Ὅτε ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον καὶ ἀφύπνωσεν. »

Οἱ πελάγιοι πλωτῆρες, ἐπειδὰν εὐθυδρόμῳ πνεύματι καταφυσώμενοι τὸν πλοῦν ἀνύωσι, χαροποιοῖς τοῖς προσώποις γινόμενοι, ἀντίμιμον τῆς γαλήνης τὴν ὄψιν ῥυθμίζουσιν· ἐπειδὰν δὲ τῆς γαλήνης ἡ εὐδία παραμείνασα τοὺς ναύτας ἐκλύσῃ, καὶ τοὺς μὲν καθεύδειν, τοὺς δὲ καὶ παιδιοῖς ἐμπιστεύειν τὰ τῆς ὁλκάδος πηδάλια παρασκευάσῃ, καὶ τοῦ μὲν κυβερνήτου ἀμεριμνοῦντος, τῶν δὲ ναυτῶν τὸν πόνον τῆς τέχνης τῇ εὐδίᾳ λυσάντων, ἄφνω δὲ λαίλαπος τραχυτάτου κατασπιλάσαντος, ἐπὶ τὸ πέλαγος ἀδοκήτως ἐκδράμωσιν οἱ ἄνεμοι, καὶ ἄῤῥηται ἡ θάλασσα ἐξαγριαινομένη μορμύρειν, καὶ ἡ τῶν κυμάτων πληθὺς ἐμπροδίζειν τῇ νηΐ, καὶ αἱ τῶν πολυπλόκων σχοινίων διατάσεις αἱ ἀμφὶ τὸν ἱστὸν ἠρτημέναι τῇ τῶν ἀνέμων βιαίᾳ ἐμβολῇ μαστιζόμεναι συρίζωσιν[a]· τότε δὴ, ἀγαπητοὶ, θροῦς μὲν ζαλώδης καὶ [214] κλαυθμυρώδης ὑπὸ τῶν ἐπιβατῶν γίνεται, βύθινον θάνατον παρὰ τὸν φυσικὸν προσδοκώντων. Ἔστι δὲ ἰδεῖν τοὺς ναύτας ὑπὸ τῆς ἔξωθεν αὐτοὺς περιεχούσης ζάλης χειμαζομένους, πλέον δὲ ὑπὸ τῆς τῶν ἔνδοθεν ὀλοφυρο-

[a] Ita conjectum, pro vulg. : ...τῇ νηΐ, καὶ τῶν π. σχ. ἐκτάσεις αἱ ἀμφὶ τὸ ἱστὸν.... συρίζουσιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Verbum supra Cherubim sedet; ut caro mei causa mea sustinet, ut Verbum quæ Patris sunt sine labore operatur. In nuptiis vinum ex aqua fundit, principium miraculorum in Cana exhibens : luminis aperit januas, luto digitoque oculos novos faciens. Leproso dixit, *Volo, mundare* (*Matth.* VIII, 3, *et* IX, 6) ; et post datam vocem morbus nullus erat : dicit paralytico, *Surge ;* vox autem pro pedibus fuit, brevique tempore infirmus mandatum quasi ambulandi potestatem accepit : venit ad Jairi domum, luctusque statim in gaudium mutatus est. Et hodie quoque turba circumdatus est, vestimenti fimbria emicat, atque fidei imbre fluxum inundavit. Quid enim jam nobis narravit evangelista, fidei fructus proferens multifarios? Erat enim quidam princeps synagogæ, Moysis legum custos, populique institutor, nomine Jairus. Huic unam gratiam natura dederat, filiam unigenitam, circa quam occupata erat turba familiarium, ut mos est parenti sobolem amanti. At, ut videtur, nesciebat se, non ad successionem, sed ad immaturum funus hanc curare. Morbus enim gravis incidens, ipsam quidem morti vicinam reddit, patrem vero bona de illa spe orbavit. Verum morbus ille non superavit fidem : statim enim Servatorem adit Jairus, et rogat domum suam veniat. Dominus vero se accersentem promptitudine præcedit; ait enim, *Surgens sequebatur eum* (*Matth.* IX, 19). Vide autem, o fidelis, qualis a muliere instituitur justa violentia, quale sapiens furtum adhibetur, qualis a femina excogitatur periculi expers raptus : oportet enim illum accelerato motu viam illam propere transire. *Mulier*, inquit, *quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantum, salva ero* (*Ibid.*, 20, 21). Hic medicus, inquit, e cœlo venit; non præcipit medicamenta magni pretii, non ferro secat, dolores non infert : novit quæ ad feminam pertinent; ex virgine enim matre, ut voluit, accessit; non contaminatur dolores abditos exquirendo; ipse est secretorum inspector. Mulier sum, et morbum fœdum arcanumque circumfero : habeo enim non evacuandos sanguinis fluxus, et non deficientes canalium impurorum fontes. Egeo igitur fonte, qui ille ipse est, ut clam purget indecorum fluxum : lex enim hujusmodi morbum non admittit. Turba me miseram quasi abominandam arcet : sed præsens ille medicus, qui, naturæ conditor, illam ex costa formavit, haud recusabit sanare : verbo enim solo jubet, et morbus non manet : turbatur Spiritu, et ab inferno mortuos exigit : paucis panibus satiat chiliadas; lavatur lacrymis et remissionis fluenta mittit. Nemo autem hoc audet, nisi fides expers dubitationis. Hanc igitur manuductricem in anima accipiens, adibo confidens, et tactu facile et latenter sanitatem abripiam. Et si forte lateam, lucro erit res tota : me enim salutem consecuturam esse scio : si vero non latens in medium evocer, non reprehendar, quod sanitatis recuperandæ causa hæc ausa sim, neque a me reposcentur ea, quæ fides abripuit : hujus enim, utpote Dei, donorum nunquam pœnitet. Nam qui dixit mari, *Tace, obmutesce* (*Marc.* IV, 39), secreti quoque fontis mei os obturabit. Adesto igitur fides, in posterum accipe clavum, et fluctum tempestatis celeriter compesce, ut turpem illam corporis scapham in tranquillum illum deducam portum. Nam vel stilla ejus auxilii sine labore potest sanguinum gurgitem, qui in me est, suffocare. Cum vero hæc secum probe consuluisset, res vix audendas audacter aggreditur : nec tempus metuit, nec paupertatem considerat, nec turbam numerat; sed hæc omnia per fidem, imo potius cum fide transiliens, Domini tunicam clanculum tangendo, sanitatis lucrum opportune subripuit; unionem cum illo liberationem a morbo fore confidens, vere liberata est; statim enim *Sanata est plaga* (*Marc.* V, 29). Duodecim quippe annos cum morbo luctans quotidie et quotannis, vitam suffurabatur, semper jugulata, et tamen non moriens. Primo enim anno in laborum aliquot et dolorum perpessionem incidit : secundo anno, obscuræ hujus urbis tumultuabantur secreta : tertius aderat annus, et nervorum venarumque tumore afficiebatur : anno quarto, fons quidam sanguinum ex illa processit : anno quinto, undique medici concurrebant, membra denudantes, quæ fas non est a masculis conspici : sextus annus conficiebatur, et malum magis auctum est : septimo anno, tantis opibus effusis, sanguinum corruptio mansit inexhausta : octavus annus adstitit, et medici se victos confitebantur : nono anno, hanc prorsus desperatam relinquentes, abierunt : decimus annus appropinquavit, et erat mulier tum facultatibus tum sanitate prorsus destituta : undecimo anno, oppressæ doloribus nullus adstitit opitulator. Duodecimus annus numerabatur, et animarum medicus in ultima hora adfuit, tactu et verbo et fide morbos sanans. In hunc incidens mulier, quodque futurum erat credens, id quod desiderabat assecuta est. Tremuit vero cum sciret se non latere. Quid enim ait Servator? *Quis est qui me tetigit? nam ego novi virtutem de me exiisse* (*Luc.* VIII, 45, 46). Non dixit, Quæ est quæ me tetigit? ne forte qui aderant in dubia mulieris perquisitione se occuparent; sed dixit, *Quis est qui me tetigit?* in dubio vocem relinquens, ut quisque audiens talem conatum esse viri existimaret. *Quis est qui me tetigit? nam ego novi virtutem de me exiisse.* Quid dicis, Domine? venisti ut tua subriperentur? regnum fidelibus rapiendum lubens proposuisti? et quomodo rogas quod nosti, et de eo quæris quod non ignoras? Si non lubens virtute egressa spoliatus es, cohibere debueras; si autem volenti tibi subrepta est, cur ægre fers illa donans, quæ fides a te per vim abripit? Donasti non rogatus, et postquam donasti, reprehendis? sine conspectu sanasti, et post datam sanitatem, forum judiciale constituis? Imo, ait, novi illam quæ per fidem id mihi subripuit, non ignoro illam quæ probe furata est; volo autem illam in medium prodire, ut præco sit illius quam consecuta est gratiæ. Ab illa enim ita suaviter spoliatus, coram omnibus ejus donum confirmare destinavi : *Confide, filia, fides tua te salvam fecit* (*Matth.* IX, 22). Habe, inquit, quod probe furata es; tene, o mulier, quod clam rapuisti; posside possessionem probam, quam tibi fides præbuit; pro serva enim filia, pro polluta hodie uncta nominata es : *Esto sana a plaga tua* (*Marc.* V, 35). Vides, o dilecte, quanta potest fides? quomodo uno temporis momento miracula edidit? eam, quæ in silentio tremebat, confirmans, medico exorato. Ita gentilium Ecclesia, æmula mulieris profluvio laborantis, taciteque per fidem Domino appropinquans, sanguinum a lege proscriptorum abominandum fontem occlusit, ac filia appellata, multorum est mater, testem nacta eum, qui olim clamavit : *Quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum* (*Isai.* LIV, 1) : hoc est synagogæ, cujus vir est lex, sive princeps synagogæ, Dominum hodie vocans ad suscitationem mortuæ filiæ. Sed hora et tempore impellente, quoad miraculum in illa exhibitum, me debitorem profiteor, sponsorem vobis præstans Dominum divitiarum largitorem : quem decet gloria in secula seculorum. Amen.

VI. EJUSDEM, QUOD MARI SIMILIS SIT HÆC VITA, ET IN ILLUD, CUM JESUS ASCENDIT IN NAVICULAM CUM DISCIPULIS SUIS, ET OBDORMIVIT (*Luc.* VIII, 22, 23; *Matth.* VIII, 23).

Qui in mari navigant, quando secundo vento navigationem perficiunt, lætis vultibus, serenitatis amulum exhibent aspectum : postquam vero permanens serenitatis tranquillitas nautas dissolverit, et alios ad dormiendum, alios vero ad claves navigii vel pueris tradendos impulerit : ac gubernatore curis va-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cuo et nautis laborem artis suæ propter serenitatem remittentibus, repente asperrima procella conturbante, cum præter exspectationem venti in pelagum erumpant, incipiatque mare efferatum obstrepere, fluctuumque turba navem impedire, ut et multiplicum funium tensio, qui circa malum suspensi, violento ventorum impulsu icti, sibilant : tunc sane, o dilecti, tumultus quidem turbulentus et luctuosus a vectoribus oritur, mortem in profundo maris, magis quam naturalem, exspectantibus. Hic videas remiges a procella illos extrinsecus circumagente, plus vero ab intus lugentium clamore enervatos (adeo ut gubernator ipse, præ metu tremebundus factus, non amplius uti possit manu gubernatoria ad navigii directionem) ; omnes vero clamantes se vitam inter homines servare posse desperare. Tale quidpiam accidit discipulis ; mente enim te transferas mecum ad Evangelium. *Ascendit Jesus cum discipulis suis in naviculam* (*Luc.* VIII, 22), et facile trajecit mare. Quandiu Dominus Christus vigilabat, omnis contrarius reprimebatur ventus : planum autem illis erat mare, tanquam firma terra, neque fluctus contra navem Christum ferentem insurgebat. Cum vero Jesus, secundum providentiam suam, in navigio dormiebat, quoad naturam corporis, non quoad deitatis dignitatem (somni enim immunis est oculus deitatis) ; tum venti conspicientes Magistrum et Præfectum suum dormientem, sicut equi aurigam somno detentum spernentes, impetuoso flatu sævam exsibilantes tempestatem, contra navem apostolicam ferebantur : atque, procella exorta, quæ inexspectatam mortem tanto flatu minabatur, æstuante pelago, sævosque fluctus cum fremitu in arenam terminorum constitutricem immittente, discipuli strendentem conspicientes tempestatem, Christum celeberrimum propugnatorem invocabant ; quid dicentes? *Domine, salva nos, perimus* (*Matth.* VIII, 25). Per œconomiam dormiebat in navigio Dominus, non nescius illius quod futurum erat, nec serenitatem inducendi potestate carebat : sciens vero mare turbatum fore, duabus de causis dormiebat : ut per tempestatem redargueret labentem et imbecillam discipulorum fidem, et potentiam divinitatis suæ illis liquido demonstraret. Videre erat itaque, o dilecti, vigilantem, quoad corpus, Dominum, seipso vehementiorem factum, et ventum ad speluncam suam clanculum fugientem, pelagumque non ultra contra apostolicum navigium minas intentantem, sed fluctus ad adorationem se convertentes. Talis est hujus vitæ cursus, ita ut res in eodem statu nunquam permaneant, sed aliquando in pace tranquillæ sint, atque alimentorum copia abundent ; interdum vero commoveantur fluctibusque, ut mare, agitentur, partim quidem barbarorum incursionibus, partim tyrannorum machinamentis et negotiorum perplexitatibus, multisque aliis tumultibus et perturbationibus. Nam prædicta de apostolico navigio historia hunc habet sensum ; nihil quippe a Domino factum est quod mysterium non haberet. Mari similis est hæc vita ; navigio, humana natura, portans quasi vectores et gubernatorem cogitationes et mentem. Hoc itaque navigium, natura scilicet humana, in hac vita agitatur a diaboli nequitia, a dæmonibus hostibus, qui cupiditatum fluctus excitant ; falsam voluptatum spumam in internum animum projiciunt, ac mentem gubernatricem cupiditatibus commovent et in peccatum immergunt. Quod autem homo quilibet a voluptatum flamma commotus in peccatum immergatur, id, sermonem meum asserens, testatur David propheta. Cum enim circa continentiam naufragium fecisset, clamabat dicens : *Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me* (*Psal.* LXVIII, 3). Non enim hoc usquam reperimus in historia de Davide : quandonam David navigavit? vel in quo mari iter agens demersus est? nusquam sane. Quid sibi vult igitur? In hac utique vita tanquam in pelago versans, ac voluptatibus quasi fluctibus agitatus, atque soluta cogitationum compagine, intus admisso cupiditatis fluctu, ac viri fortitudine per Uriæ uxorem spoliatus, continentiæ naufragium passus est. Ideo dicebat : *Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me.* Deinde iterum resipiscens, et ex profundo peccati iterum continentiæ clavum recuperans, vitamque suam castitate temperans, Deum precabatur dicens : *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum* (*Psal.* LXVIII, 16). Tale quidpiam Apostolus quoque, mystice subindicans humanam naturam dicit : *Ter naufragium feci.* Quid enim ait? *Ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui* (*II Cor.* XI, 25). Ter enim naufragium fecit humana natura : semel, in paradiso per transgressionem ; secundo, in diluvio Noe ; tertio, post legem acceptam populus in idolorum cultum incidit, donec veniens animarum nostrarum gubernator Christus, crucis velum in media terra sistens, tempestatibus liberam nobis providit in urbem cœlestem navigationem. *Nocte et die in profundo maris fui.* Noctem appellat illam in caliginoso errore moram, quæ Christi adventum antecessit ; diem vero, illum in lucido baptismo statum, qui Christi secutus est adventum. Cum tota igitur natura humana per nequitiam diaboli, ut diximus, jactaretur ; id videns Verbum Dei, in hanc vitam veniens, ingreditur in cavitatem navigii virginis Mariæ : cujus typum in Jona propheta expressum invenimus. Mittitur enim Jonas Niniven ; Christus in hanc vitam venit : Jonas abit in navigium, et in cavitate navigii dormit ; Verbum etiam Dei per novem menses in ventre virginis Mariæ fere dormiebat taciturnus hominibus. Tunc magis excitata est diabolica nequitiæ procella, sicuti contra Jonam. Sed cum Jonas in mare projectus est, hoc est, cum Jesus e ventre Virginis in hanc vitam prodiit, et omnis quoque ventus adversus obmutescebat, donec balæna in orcum perveniret, multa signa et prodigia edidit in hac vita navigans. Intravit Jonas in balænam, et ille intravit in orcum : tres dies et tres noctes, totidem quot Jonas, in orco consumpsit. Ejicitur Jonas ex balæna in Niniven ; Christus ex mortuis surgit, atque in hunc mundum venit..... prædicat pœnitentiam ; resipiscunt Ninivitæ, atque hujus mundi incolæ : per tres dies jejunant, et servantur numerosæ multitudines ; sicut etiam in Ninive duodecim hominum myriades et pecora plurima. Domino enim pœnitentiam et fidem huic mundo prædicante, servantur duodecim tribus Israel. Quando enim *plenitudo gentium intraverit*, tunc *omnis Israel salvus fiet* (*Rom.* XI, 25). Quod autem Jonas Christi typus esset, Dominus ipse dicit in Evangelio : *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus* (*Matth.* XII, 40). Illi sit gloria et potentia in secula seculorum. Amen.

VII. EJUSDEM IN ILLUD : SIMILE EST REGNUM CŒLORUM GRANO SINAPIS (*Matth.* XIII, 31).

Quid majus regno cœlorum, et quid minus est grano sinapis? quomodo immensum cœlorum regnum, facile metiendo minutissimoque grano assimilavit? Si vero perpendamus quid sit granum sinapis, inveniemus quam pulchre et secundum naturam unum alteri comparetur. Quid est regnum cœlorum, nisi plane Christus? dicit enim de seipso : *Ecce regnum Dei intra vos est* (*Luc.* XVII, 21). Quid autem majus est Christo secundum deitatem, ut prophetam audire est dicentem : *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est* (*Baruch.* III, 36-38). Isaias etiam de illo

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

μένων κραυγῆς ἐκνευριζομένους, ὡς καὶ τὸν μὲν κυβερνήτην ὑπότρομον γεγονότα ἀπὸ τῆς δειλίας μηκέτι δύνασθαι χρῆσθαι τῇ κυβερνητικῇ χειρὶ πρὸς τὴν τῆς νηὸς εὐθυπλοΐαν, πάντας δὲ ὁμοῦ τῆς ἐν ἀνθρώποις ζωῆς μετὰ φωνῆς ἀπεκδέχεσθαι. Τοιοῦτόν τι συμβέβηκε τοῖς μαθηταῖς τοῦ Κυρίου· μετάβαλε γάρ μοι τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον. *Ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς μετὰ τῶν μαθητῶν εἰς τὸ πλοῖον*, καὶ διήρχετο τὴν θάλασσαν εὐμαρῶς. Καὶ ἕως μὲν αὐτοῖς ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐγηγόρει, πᾶς ἐναντίος ἄνεμος ἐφιμοῦτο, ἠπλοῦτο δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ θάλασσα ὡς ἤπειρος, οὐδὲν κῦμα τῇ χριστοφόρῳ νηῒ προσεφίστατο· ὅτε δὲ οἰκονομικῶς ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ πλοίῳ ἐκάθευδε κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, καὶ οὐ κατὰ τὴν τῆς θεότητος· τότε οἱ ἄνεμοι θεωρήσαντες τὸν ἑαυτῶν παιδευτὴν καὶ ταξίαρχον ὑπνώσαντα, καθάπερ ἵπποι ἡνιόχου καθεύδοντος κατολιγωρήσαντες, λάβρῳ φυσήματι ἄγριον χειμῶνα συρίζοντες κατὰ τῆς ἀποστολικῆς ὁλκάδος ἐφέροντο. Γενομένης δὲ ζάλης ἀνείκαστον θάνατον ἀποπνεούσης, καὶ τῆς θαλάσσης κοχλαζόν ἀναζεούσης, καὶ τὸν θυμὸν τῶν κυμάτων τῇ ὀροθέτιδι ψάμμῳ ἐπιφριζούσης [a], θεωρήσαντες οἱ μαθηταὶ τὸν πολυθρύλητον χειμῶνα, τὸν πολυύμνητον προμαχεῶνα Χριστὸν παρεκάλουν· τί λέγοντες; *Ἐπιστάτα, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.* Ἐκάθευδεν ὁ Κύριος οἰκονομικῶς ἐν τῷ πλοίῳ, οὐκ ἀγνοῶν τὸ μέλλον γίνεσθαι, οὐκ ἀδυνατῶν γαλήνην βραβεῦσαι· εἰδὼς δὲ μέλλουσαν ταράσσεσθαι τὴν θάλασσαν, κατὰ δύο αἰτίας ἐκάθευδεν· ἵνα καὶ τὸ σαθρὸν τῆς ὀλιγοπιστίας τῶν μαθητῶν ἐν τῷ χειμῶνι διελέγξῃ, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς θεότητος αὐτοῖς ἐνδείξηται. Ἦν οὖν ἰδεῖν, ἀγαπητοί, διαγρηγορήσαντος τοῦ Δεσπότου σωματικῶς, πάντα ὀξύτερον ἑαυτοῦ γενόμενον, καὶ τὸν ἄνεμον πρὸς τὸ ἴδιον σπήλαιον ὑποφεύγοντα, τήν τε θάλασσαν μηκέτι ἀπειλοῦσαν τῇ ἀποστολικῇ ὁλκάδι, ἀλλὰ τὰ κύματα πρὸς τὴν προσκύνησιν ἐπιστρέφοντα. Τοιαύτη ἐστὶν καὶ ἡ τοῦ βίου φορά, μηδέποτε μένειν ἐν ταυτότητι τὰ πράγματα, ἀλλὰ ποτὲ μὲν γαληνιᾷν εἰρήνῃ καὶ εὐθηνίᾳ τροφῶν ἀνενδεεῖ, ποτὲ δὲ ταράσσεσθαι ὥσπερ τὴν θάλασσαν, τοῦτο μὲν βαρβάρων καταδρομαῖς, τοῦτο δὲ τυράννων ἐπιβουλαῖς καὶ πραγμάτων πλοκαῖς, καὶ πολλοῖς ἄλλοις κλόνοις καὶ ἀκαταστασίαις. Καὶ γὰρ ἡ εἰρημένη ἱστορία περὶ τῆς ἀποστολικῆς ὁλκάδος τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν· οὐκ ἦν γὰρ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γινόμενον, ὃ οὐκ ἦν μυστηρίου ἐχόμενον. Θαλάσσῃ παρείκασται ὁ βίος οὗτος, πλοίῳ ἡ ἀνθρωπίνη ὑπόστασις, φέρουσα καθάπερ ἐπιβάτας καὶ κυβερνήτην τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν. Ἐὰν οὖν τοῦτο τὸ πλοῖον, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπίνη ὑπόστασις, ἐν τούτῳ τῷ βίῳ χειμαζομένη ὑπὸ τῆς τοῦ διαβόλου κακίας, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων δαιμόνων τῶν τὰ κύματα τῶν ἐπιθυμιῶν ἐξεγειρόντων, καὶ τὸν ἀλμυρὸν ἀφρὸν τῶν ἡδονῶν πρὸς τὸν ἔνδοθεν [215] νοῦν ἐπιῤῥιπτόντων καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τὸν κυβερνήτην νοῦν σειόντων, καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν βυθιζόντων [b] ὅτι δὲ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ταῖς πολυφλοίσβοις ἡδοναῖς σειόμενος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐβυθίζετο, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Δαυὶδ ὁ προφήτης. Ὅτε γὰρ περὶ τὴν σωφροσύνην ἐναυάγησεν, ἀνεβόα λέγων· *Ἤλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με.* Οὐ γὰρ τοῦτο κατὰ ἱστορίαν εὑρεῖν [b] που γεγραμμένον τῷ Δαυὶδ· ποῦ γὰρ Δαυὶδ ἔπλευσεν; ἢ εἰς ποῖον πέλαγος ἀπελθὼν ἐβυθίσθη; ἀλλ' οὐδαμοῦ. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει, ἢ πάντως, ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ὑπάρχων, καὶ σεισθεὶς ταῖς ἡδοναῖς καθάπερ κύμασι, καὶ τοὺς ἁρμοὺς τῶν λογισμῶν λυθείς, λάβρον τὸ κῦμα τῆς ἐπιθυμίας ἔνδοθεν δεξάμενος, τοῦ ἀνδρὸς [c] πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα ἐκλυθείς, ναυάγιον σωφροσύνης ὑπέμεινεν. Διὸ ἔλεγεν· *Ἤλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με.* Εἶτα πάλιν μετανοήσας καὶ οἰονεὶ ἀνανήψας ἐκ τοῦ βάθους τῆς ἁμαρτίας, πάλιν κρατῶν τοῦ πηδαλίου τῆς σωφροσύνης, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐν σωφροσύνῃ ῥυθμίζων, ηὔχετο τῷ Θεῷ λέγων· *Μή με πάλιν καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός.* Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Ἀπόστολος μυστικῶς αἰνιττόμενος λέγει τὴν ἀνθρωπότητα, *Τρίτον ἐναυάγησα.* Τί γάρ φησιν; *Τρὶς ἐναυάγησα; νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα.* Τρίτον γὰρ ἐναυάγησεν ἡ ἀνθρωπότης, ἅπαξ ἐν τῷ παραδείσῳ διὰ τῆς παραβάσεως, δεύτερον πάλιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ Νῶε, τρίτον μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νόμον πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἐξέπεσεν ὁ λαός, ἕως οὗ ἐλθὼν ὁ τῶν ψυχῶν ἡμῶν κυβερνήτης Χριστὸς, στήσας τὸ ἱστίον τοῦ σταυροῦ ἐν μέσῃ τῇ γῇ, ἀχείμαστον ἡμῖν τὸν εἰς οὐρανόπολιν πλοῦν οἰκονόμησεν [d]. *Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα.* Νύκτα λέγει τὴν πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας ἐν τῇ σκοτεινῇ πλάνῃ διατριβήν· ἡμέραν δὲ λέγει τὴν μετὰ Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῷ φωτεινῷ βαπτίσματι διαγωγήν. Πάσης οὖν τῆς ἀνθρωπότητος, καθὼς ἔφαμεν ὑπὸ τῆς τοῦ διαβόλου κακίας χειμαζομένης, θεωρήσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐλθὼν εἰς τόνδε τὸν βίον, εἰσέρχεται εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ πλοίου τῆς Παρθένου Μαρίας· οὗ τὴν εἰκόνα ἐν Ἰωνᾷ τῷ προφήτῃ γεγονυῖαν εὕραμεν. Πέμπεται γὰρ Ἰωνᾶς εἰς Νινευΐ, ἔρχεται ὁ Χριστὸς εἰς τόνδε τὸν βίον· ἀπέρχεται ὁ Ἰωνᾶς εἰς τὸ πλοῖον, καὶ εἰς τὴν κοίλην τοῦ πλοίου καθεύδει, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν ἐννέα μησὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Παρθένου Μαρίας σχεδὸν ἐκάθευδε σιωπῶν τοῖς ἀνθρώποις. Τότε μᾶλλον ἐξηγείρετο ὁ διαβολικὸς τῆς κακίας χειμὼν, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰωνᾶ· ἀλλ' ὅτε ἐῤῥίφη Ἰωνᾶς εἰς τὸ πέλαγος, τουτέστιν, ὅτε Ἰησοῦς προῆλθεν ἐκ τῆς κοιλίας τῆς Παρθένου εἰς τόνδε τὸν βίον, καὶ πᾶς ἐναντίος ἄνεμος ἐφιμοῦτο, καὶ μέχρις οὗ φθάσῃ τὸ κῆτος εἰς τὸν ᾅδην, πολλὰ σημεῖα καὶ τέρατα ἐπετέλει διανηχόμενος εἰς τόνδε τὸν βίον. Ἦλθεν Ἰωνᾶς εἰς τὸ κῆτος, καὶ αὐτὸς εἰς τὸν ᾅδην ἦλθεν· τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας τὰς αὐτὰς τῷ Ἰωνᾷ ἐν τῷ ᾅδῃ πεποίηκεν. Ἐκρίπτεται Ἰωνᾶς ἐκ τοῦ κήτους εἰς τὴν Νινευΐ, καὶ Χριστὸς ἀνίσταται ἐκ νεκρῶν καὶ [216] ἔρχεται εἰς τὸν κόσμον τοῦτον· κηρύσσει μετάνοιαν· μετανοοῦσι Νινευῖται, καὶ οἱ τοῦ κόσμου τούτου πολῖται· νηστεύουσι τριάδα ἡμερῶν, καὶ σώζεται τὰ πολυαρίθμητα πλήθη, ὡς καὶ ἐν τῇ Νινευῒ δεκαδύο μυριάδες ἀνθρώπων καὶ κτήνη πολλά. Τοῦ γὰρ Κυρίου κηρύσσοντος τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν μετάνοιαν καὶ τὴν πίστιν, σώζονται αἱ δέκα δύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ. Ὅταν γὰρ *Τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ*, τότε, *πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.* Ὅτι δὲ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ ἦν Ἰωνᾶς αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Ὃν τρόπον Ἰωνᾶς ἐποίησεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.* Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Legendum, ni fallor, ἐπαφριζούσης.

[b] Forma neograeca.

[c] Verba τοῦ ἀνδρός vel corrupta, vel aliunde illata fuisse videntur.

[d] Augmentum in verbis a diphthongis οι vel αι incipientibus omittere amant recentiores.

Ζ'. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, « Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως.*

Τί μεῖζον βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τί μικρότερον κόκκου σινάπεως; πῶς τὴν ἀμέτρητον βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τῷ εὐμετρήτῳ καὶ βραχυτάτῳ κόκκῳ σινάπεως παρείκασεν; Ἀλλ' ἐὰν ἐννοήσωμεν τίς ἐστιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, καὶ τίς ἐστιν ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως, εὑρήσομεν πῶς καλῶς καὶ εὐφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ παρείκασται. Τίς ἐστιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, ἢ πάντως Χριστός; λέγει γὰρ περὶ ἑαυτοῦ· *Ἰδοὺ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.* Τί δὲ μεῖζον Χριστοῦ κατὰ τὴν θεότητα; ὡς ἔστι τοῦ προφήτου ἀκοῦσαι λέγοντος· *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη.* Λέγει περὶ αὐτοῦ καὶ Ἡσαΐας, ὁμογνώμονι φωνῇ χρησάμενος. Τί γάρ φησιν; *Ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ αἱ ἐμπορίαι τῶν Αἰθιόπων, καὶ οἱ Σαβαεὶν ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διω-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βήσονται, καὶ σοὶ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις καὶ προσκυνήσουσί σοι, ὅτι ἐν σοὶ Κύριος ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἤδειμεν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ Σωτήρ. Τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσαν φωνὴν καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ῥήγνυσι λέγων· *Ἀδελφοί·* καὶ γὰρ *οὐκ ἔστιν ἕτερον ὄνομα*, φησὶν, *ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς.* Τί δὲ βραχύτερον Χριστοῦ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς σαρκώσεως, ὃς γεγένηται καὶ ἀγγέλων μικρότερος καὶ ἀνθρώπων; Ἄκουε τοῦ Δαυὶδ λέγοντος πῶς ἀγγέλων γέγονε βραχύτερος· *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους.* Ὅτι δὲ περὶ Χριστοῦ λέγει ταῦτα Δαυὶδ, Παῦλός σοι ἑρμηνεύει λέγων· *Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου.* Οὕτω καὶ ἀνθρώπων γέγονεν βραχύτερος. Τί γάρ φησιν Ἡσαΐας; *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὔτε κάλλος. ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας* [217] *υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων·* διὰ τοῦτο καὶ σκώληκα ἑαυτὸν προσηγόρευσεν. Τί γάρ φησιν; *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος.* Καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ὁ Πατὴρ πρὸς αὐτόν· *Μὴ φοβοῦ σκώληξ Ἰακώβ.* Εἶτα καὶ τῆς ἀοιδίμου αὐτοῦ τελευτῆς μεμνημένος ἔλεγε· *Καὶ τὸ κατάλειμμά σου σκώληξ.* Ἔδει γὰρ αὐτὸν καθάπερ ἁλιέα σοφὸν τῷ ἀστράπτοντι ἀγκίστρῳ τῆς θεότητος περιθεῖναι τὸν σκώληκα τῆς σαρκὸς καὶ χαλάσαι εἰς τὸν βυθὸν τοῦ βίου τούτου, καὶ οὕτω τὸν δράκοντα ἀγκιστρεῦσαι, ἵνα καὶ ὄντως τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ Ἰὼβ πληρωθῇ· *Ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ; Ὅμοια οὖν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως.* Ἐρεῖ οὖν τις τῶν ἀκουόντων· πῶς ὁ αὐτὸς βασιλεία οὐρανῶν καὶ κόκκος γεγένηται, καὶ μέγας καὶ μικρὸς πρὸς αὐτόν; Ὅτι δι' ὑπερβολὴν εὐσπλαγχνίας περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γεγένηται, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσῃ. Θεὸς ἦν, ὡς οὖν καὶ ἔστι καὶ ἔσται διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, καὶ ἄνθρωπος γεγένηται διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Ὦ κόκκος, δι' οὗ γεγένηται κόσμος, δι' οὗ σκότος ἐσκέδασται καὶ Ἐκκλησία κεκαίνηται! Οὗτος ὁ κόκκος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ κρεμασθεὶς τοσοῦτον ἔσχεν ἰσχύος μέγεθος, ὥστε καὶ δεδεμένον αὐτὸν ὄντα, ῥήματι μόνον τὸν ληστὴν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἁρπάσαι, καὶ εἰς παραδείσου τρυφὴν κυλίσαι· οὗτος ὁ κόκκος τὴν πλευρὰν λόγχῃ νυχθεὶς, ποτὸν διψῶσιν ἐπήγασεν· οὗτος ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως ἀπὸ τοῦ ξύλου κατενεχθεὶς καὶ εἰς κῆπον τεθεὶς, πᾶσαν τὴν ὑπουράνιον τοῖς κλάδοις ἐσκέπασεν· οὗτος ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως ἐν κήπῳ τεθεὶς, καὶ τὰς ἑαυτοῦ ῥίζας εἰς ᾅδην ἐκπέμψας, καὶ τὰς ἐκεῖ ψυχὰς συλλαβόμενος, ἐν τριημέρῳ εἰς οὐρανὸν ἀνεκόμιζεν· οὗτος ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως ἐπὶ ξύλου συντριβεὶς τὸν ἀντίδικον ἡμῶν ὄφιν δριμύξας ἐσκότωσε, καὶ τὸν ᾅδην ἐξυπνίσας εἰς τὸν ὄπισθεν ἀπελείπετο τόπον πάλιν ἀπέστρεψεν. *Ὁμοία* οὖν *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἰδίῳ κήπῳ.* Σπεῖρον τοῦτον τὸν κόκκον τοῦ σινάπεως ἐν τῷ κήπῳ τῆς ψυχῆς σου, ἵνα λέγῃς καὶ σύ· *Ἐξέγειρον, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, νότε, διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.* Ἐὰν ἔχῃς τοῦτον τὸν κόκκον τοῦ σινάπεως ἐν τῷ κήπῳ τῆς ψυχῆς σου, ἐρεῖ καὶ σοὶ ὁ προφήτης· *Καὶ ἔσται ὡς κῆπος μεθύων, καὶ ὡς πηγὴ ἧς μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ·* ἐὰν ἔχῃς τοῦτον τὸν κόκκον ἐν τῷ κήπῳ τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦ μύρου αὐτοῦ μεταλάβῃς, λέγεται καὶ σοί· *Ὀσμὴ ἱματίων σου ὡς ὀσμὴ λιβάνου·* τουτέστι τῶν σαρκικῶν σου ὀσμὴ ὡς ὀσμὴ λιβάνου. *Κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη, αἱ ἀποστολαί σου.* Οὗτος ὁ κόκκος τοῦ σινάπεως ἐπὶ ξύλου συντριβεὶς, καὶ ζύμη γεγονὼς ὑπὸ τῆς πανταχόθεν καὶ ἀθανάτου σοφίας, μιγεὶς εἰς *σάτα τρία ἀλεύρου*, τουτέστιν εἰς ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα, τὴν πᾶσαν ἀνθρωπότητα εἰς μίαν πίστιν ἐζύμωσε. Τούτου τοῦ μυστηρίου τὴν εἰκόνα Ἀβραὰμ καὶ ἡ τούτου σύνευνος Σάῤῥα, οἰκοῦντες ἐν τῇ σκηνῇ ὑπὸ τὴν δρῦν τῆς Μαμβρῆ, οἰκείαις χερσὶν ἐζωγράφησαν. Ἀναγκαζόμεθα [218] γὰρ, ἀγαπητοὶ, παρεκβαίνειν τὸν λόγον· τίς ὁ Ἀβραὰμ, τίς ἡ Σάῤῥα, τίς ἡ δρῦς, τίς ἡ σκηνὴ, ἢ τίνες οἱ ἐγκυφίαι, διὰ τί ἐκεῖ τρία μέτρα σεμιδάλεως καὶ ὧδε ἀλεύρου, ἀναγκαῖον δι' ἀκριβείας διελθεῖν τὸν λόγον. Τίς ἂν εἴη Ἀβραάμ; ἑρμηνεύεται, πατὴρ ἐκλεκτὸς πλήθους. Τίς δὲ ἂν εἴη πατὴρ ἐκλεκτὸς, εἰ μὴ ὁ Θεός; περὶ οὗ, *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτοῦ.* Τί δὲ ἡ Σάῤῥα; ἑρμηνεύεται, *ἄρχουσα* καὶ *ἡγεμονίς*. Τίς δ' ἂν εἴη ἄρχουσα καὶ ἡγεμονεύουσα ἡμᾶς, εἰ μὴ πάντως ἡ τοῦ Πατρὸς σοφία; ἡ τίς ἡ σκηνὴ ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρή; πάντως ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ τοῦ σταυροῦ σκεπομένη. Τῇ δρυῒ παρείκασται ὁ σταυρὸς διὰ τὸ ἰσχυρὸν εἶναι τὸ ξύλον καὶ ἀνένδοτον. Τί τὰ τρία μέτρα τῆς σεμιδάλεως; ἢ πάντως καθὼς προεῖπον ἡ ἀνθρωπότης, ἡ ἐκ ψυχῆς καὶ πνεύματος καὶ σώματος συγκειμένη. Οὕτω γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος λέγων· *Ὁ δὲ Θεὸς φυλάξει ὑμῶν τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ πνεῦμα.* Λαμβάνει οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία Σάῤῥα, ἡγεμόνισσα ἢ ἄρχουσα, λαμβάνει σῶμα, ψυχὴν καὶ πνεῦμα, καὶ ἐγκρύπτει τῷ πυρὶ, τουτέστι τῇ ἀσβέστῳ θεότητι λαμπαδουχοῦσα, καὶ ποιεῖ τρεῖς ἐγκρυφίας, τουτέστιν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, τὴν εἰς Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὁμολογίαν. Ἁρμοζόντως ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, ἀνεγνώσθη τὸ Εὐαγγέλιον. Κόκκος σινάπεως, καὶ ζύμη· ἡ ζύμη εἰς ἄρτους μεταλλεύεται, ὁ κόκκος εἰς λάχανα· ἄρτοι δὲ καὶ λάχανα ἐφόδια νηστειῶν, ἐφ' ἃς ὁ Ἰησοῦς ὁ Κύριος ἡμᾶς ὁδηγήσειεν ἀμέμπτως, τὸν τῆς νηστείας δρόμον ἐκπληροῦντας. *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως.* Οὐκ ἄλλως πως δυνησόμεθα νοῆσαι τὴν δύναμιν τῆς παραβολῆς, ἐὰν μὴ πρῶτον τὴν οὐσίαν, τὴν χρόαν καὶ τὸ μέγεθος κατανοήσωμεν. Ἔστι γὰρ τὸ σίναπι μεγέθει μὲν μικρὸν, σπαρὲν δὲ καὶ φυόμενον ὑπερβάλλει πᾶσαν λαχάνων αὔξησιν, καὶ τῷ ὕψει ὑπερφέρον, καὶ τῷ πλήθει τῶν κλάδων ὑπερνικᾷ τὰ ἄλλα, καὶ τῇ τῶν φύλλων πολυπληθίᾳ· ἔστι γὰρ σκιᾶς ἐργαστικὸν, ὡς καὶ ὄρνεα ἐφιπτάμενα δύνασθαι ἐφιζάνειν ἐπ' αὐτὸ, καὶ ἀναπαύεσθαι. Ἔστι δὲ καὶ τῇ γεύσει πάνυ καλὸν, καὶ τῇ ποιότητι θερμαντικὸν, καὶ τῶν ἔνδον ἰατικόν. Τοῦ δὲ ἄλλου μὲν οὐδενὸς πετεινοῦ βρῶμα γίνεται, μόνον δὲ ἀνθρώπου. Καὶ ἔξωθεν μέν ἐστι πυῤῥὸν, ἔσωθεν δὲ φαίνεται λευκόν. Καὶ αὕτη μὲν ἡ τοῦ λαχάνου φύσις, καὶ τοῦ σπέρματος ἐγκώμιον. Εἰ δὲ μετ' ἀκριβείας ἐξετάσαι θελήσωμεν εὕροιμεν ἂν τὴν παραβολὴν ἁρμόζουσαν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μικρὸς μὲν τῇ ὄψει· οὗτος ὁ βραχὺς ἐν κόσμῳ, καὶ ἐν οὐρανῷ μέγας· οὗτος καὶ υἱὸς ἀνθρώπου καὶ Θεὸς, ὧν δὲ υἱὸς Θεοῦ. οὗτος ὁ ἀναρίθμητος, ὁ ἀΐδιος· οὗτος ὁ ἀόρατος, ὁ ἐπουράνιος, ὁ ὑπὸ μόνων πιστῶν ἀνθρώπων ἐσθιόμενος· οὗτος ὁ συντριβείς, καὶ μετὰ τὸ πάθος γενόμενος λευκὸς ὡς γάλα· οὗτος ὁ μείζων πάντων λαχάνων τῶν ἄλλων· οὗτος ὁ ἀδιαίρετος τοῦ Πατρὸς Λόγος· οὗτος εἷς ὢν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῖ, τουτέστι προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ πάντες κλητοί· οὗτος ὁ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη διὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ θερμότητος ἀνακαθαίρων, ὑφ' ὃν δροσιζόμεθα, ὑφ' ὃν ἐκ τοῦ κοσμικοῦ καύσωνος σκεπόμεθα· [219] οὗτος ὁ διὰ θανάτου εἰς γῆν σπαρεὶς, κἀκεῖ καρποφορήσας, τριήμερος τοὺς ἁγίους ἀναστήσας ἐκ τῆς τῶν νεκρῶν ταφῆς· οὗτος ὁ δι' ἀναστάσεως μείζων παντὸς προφήτου φανείς· οὗτος ὁ τῇ τοῦ Πατρὸς ἀπορρροίᾳ σώζων τὰ πάντα· οὗτος ὁ ἀπὸ γῆς ἀνθήσας εἰς οὐρανοὺς, ὁ ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ σπαρεὶς, ὁ ἐν τῷ κόσμῳ καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ πιστεύοντας προσάγων τῷ Πατρί. Ὦ ζωῆς σπέρμα ὑπὸ Θεοῦ Πατρὸς εἰς γῆν σπαρέν! ὢ ἀθανασίας φυτὸν τοὺς ὑπὸ σοῦ τρεφομένους εἰς Θεὸν καταλλάσσων! ὢ δένδρον ὑψηλὸν, ὑπὸ μόνου Πατρὸς γεωργούμενον! Τοῦτο τὸ δένδρον ἐκ πατρικῆς ἀνέτειλε καρδίας· τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν οὐρανοῖς μὲν τὰς ῥίζας ἔχει, φανὲν δὲ ἐν κόσμῳ ὑπὸ ἀνθρώπων τρυγᾶται. Ὦ φυτεία ὀφθεῖσα [a] εἰς γῆν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνθήσασα! ὢ σπέρμα μικρὸν μὲν ὁραθὲν, παρὰ δὲ τῷ Πατρὶ μεῖζω τῶν ἁπάντων! Τοῦτο τὸ φυτὸν καὶ τοῖς εἰς ᾅδου ἀνέτειλε νεκροῖς· τούτου ὁ καρπὸς ἀνάστασις ἀνθρώπων γέγονε· τοῦτο τῷ θανάτῳ θανατηφόρον κατήνεγκε βέλος· τούτῳ ταρτάρου τοῖχοι κλίναντες δυσκαμπὲς γόνυ προσεκύνησαν· τούτου οἱ κλάδοι πάντα τὸν κόσμον ἐσκέπασαν· τοῦτο ὑπὸ ἁγίου

[a] Fort. ῥιζωθεῖσα, aut simile quid.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicit, concordi voce utens. Quid enim ait? *Laboravit Ægyptus et negotiationes Æthiopum, et Sabaim viri sublimes ad te transibunt, et tibi erunt servi, et post te ambulabunt vincti manicis et te adorabunt : quia in te Dominus Deus, et non est Deus præter te. Tu enim es Deus, et nesciebamus, Deus Israel Salvator* (*Isai.* XLV, 14, 15). Beatus etiam Petrus vocem emittit eamdem vim habentem; ait enim : *Fratres, nec aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (*Act.* IV, 12). Quid autem minus est Christo secundum incarnationis dispensationem, qui factus est angelis et hominibus inferior? Audi Davidem dicentem quomodo factus sit angelis minor : *Quid est homo quod memor es ejus? aut filius hominis quoniam visitas eum? minuisti eum paulo minus ab angelis* (*Psal.* VIII, 5, 6). Quod autem David hæc de Christo loquatur, Paulus tibi interpres est dicens : *Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis* (*Heb.* II, 9). Similiter etiam hominibus minor factus est. Quid dicit Isaias? *Vidimus eum, neque erat aspectus, neque decor, et aspectus ejus sine honore, et deficiens supra omnes filios hominum* (*Isai.* LIII, 2, 3). Propter hoc vermem se quoque appellavit. Quid enim dicit? *Ego autem sum vermis et non homo* (*Psal.* XXI, 7). Et in Isaia, Pater illi dicit : *Noli timere, vermis Jacob* (*Isai.* XLI, 14). De celebri ejus morte mentionem faciens dicit : *Et operimentum tuum erit vermis* (*Isai.* XIV, 11). Oportuit enim eum, ut piscatorem prudentem, fulgenti hamo divinitatis circumponere vermem carnis, et dimittere in profundum hujus vitæ, atque ita draconem inescare, ut vere impleretur quod in Job scribitur : *An extrahere poteris draconem hamo?* (*Job* XL, 20.) *Simile est* igitur *regnum cœlorum grano sinapis.* Dicet itaque ex audientibus aliquis : Quomodo idem factus est regnum cœlorum et granum? magnus et parvus quomodo idem sunt? Quoniam propter magnitudinem misericordiæ erga figmentum suum omnibus omnia factus est, ut lucretur omnes. Deus erat, sicut et est et erit per naturam propriam, et homo factus est propter nostram salutem. *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* (*Rom.* XI, 33)! O granum, per quod factus est mundus, per quod tenebræ dissipatæ, et Ecclesia renovata est! Hoc granum in cruce suspensum tantam vim habuit, ut quanquam ipsum esset vinctum, verbo tantum latronem a ligno raperet, et in delicias paradisi circumferret : hoc granum in latere lancea perfossum, immortalitatis potum sitientibus distillavit : hoc granum sinapis a ligno delatum et in horto positum terram omnem ramis obumbravit : hoc granum in horto positum, radices suas in infernum demittens, et animas quæ ibi erant secum abripiens, intra triduum in cœlum illas retulit : hoc granum sinapis in ligno contritum adversarium nobis serpentem humore acri afficiens obscuravit, et infernum a somno excitans, in eumdem quem reliquerat locum redire coegit. *Simile* igitur *est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in horto suo.* Semina hoc granum sinapis in horto animæ tuæ, ut tu quoque dicas : *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum, et fluant aromata mea* (*Cant.* IV, 16). Si hoc sinapis granum habeas in horto animæ tuæ, dicet tibi quoque propheta : *Et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons, cujus non deficient aquæ* (*Isai.* LVIII, 11). Si habeas hoc granum in horto animæ tuæ, et ejus unguenti particeps sis, tibi etiam dicitur : *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris* (*Cant.* IV, 11, 12, 13); hoc est, carnium tuarum odor ut odor thuris : *hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ.* Hoc granum sinapis in ligno contritum et fermentum factum ab artium omnium perita et immortali sapientia, mixtum cum *tribus farinæ satis*, hoc est, anima, corpore et spiritu, totum genus humanum in unam fidem fermentavit. Hujus mysterii imaginem Abraham et ejus conjux Sara habitantes in tentorio sub quercu Mambre propriis manibus pinxerunt. Cogimur enim, o dilecti, in sermone digressionem facere. Quis sit Abraham, quæ Sara, quæ quercus, quid tentorium, vel qui panes subcinericii : quare ibi tres mensuræ similaginis, et hic farinæ, necesse est accurate disquirere. Quid tandem est Abraham? explicatur pater electus multitudinis. Quis vero fuerit pater electus, nisi Deus? de quo dictum est : *In omnem terram exivit sonus ejus, et in fines orbis terræ verba ejus* (*Rom.* X, 18). Quid autem Sara? explicatur imperatrix et ductrix. Quænam vero fuerit nostrum imperatrix et ductrix, nisi prorsus sapientia Patris? Quid tentorium sub quercu Mambre? certe Ecclesia a cruce tecta. Crux assimilatur quercui, eo quod lignum validum sit et firmum. Quid tres mensuræ similaginis? omnino sane, ut ante dixi, natura humana, ex anima et spiritu et corpore constans. Ita enim nos docuit Apostolus, dicens : *Deus vero custodiat corpus nostrum, et animam, et spiritum* (*I Thess.* V, 23). Accipit igitur sapientia Dei Sara, ductrix sive imperatrix; accipit, inquam, corpus, animam et spiritum, et abscondit in igne; hoc est, inexstinctæ divinitati faces præferens : et facit tres panes secretos, hoc est in secreto carnis nostræ, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum confessionem. Opportune vobis, o dilecti, lectum est Evangelium. Fermentum in panes transmutatur, granum in olera : panes vero et olera jejuniorum sunt viatica : ad quæ nos dirigat Dominus Jesus sine culpa, cum jejunii cursum conficimus. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Vim hujus similitudinis nullo alio modo poterimus concipere, nisi prius substantiam, colorem, et magnitudinem sinapis perpendamus. Est enim sinapi mole quidem parvum; postquam vero satum et natum est, olera omnia incremento superat, atque altitudine ramorumque copia et multitudine foliorum cætera vincit : umbram enim efficit, adeo ut aves advolantes possint insidere et illa quiete frui. Gustu quoque bonum est valde, et qualitate calidum, atque ad interiora sananda aptum. Hominis tantum, nulliusque alterius animalis cibus est. In superficie rufum est, intus vero album apparet. Hæc est oleris natura, et seminis encomium. Si vero rem accurate disquirere velimus, comperiemus parabolam ipsi Servatori competere. Est enim ille parvus conspectu, brevis in hoc mundo, et in cœlo magnus. Hic est Filius hominis et Deus, cum sit Filius Dei : hic numeros omnes superat, æternus est, invisibilis, cœlestis, qui ab hominibus tantum fidelibus manducatur : hic contritus fuit, et post passionem factus est albus sicut lac : hic major est aliis omnibus oleribus : hic est indivisibile Patris Verbum : hic est in quo volatilia cœli inhabitant; prophetæ nimirum, apostoli et omnes qui vocati sunt : hic est qui animæ nostræ morbos calore sibi proprio repurgat, sub quo rore aspergimur, sub quo ab hujus mundi fervore contegimur : hic est qui per mortem in terra satus est, et ibi fructum tulit, post triduum sanctos ex mortuorum sepulcris suscitavit : hic est qui per resurrectionem omnibus prophetis major apparuit : hic est qui per effluvium Patris omnia servat : hic est qui a terra ad cœlos effloruit, qui in proprio agro seminatus est, in mundo scilicet, et eos qui in se credebant Patri obtulit. O semen vitæ a Deo Patre in terra seminatum! o immortalitatis germen a te nutritos cum Deo reconcilians! o arbor excelsa, quæ a solo Patre colitur! Hæc arbor ex corde Patris orta est, hæc arbor ex thesauris Omnipotentis effloruit : hæc arbor in cœlo radices habet, in mundo autem apparens, ab hominibus decerpitur. O planta quæ in terra visa est, et in cœlis effloruit! o semen parvum quidem apparens, apud Patrem autem majus omnibus! Hoc germen etiam in inferno mortuis exortum est : hujus fructus fuit hominum resurrectio : hoc morti injecit telum mortiferum : hoc adorarunt tartari parietes, genu vix flectendum inclinantes : hujus rami totum mundum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adumbrarunt : hoc a Spiritu sancto movetur : hoc non tangit æstus nimius : sub hac planta oblecteris et choreas ducas cum angelis, glorificans Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nunc et semper, et in sæcula seculorum. Amen.

VIII. EJUSDEM IN ILLUD, SI QUA IN CHRISTO, NOVA CREATURA : VETERA TRANSIERUNT ; ECCE NOVA FACTA SUNT OMNIA (II *Cor.* V, 17) (*a*).

Magna quidem diligentia agricola semina spargit, postquam arvum expurgatum viderit ; et nec spinarum copiam adesse, quæ nascentium impediat incrementum, neque lapidem, qui aratrum offendat : major autem facilitas est ei qui sermonem prolaturus est, cum paratum auditorem viderit. Video enim arvum purgatum, neque uspiam est spina germinans : spina autem est divitiarum sollicitudo, quæ suffocat verbum. Hæc autem dico, non quia non adsunt divites, sed pauperum philosophiam in audiendo sermone declarans. Non enim concionante solum opus est, sed etiam prudente auditore : utrumque enim requirit Scriptura, sapientem nempe doctorem et prudentem auditorem, ne ex auditorum ignavia labor noster inutilis evadat. Sollicitudo enim divitiarum non permittit ut quæ dicuntur in mentem incidant, sed audientium intellectum abripit. Quia igitur omnes conspicio paratos ; nam secreta animi non nosco : singulorum vero oculos curiose intueor, et palpebras tanquam cornua erectas video, oculosque non nutantes immobilitatem animi indicantes, atque omnem mentem ab hujus vitæ curis immunem, unumquemque hoc solum spectantem, hoc cogitantem, quomodo ea quæ dicuntur accipiat : ampliore cura mentem adhibete : pandite sinum animæ, ut facilius dejiciantur semina. Per longum enim tempus in Pauli mensam linguam volo dimittere: neque finem faciam sic illum vocandi, idiotam, obscurum, ignobilem, tabernaculorum opificem. Hæ sunt meæ prærogativæ, hæc mea encomia, quod tales habeam magistros, non hujus vitæ divitiis, sed spiritualibus recte factis fulgentes. Si mihi Græcus quispiam dixerit, Quem habes doctorem ? respondeo, Tabernaculorum opificem : et quem alium ? Piscium venditorem : quem vero alium ? Publicanum : et quos alios ? Magos et meretricem : quem adhuc alium ? Latronem. Neque de his erubesco, sed glorior. Gloriaris quod magistrum habeas circumforaneum ? Sane quidem. Quare ? Quoniam si vilitas discipuli vim ostendit magistri, vilitas magistri ostendit divinam esse prædicationem. Etsi enim homines illam prædicavere, non tamen homines illam invenere ; si homines id prædicavere, non tamen homines id produxerunt. Homines instrumenta sunt, Deus artifex : illi sunt cithara, hæc manus præpotens chordam movit. Ideo propheta, etsi rex erat, et purpura amictus et diademate ornatus, orbemque alloquens, relicta illa seculari pompa, ne quis putaret ipsum regia verba proferre, dicebat : *Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribæ* (*Ps.* XLIV, 2). Cur calamum vocas ? Ut tu discas non esse mea quæ scribuntur, sed tenentis dexteræ. Calamus enim non per seipsum scribit, sed quidquid voluerit manus illum tenens. Et lingua mea calamus scribæ est ; tenet enim illam Spiritus sanctus. Cum ergo tibi dixerit Græcus : Quis est magister tuus ? ne te pudeat, neque erubescas, sed dic : Circumforaneus, tentoriorum opifex, qui in foro stabat, qui pelles consuebat. Magister vero tuus quis est ? Plato, Pythagoras, non circumforaneus, sed philosophus. Si vero dixerim ego : Magister tuus, quis est ? Philosophus ; magister tuus patria nobilis ; magister tuus dives ; magister tuus linguam habens acutam, ipsis fluviis fluentior est, honore fruens, progenitorum splendore gaudens, ubique honoratus : meus vero contra se habet : ita nobis manifesta est victoria. Quomodo ? Quia circumforaneus vicit philosophum ; pauper, divitem; lingua carens, fluviis fluentiorem ; flagellis cæsus, eum qui nihil tale passus est. Inæqualis est acies, ut splendidius sit tropæum. Solœcizat meus, ut atticizet tuus ; sed solœcizans atticizantem vicit : solœcizat lingua, sed mente philosophatur : non opus est mihi verbis, sed sententiis. Meus tuum vicit : quomodo ? Idiota sapientem, rusticus oratorem. Et unde, inquit, eum vicisse liquet ? Impudens, nonne vides res ipsas clamare ? Ubi est Plato ? nullibi : ubi Paulus ? in omnium ore. Ubi Plato ? de illo siletur, oblivioni traditur : ubi vero Paulus ? regiam cepit Romam, quam non modo vivens possedit, sed et mortuus vicit. Mortuus est corpore, ut vivat spiritu : discerpta est charta, et manent litteræ ; non erat enim atramento scripta, sed spiritu firmata. Facilius est solem prætergredi, quam Pauli verba. Quid enim dicit qui illi verba largitus est ? *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (*Matth.* XXIV, 35). Si verba tantum sunt, refuta ; si res sunt, adora. *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Facilius est solem exstingui, et cœlum e conspectu tolli quam verba Domini mei dissolvi. Atque rerum experientia his perhibet testimonium, temporis etiam longitudo et hostium incursiones ; id enim admiratione dignum est, non modo quod non dissoluta sint, sed etiam quod bello impetita superarint. Sedulo attende dictis meis. Vociferatus est Paulus, vociferatus est Joannes piscator et evangelista, qui rete projecit et Evangelium cepit, qui demisit calamum piscatorium et cepit verbum Magistri. Quid vociferatus est, et quid dixit piscator ? Videamus an expiscer verba piscatoris et non piscatoris : piscatoris quidem, quoniam hoc vociferatus est ; non piscatoris vero, quoniam verba erant Spiritus. Quid enim ait ? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* I, 1). Quid dicit Judæus ? Magnum sapit de Moyse, quia mare discidit et pelagum divisit ac restituit, atque aerem mutavit, petram dissecuit et manna detulit, urbes cum incolis excidit, atque in bellis sine armis victor fuit. Ideone altum sapis ? Audi quid Moyses dixit, quid piscator, ut videas quæ sit inopia veteris legis, et quæ abundantia gratiæ. Quid autem dixit Moyses ? *In principio fecit Deus cœlum et terram* (*Gen.* I, 1). Quid vero piscator ? Nusquam ponit illud, *Fecit ;* sed quid ? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* Ille a rebus creatis incipit, hic a Creatore. Vides ut altius ascendit quam Moyses ? Audivit Moysen dicentem quod cœlum fecerit Deus ; missum fecit cœlum, et altius ascendit. Occurrerunt ei angeli et prætermisit ; archangeli, et prætervit ; Cherubim, et ibi non stetit. Quo curris ? Aliud quæro : si Cherubim lucent, tamen opera sunt ; si Seraphim canunt, sunt tamen conservi ut ego. Quid quæris ? Si principatus et dominationes, hæc quoque serva et creaturæ sunt ; si potestates, tuæ quoque res creatæ sunt. Quo abis ? Ipsum quæro Creatorem, ipsum quæro Patri consubstantialem : nec desistam donec illum invenero, ut homo potest invenire. Moyses locutus est de cœlo, et desiit : non enim spiritum accepit, quem ego habeo (*Rom.* VIII, 15) : non enim accepit spiritum servitutis in timore, sed accepit spiritum adoptionis filiorum ad obedientiam fidei. Majora mihi sunt credita. Ideo Dominus meus ex supernis deorsum descendit, ut ego infra positus sursum ascendam. Quid quæris ? Ipsum Creatorem ; cum invenero, tunc stabo. Invenit, et quid dicit ? *In principio erat Verbum :*

(*a*) Hæc oratio ad ineptum Græculum referenda est, laciniis genuini Chrysostomi sermonis, sicut graculus plumis pavonis, ridicule induentem.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Πνεύματος κινεῖται· τούτου οὐχ ἅπτεται καύσων· ὑπὸ τούτῳ τῷ φυτῷ εὐφραίνου καὶ χόρευε μετ' ἀγγέλων, δοξάζων τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Η'. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τό,* « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. »

Πολλὴ μὲν γηπόνῳ προθυμία καταβάλλειν τὰ σπέρματα, ἐπειδὰν τὴν ἄρουραν ἐκκεκαθαρμένην ἴδῃ, καὶ μήτε ἀκανθῶν πλῆθος λυμαινόμενον τῇ βλάστῃ τῶν φυομένων, μήτε λίθον ἀντικρούοντα τῷ ἀρότρῳ· πλείων δὲ εὐκολία τῷ μέλλοντι καταβάλλειν τὸν λόγον, ἐπειδὰν ἀκροατὴν παρεσκευασμένον θεάσηται. Ὁρῶ γὰρ τὴν ἄρουραν ἐκκεκαθαρμένην, καὶ οὐδαμοῦ ἄκανθα βλαστάνουσα· ἄκανθα δέ ἐστιν ἡ τοῦ πλούτου φροντίς, ἡ ἀποπνίγουσα τὸν λόγον. Ταῦτα λέγω, οὐκ ἐπειδὴ οὐ πάρεισιν οἱ πλούσιοι, τὴν τῶν πενήτων φιλοσοφίαν ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀκροάσεως ἐπιδεικνύων. Οὐ γὰρ τοῦ λέγοντος χρεία μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ συνετῶς ἀκούοντος· ἀμφότερα γὰρ ἡ Γραφὴ ἐπιζητεῖ, σοφὸν διδάσκαλον καὶ συνετὸν ἀκροατήν, ἵνα μὴ ὁ πόνος ὁ ἡμέτερος περιττὸς γένηται τῇ ῥᾳθυμίᾳ τῶν ἀκουόντων. Ἡ γὰρ φροντὶς οὐκ ἀφίησιν εἰς τὴν διάνοιαν ἐμπίπτειν τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἀποσυλᾷ τὴν γνώμην τῶν ἀκουόντων. Ἐπεὶ οὖν ἅπαντας ὁρῶ παρεσκευασμένους· τὰ μὲν γὰρ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας οὐκ ἐπίσταμαι, ἑκάστου δὲ τὰ ὄμματα περιεργάζομαι, καὶ τὰ βλέφαρα ὡς κέρατα ἑστηκότα ὁρῶ, καὶ τὸ ἀτρεμὲς τοῦ ὄμματος τὸ ἀσάλευτον τῆς διανοίας ἡμῖν ἐμφαῖνον, καὶ ἑκάστην διάνοιαν ἀπηλλαγμένην τῶν βιωτικῶν φροντίδων, μόνον ἕκαστον τοῦτο σκοποῦντα, τοῦτο λογιζόμενον, ὅπως δέξηται τὰ λεγόμενα· ἐπὶ πλέον συντείνατε ἑαυτῶν τὴν διάνοιαν· [220] ἁπλώσατε τὸν κόλπον τῆς ψυχῆς, ὥστε μετ' εὐκολίας καταβληθῆναι τὰ σπέρματα. Διὰ γὰρ μακροῦ τοῦ χρόνου ἐπὶ τὴν Παύλου τράπεζαν τὴν γλῶτταν ἀφεῖναι βούλομαι· οὐ γὰρ παύσομαι οὕτως αὐτὸν καλῶν, τὸν ἰδιώτην, τὸν ἄσημον, τὸν ἀγενῆ, τὸν σκηνοποιόν. Ταῦτά μου τὰ πλεονεκτήματα, ταῦτά μου τὰ ἐγκώμια, ὅτι τοιούτους ἔχω διδασκάλους, οὐ βιωτικοῖς πλεονεκτήμασιν, ἀλλὰ πνευματικοῖς κατορθώμασι λάμποντας. Ἐὰν εἴπῃ μοι ὁ Ἕλλην, Τίνα ἔχεις διδάσκαλον; λέγω αὐτὸν τὸν σκηνοποιόν· καὶ τίνα ἄλλον; τὸν ἰχθυοπώλην· καὶ τίνα ἄλλον; τὸν τελώνην· καὶ τίνας ἄλλους; τοὺς μάγους καὶ τὴν πόρνην· καὶ τίνα ἄλλον; τὸν ληστήν· καὶ οὐκ ἐπαισχύνομαι, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζομαι. Ἐγκαλλωπίζῃ διδάσκαλον ἀγοραῖον ἔχων; Καὶ πάνυ. Διὰ τί; Εἰ γὰρ ἡ εὐτέλεια τοῦ μαθητοῦ δείκνυσι τὴν δύναμιν τοῦ διδασκάλου, ἡ εὐτέλεια τοῦ διδασκάλου δείκνυσι θεῖον ὂν τὸ κήρυγμα. Εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωποι αὐτὸ κατήγγειλαν, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι αὐτὸ ἤῦραν· εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωποι αὐτὸ ἔσπειραν, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι αὐτὸ ἐγέννησαν. Οἱ ἄνθρωποι ὄργανα, ὁ Θεὸς τεχνίτης· οὗτοι κιθάρα, ἡ χεὶρ ἡ κραταιὰ ἐκείνη τὴν νευρὰν ἐκίνησε. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης ἐκεῖνος, καίτοι γε βασιλεὺς ὢν καὶ πορφύραν περιβεβλημένος καὶ διάδημα περικείμενος, καὶ τὴν οἰκουμένην διαλεγόμενος, καταλείπων τὴν φαντασίαν τὴν βιωτικὴν, ἵνα [δὲ] μή τις νομίσῃ ὅτι βασιλικὰ ῥήματα ἔλεγεν· *Ἐξερεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ Βασιλεῖ. Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως.* Διὰ τί κάλαμον καλεῖς; Ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐμὰ τὰ γράμματα, ἀλλὰ τῆς κατεχούσης δεξιᾶς. Ὁ γὰρ κάλαμος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ γράφει, ἀλλ' ὅπερ ἂν βούληται ἡ κατέχουσα χεὶρ. Καὶ ἡ γλῶσσά μου κάλαμός ἐστιν· κατέχει γὰρ αὐτὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅταν οὖν λέγῃ σοι ὁ Ἕλλην, Τίς σου ὁ διδάσκαλος; μὴ αἰσχύνου μηδὲ ἐρυθρία, ἀλλὰ λέγε· Ὁ ἀγοραῖος, ὁ σκηνοποιὸς, ὁ ἐπ' ἀγορᾶς ἑστηκὼς, ὁ δέρματα ῥάπτων. Ὁ σὸς δὲ τίς διδάσκαλος; Πλάτων, Πυθαγόρας, οὐκ ἀγοραῖος, ἀλλὰ φιλόσοφος. Εἰ δὲ λέγω ἐγὼ, Ὁ σὸς διδάσκαλος τίς; φιλόσοφος· ὁ σὸς διδάσκαλος εὐπατρίδης, ὁ σὸς διδάσκαλος πλούσιος, ὁ σὸς διδάσκαλος γλῶτταν ἔχων ἠκονημένην, ὑπὲρ τοὺς ποταμοὺς ῥέων, τιμῆς ἀπολαύων, περιφάνειαν ἔχων προγόνων, πανταχοῦ τιμώμενος; ὁ ἐμὸς τὰ ἐναντία· οὕτω φανερὰ ἡμῖν ἡ νίκη γίνεται. Πῶς; Ὅτι ἀγοραῖος τὸν φιλόσοφον ἐνίκησεν, ὁ πένης τὸν πλούσιον, ὁ ἄγλωττος τὸν ὑπὲρ τοὺς ποταμοὺς ῥέοντα, ὁ μαστιγούμενος τὸν μηδὲν πάσχοντα. Ἀνώμαλος ἡ παράταξις, ἵνα λαμπρότερον τὸ τρόπαιον γένηται. Σολοικίζει ὁ ἐμὸς, Ἀττικίζει ὁ σός· ὁ σολοικίζων τὸν Ἀττικίζοντα ἐνίκησεν· σολοικίζει τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ φιλοσοφεῖ τῇ διανοίᾳ· οὐ χρείαν ἔχω ῥημάτων, ἀλλὰ δέομαι νοημάτων. Ὁ ἐμὸς τὸν σὸν ἐνίκησε· πῶς; ὁ ἰδιώτης τὸν σοφὸν, ὁ ἄγροικος τὸν ῥήτορα. Καὶ πόθεν, φησὶ, δῆλον ὅτι ἐνίκησεν; Ἀναίσχυντε, οὐχ ὁρᾷς τὰ πράγματα βοῶντα; Ποῦ Πλάτων; οὐδαμοῦ· ποῦ Παῦλος; ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασι. Ποῦ Πλάτων; [221] σεσίγηται, καὶ λήθῃ παραδέδοται· ποῦ δὲ Παῦλος; τὴν βασιλίδα κατέλαβε Ῥώμην, ἧς οὐ μόνον ζῶν ἐκράτει, ἀλλὰ καὶ τελευτήσας περιεγένετο. Ἀπέθανε τὸ σῶμα ἵνα ζήσῃ πνεύματι· διεσπάσθη ὁ χάρτης, καὶ μένει τὰ γράμματα· οὐ μέλανι γὰρ ἐγέγραπτο, ἀλλὰ πνεύματι ἐστηρίκτο. Εὔκολον τὸν ἥλιον παραδῆναι ἢ Παύλου ῥήματα. Τί γάρ φησιν ὁ χαρισάμενος αὐτῷ τὰ ῥήματα; *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.* Εἰ ῥήματά ἐστιν, ἔλεγξον· εἰ δὲ πράγματά ἐστι, προσκύνησον. *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.* Εὐκολώτερον τὸν ἥλιον σβεσθῆναι, καὶ τὸν οὐρανὸν ἀφανισθῆναι, ἢ τὰ ῥήματα τοῦ ἐμοῦ Δεσπότου καταλυθῆναι. Καὶ μαρτυρεῖ τούτοις τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα, καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος, καὶ τῶν πολεμούντων αἱ ἔφοδοι· τὸ γὰρ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐ μόνον οὐ κατελύθη, ἀλλ' ὅτι καὶ πολεμούμενος περιγίνεται. Πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας ᾧ λέγω· Ἐφθέγξατο Παῦλος, ἐφθέγξατο Ἰωάννης, ὁ ἁλιεὺς καὶ εὐαγγελιστής, ὁ ῥίψας τὸ δίκτυον καὶ λαβὼν τὸ Εὐαγγέλιον, ὁ ἀφεὶς τὸν κάλαμον τὸν ἁλιευτικὸν καὶ μεταχειρισάμενος τὸν λόγον τὸν διδασκαλικόν. Τί ἐφθέγξατο, καὶ τί εἶπεν ὁ ἁλιεύς; Ἴδωμεν εἰ ἁλιεύω τὰ ῥήματα καὶ ἁλιέως, καὶ οὐχ ἁλιέως· ἁλιέως μὲν, ἐπειδὴ τὸ στόμα ἐκεῖνο ἐφθέγξατο· οὐχ ἁλιέως δὲ, ἐπειδὴ Πνεύματος ἦν τὰ ῥήματα. Τί γάρ φησιν; *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Τί λέγει ὁ Ἰουδαῖος; Μέγα φρονεῖ ἐπὶ Μωϋσεῖ, ὅτι τὴν θάλασσαν ἔσχισε, καὶ τὸ πέλαγος διεῖλε καὶ ἔῤῥαψε, καὶ τὸν ἀέρα μετέβαλε, καὶ πέτραν ἐξέτεμε, καὶ μάννα κατήνεγκε, καὶ πόλεις αὐτάνδρους καθεῖλε, καὶ πολέμους χωρὶς ὅπλων ἐνίκησε. Διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖς; Ἄκουσον τί μὲν Μωϋσῆς εἶπε, τί δὲ ὁ ἁλιεὺς, ἵνα ἴδῃς τί πτωχεία Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τί δαψίλεια χάριτος. Τί δὲ εἶπε Μωϋσῆς; *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Τί δὲ ὁ ἁλιεύς; Οὐδαμοῦ τίθησι τὸ, *Ἐποίησεν*, ἀλλὰ τί; *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.* Ἐκεῖνος ἀπὸ κτισμάτων ἄρχεται, καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ. Ὁρᾷς πῶς ὑψηλότερον ἀναβαίνει Μωϋσέως; Ἤκουσε Μωϋσέως λέγοντος, ὅτι τὸν οὐρανὸν ἐποίησεν ὁ Θεός· ἀφῆκε τὸν οὐρανὸν καὶ ἀνέβη ἀνώτερον. Ἀπήντησαν αὐτῷ ἄγγελοι, καὶ παρέδραμεν· ἀρχάγγελοι, καὶ παρῆλθε· τὰ Χερουβὶμ, καὶ οὐκ ἔστη ἐκεῖ. Ποῦ τρέχεις; Ἕτερόν τι ἐπιζητῶ· εἰ δὲ τὰ Χερουβὶμ λάμπῃ, ἀλλ' ἔργα ἐστίν· εἰ δὲ τὰ Σεραφὶμ ᾄδει, ἀλλὰ σύνδουλά μού εἰσιν. Τί ζητεῖς; Εἰ δὲ Ἀρχαὶ καὶ Κυριότητες, καὶ ταῦτα δοῦλα, καὶ ταῦτα δημιουργήματα· εἰ δὲ Ἐξουσίαι, καὶ ταῦτα ποιήματα. Ποῦ ἀπέρχῃ; Αὐτὸν ζητῶ τὸν Δημιουργὸν, αὐτὸν ζητῶ τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρί· οὐκ ἀφίσταμαι ἕως αὐτὸν εὕρω ὡς ἀνθρώπῳ εὑρεῖν δυνατόν. Μωϋσῆς περὶ οὐρανοῦ εἶπε, καὶ ἐπαύσατο· οὐ γὰρ εἶχε τὸ πνεῦμα ὃ ἐγὼ ἔχω· οὐ γὰρ ἔλαβε τὸ πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, ἀλλ' ἔλαβε τὸ πνεῦμα υἱοθεσίας εἰς ὑπακοὴν πίστεως. Μείζονα ἐπιστεύθην ἐγώ. Διὰ τοῦτο ὁ Δεσπότης μου ἄνωθεν κάτω κατέβη, [222] ἵνα ἐγὼ κάτωθεν ἄνω ἀναβῶ. Τί ζητεῖς; Αὐτὸν τὸν Δημιουργόν· ὅταν εὕρω, τότε ἵσταμαι. Ὕῤῥε, καὶ τί λέγει; *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Οὐδαμοῦ τὸ, *ἐποίησεν*, οὐδαμοῦ τὸ *ἐγένετο*· οὐ γὰρ περὶ δημιουργημάτων ἡ διδασκαλία. Ἰδοὺ Λόγος· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Πόσοι τύραννοι ἐξότε ἐφθέγξατο ὁ ἁλιεὺς τὸ ῥῆμα τοῦτο ἀφανίσαι ἤθελον, καὶ οὐκ ἴσχυσαν; ἀλλ', ὅπου ἂν ἀπέλθῃς, ἀκούεις, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*· κἂν ἐν χώρᾳ, κἂν ἐν πόλει, προέλαβεν, *Ἐν ἀρχῇ ἦν*

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

ὁ Λόγος· καὶ ἐν Περσίδι καὶ ἐν Ἰνδίᾳ καὶ ἐν τῇ Μαυριτανῶν χώρᾳ λάμπει τὸ ῥῆμα τοῦτο ἡλίου φανερώτερον. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐν ἡμέρᾳ φαίνει, ἐν νυκτὶ δὲ κρύπτεται· τὸ δὲ ῥῆμα καὶ ἐν νυκτὶ τὴν ἑαυτοῦ λαμπηδόνα ἀφίησι, τῇ ἑκάστου διανοίᾳ ἐγγέγραπται. Ἀπέθανεν ὁ γράψας, καὶ τὸ ῥῆμα λάμπει· τὸ σῶμα διελύθη τοῦ εἰπόντος; καὶ τὸ ῥῆμα ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀκμάζει. Ὅπου ἂν ἀπέλθῃς, προέλαβε τὸ ῥῆμα, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*. Καὶ ἕκαστος, καὶ γυνὴ καὶ ἀνήρ, καὶ δοῦλος καὶ ἐλεύθερος, καὶ βασιλεὺς καὶ ἰδιώτης, καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, μελετῶσιν αὐτὸ ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ οὐδεὶς ἐξαλεῖψαι δύναται τὴν καλλίστην ταύτην κληρονομίαν, ἀλλὰ μένει διατηρῶν τὸν πλοῦτον. *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.* Ῥῆμα οὐκ ἴσχυσεν ἐξαλεῖψαι ὁ διάβολος· διὰ τί; Ὅτι οὐ ῥῆμα ψιλόν, ἀλλὰ ῥῆμα Θεοῦ. Μὴ τοίνυν αἰσχύνου ὅταν ἀκούσῃς· Ταῦτα ὁ ἁλιεὺς ἐφθέγξατο, ταῦτα ὁ σαγήνας ῥάπτων. Εἶδες πῶς εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῆς πενίας ἐκάθητο καὶ ἀνέβη εἰς τὴν κορυφὴν τῆς ἀρετῆς; Ἀλλ' ἵνα μὴ ἑτέρων ἀρξάμενος, ἐφ' ἕτερα τὸν λόγον ἀγάγωμεν τῇ ῥύμῃ τῶν λεγομένων, τὰ νοήματα ἀφέντες ἐκκυλίεσθαι, φέρε δὴ χαλινῷ τῇ γλώττῃ χρησάμενοι τὴν ὑπόθεσιν ἐπὶ τὴν προτέραν ὑποσχεσιν ἐπαναγάγωμεν. Τί οὖν φησιν ὁ σκηνοποιός, ὁ ἀγοραῖος; οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς ταῦτα εὐηχῶν τὰ ῥήματα, διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀπόνοιαν καὶ τὴν ἀφιλόσοφον αὐτῶν γνώμην. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἐπειδὰν ὑβρίσωσι, λέγουσιν, Ἀγοραῖε, τί ἐστιν, Ἀγοραῖε; τί ἐστιν ἀγοραῖος; εἰπέ μοι· μὴ γὰρ ἔγκλημα τὸ εἶναι ἀγοραῖον; μὴ γὰρ ἔγκλημα τὸ ἑστάναι ἐπ' ἀγορᾷ; καὶ ἐργάζεσθαι; ἔγκλημα τὸ ἔνδον μένοντα τὰ τῶν ἄλλων ἁρπάζειν. Μάθε τί ὕβρις, καὶ τί ἐγκώμιον, καὶ μὴ καταγέλα· ἀγοραῖον εἶναι οὐκ ἔστιν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἅρπαγα εἶναι, τὸ πλεονέκτην εἶναι. Τί με ὠφελεῖς, ὅτι κάθῃ ἐν θαλάμῳ, καὶ λύκος εἶ; τί δέ με βλάπτει ὁ πένης ἐν ἀγορᾷ ἑστηκὼς καὶ βοῦν καὶ ἀροτῆρα μιμούμενος; Ἀγοραῖος εἶ, χειροτέχνης εἶ; οὐκ ἔστι ταῦτα ἐγκλήματα· ἐγκώμια ταῦτά ἐστιν, ὅτι ἀπὸ δικαίων πόνων τὴν τροφὴν συνάγεις, οὐκ ἀλλοτρίας περιεργαζόμενος οἰκίας. Οὐκ ἔστιν οὖν ἔγκλημα τὸ ἀγοραῖον εἶναι, οὐδὲ τὸ χειροτέχνην εἶναι· ἀλλὰ τί ἐστιν ἔγκλημα; τὸ ἀργῶς ζῆν· εἴθε μὲν οὖν ἀργὸν, καὶ μὴ κακῶς ἐργαζόμενον. Ἀγοραῖος ἦν ὁ Παῦλος, καὶ ἐπ' ἐργαστηρίου εἱστήκει· καὶ οὐκ ἦν πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου τοιοῦτος, μετὰ [223] τὸ Εὐαγγέλιον μετεβάλλετο. Ἀλλὰ καὶ ἐκήρυττε καὶ δέρματα ἔραπτεν· ἐκήρυττε καὶ ἔμενε παρὰ Πρισκίλλᾳ καὶ Ἀκύλᾳ, *διὰ τὸ ὁμότεχνον· ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην.* Ὦ φιλοσοφία Παύλου! ὡ φρόνημα ὑψηλὸν, καὶ γνώμη ἀχείρωτος! ὦ διάνοια τῆς ἀψίδος τοῦ οὐρανοῦ ἁψαμένη! ὦ ψυχὴ πάντων ὑπερῤῥῶσα τῶν ὁρωμένων! ὦ γνώμη…! ἀράχνην ἐνόμιζε τοῦ βίου τὰς φαντασίας· οὐκ ἀπῆλθε πρὸς βασιλέας, οὐδὲ ἀπῆλθε πρὸς πλουσίους, οὐκ ἀπῆλθε πρὸς εὐπόρους, ἀλλὰ πρὸς σκηνοποιοὺς ἀπῆλθε διὰ τὸ ὁμότεχνον, καὶ οὐκ ἠσχύνετο ἐκκαλύπτων ἑαυτοῦ τὸ ἐπιτήδευμα, ἀλλὰ πᾶσι τοῦτο κατάδηλον εἰργάζετο. Ἐν ἀγορᾷ εἱστήκει τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττων, νεκροὺς ἐγείρων, λεπροὺς καθαίρων, καὶ οὐκ ἠσχύνετο τῷ τόπῳ, ἀλλὰ ἐνεκαλλωπίζετο τῷ τρόπῳ, καὶ εἱστήκει ἐν ἀγορᾷ· καὶ ὁ μὲν ἐξοϊδου δέρματα, οἱ δὲ ἔλεγον, Ἀνάστησον τὸν νεκρόν· καὶ εἱστήκεισαν δύο γυναῖκες, ἡ μὲν λέγουσα, Ποίησόν μοι τὸ δέρμα στρῶμα, ἡ δὲ λέγουσα, Ἀνάστησον τὸν υἱόν μου, καὶ ἀμφοτέραις ἀπεκρίνατο· καὶ τοῦτο κώλυμα ἐκείνου οὐκ ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ αἱ χεῖρες εἰργάζοντο, καὶ ἡ χάρις ἐνήργει, καὶ ἀμφοτέραις ἀπεκρίνατο ὁ σκηνοποιὸς, τῇ μὲν τὸ ἀπὸ τῆς τέχνης, τῇ δὲ τὸ ἀπὸ τῆς χάριτος παρέχων. Σὺ τί βούλει; στρῶμα τὸ δέρμα ἐγὼ ποιῶ· δέρματα γὰρ ῥάπτω. Τί βούλει; τὸν νεκρόν σου ἐγερθῆναι ἐγὼ ποιῶ· τὸν Θεὸν γὰρ παρακαλῶ. Μήτε δνειδος; τέχνη. Οὐκ ἀπῆλθεν εἰς πλουσίαν οἰκίαν καὶ εὔπορον· νόμον γὰρ ἐπλήρου Δεσποτικὸν λέγοντα· *Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐρωτήσατε τίς ἐστιν ἄξιος ἐν αὐτῇ, κἀκεῖ μείνατε.* Καὶ γὰρ ἄξιος τοῦ Παύλου ὁ σκηνοποιός; Καὶ πάνυ. Διὰ τί οὖ; ἐπειδὴ σκηνοποιὸς ἦν κατὰ τὴν φιλοπτωχείαν. Εἶπω σοι αὐτοῦ ἐγκώμιον διαδήματος βέλτιον, πορφυρίδος λαμπρότερον; *Ἀσπάσασθε Πρισκίλλαν καὶ Ἀκύλαν*· καὶ προτίθησι τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα μάθῃς ὅτι πλείω παρὰ τῇ γυναικὶ ἡ ἀρετή. *Ἀσπάσασθε Πρισκίλλαν καὶ Ἀκύλαν*, Ῥωμαίοις γράφων, *οἵτινες ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν.* Εἶδες ἐγκώμιον; εἶδες μάρτυρας ζῶντας; *Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν.* Μαρτύριον ἀπηρτισμένον, οὐ τῇ ἐκχύσει τοῦ αἵματος, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῆς διανοίας. Μή μοι λέγε, Οὐκ ἐσφάγησαν· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐσφάγησαν τῇ πείρᾳ, ἀλλ' ἐσφάγησαν τῇ γνώμῃ· ὁ δὲ Θεὸς οὐ τέλος ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ παρασκευήν· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀβραὰμ τὸν υἱὸν ἔσφαξε, καίτοι μὴ σφάξας· καθαρὰ γὰρ ἦν ἡ μάχαιρα· καὶ λέγει· *Οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ·* οὐκ ἐφείσω τῇ γνώμῃ, ἐγὼ δὲ ἐφεισάμην τῇ πείρᾳ. *Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν.* Αἵματι τὸν Ἀπόστολον ὑπεδέξαντο. Συνήκατε τί εἶπον; Οὐ γὰρ χοίρους καὶ δρυες αὐτῷ ἔθυσαν, ἀλλὰ τὸ αἷμα τὸ ἑαυτῶν ἐξέχεαν. Ὦ φιλοξενίας ὑπερβολή! ἄλλοι ἐὰν δώσωσι δέκα ὀβολοὺς, σκυλῆναι οὐ καταξιοῦσιν· ἐκεῖνοι τὸ αἷμα ἑαυτῶν ἐξέχεαν, καὶ κατεφρόνησαν τῆς παρούσης ζωῆς. Ὁ φιλόξενος οὕτω φαίνεται, οὐχ ὡς οἱ [224] νῦν, βλοσυρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπαίροντες, ἐὰν δώσωσι πένητι δέκα ὀβολοὺς, καὶ τούτους διὰ τοῦ οἰκέτου. Οὗτοι δὲ οὐχί, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ οἰκέται ἐγίνοντο. Οὕτω καὶ ὁ Ἀβραὰμ καὶ ἡ Σάῤῥα· καὶ γὰρ ἐκείνη ἐφύρασε τὰ ἄλευρα, οὐ κατὰ τὴν βλακείαν τῶν νῦν γυναικῶν, ἡ τοῖς χρυσίοις καὶ τοῖς ἱματίοις τοῖς σηρικοῖς μαλακωτέραν τὴν φύσιν ἐργάζεται. Ἀλλ' ἐκείνη μυλωθρίδος ἔργα ἐπιτελεῖ· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἀνήρ· *Σπεῦσον καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως.* Καὶ οὐκ εἶπε· Ταῦτα ἀνεκτά· ἀρτοποιόν με ἔλαβες τὴν συγγενίδα; οὐ προῖκα εἰσήνεγκα; οὐκ ἐλευθέρα εἰμί; τὰ διακόνων μοι ἐπιτάττεις· ἐπὶ ταύταις ταῖς ἐλπίσιν ἦλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν; Οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἔσπευσε καὶ ἐφύρασε· γυνὴ γὰρ ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, οὐ νόμῳ βίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρετῇ κατορθωμάτων. Κοινὴ γενέσθω, φησὶν, ἡ φιλοξενία, κοινῇ καὶ τὸν καρπὸν τρυγήσωμεν. Θησαυρός ἐστι, φησὶν· ὁμοῦ μεταλάβωμεν· ἐγὼ τὸν μόσχον, σὺ τὰ ἄλευρα. Ἔθυσε μόσχον, καὶ ἔλαβε τὸν Ἰσαάκ· ἐφύρασε τὰ ἄλευρα, *Καὶ ἐγένετο τὸ σπέρμα αὐτῆς ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.* Ταῦτα λέγω τὸν ἀνθρώπινον τῦφον ταπεινῶν, καὶ πάντων τὴν ἀπόνοιαν τῶν πλουτούντων ἐξευτελίζων, καὶ παραμυθούμενος τοὺς πένητας, ἵνα μηδεὶς μήτε ἐν πενίᾳ βαπτίζηται, μήτε ἐν πλούτῳ ἐπαίρηται· ταῦτα δέ ἐστιν ἀμφότερα ἀρετῆς κωλύματα. Ὁ δὲ λογισμὸς κυβερνήτου τάξιν ἐπέχει, οὔτε ὑπὸ τοῦ χειμῶνος βαπτιζόμενος, οὔτε ὑπὸ τῆς γαλήνης χαυνούμενος, ἀλλ' ἐν καιρῷ ἀνωμαλίας τὴν ἴσην αὐτῷ φιλοσοφίαν διατηρῶν, μηδέπω τῇ διαφορᾷ σαλευόμενος, καὶ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο γινόμενος· ὥσπερ οὖν ὁ Ἰὼβ οὔτε ἐν τῇ πενίᾳ ἐγένετο βλάσφημος, οὔτε ἐν τῷ πλούτῳ ἐπηρμένος, ἀλλ' ὅτε μὲν ἦν πλούσιος, τὴν θύραν ἠνέῳξεν, ὅτε δὲ πένης ἐγένετο, τὰς πλευρὰς τὰς ἑαυτοῦ ἤνοιξε· τότε μὲν οὖν φιλόπτωχος, ὕστερον δὲ φιλόσοφος γινόμενος, καὶ καταπατῶν τὴν διαφορὰν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοσαῦτα περὶ τοῦ σκηνοποιοῦ, φέρε καὶ τῶν εἰρημένων ἕνια μεταχειρισώμεθα, ὀλίγα μὲν οὖν ῥήματα εἰς μέσον ἀγοντες, πέλαγος δὲ ἀχανὲς νοημάτων ἡμῖν ἀνοίγοντες. Τοιοῦτος γὰρ ὁ θησαυρὸς τῶν Γραφῶν· οὐ τῷ πλήθει τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῶν νοημάτων τὴν εὐπορίαν ὑμῖν ἐνδείκνυνται. Τί οὖν φησιν ὁ σκηνοποιὸς, τὸ στόμα τῆς ἀγιωσύνης ἐμπεπλησμένον, ἡ γλῶττα ἡ τῷ θανάτῳ φοβερά; τί γράφει ἡ δεξιὰ ἐκείνη ἡ ἀλύσει καλλωπιζομένη καὶ δεσμὰ περιβεβλημένη, καὶ νεκροὺς ἐγείρουσα; τί γράφει: τί λέγει ἡ γλῶττα; τί γράφει ἡ δεξιά; *Ἡμεῖς δὲ, εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Πρόσεχε, εἰς βάθος καταβαίνομεν. *Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά, τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ.* Θησαυρὸς μὲν οὖν κεκρυμμένος, ἀλλ' ἀνορύττωμεν καὶ τὰ βάθη πρὸς τὸ βάθος· οὐ γάρ ἐστι βυθὸς ζόφον ἔχων, ἀλλὰ βυθὸς φῶς βρύων. Εἰ καὶ ἀσαφὴς ὁ λόγος, ἀλλὰ πειράσομαι αὐτὸν εὔκολον ποιῆσαι καὶ ἰδιώτῃ καὶ πένητι καὶ οἰκέτῃ [225] καὶ μαγείρῳ καὶ ναύτῃ καὶ γυναικὶ καὶ ἐλευθέρῳ καὶ δούλῳ. Τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ κοινῇ πρόκειται πᾶσιν ἀσαφείᾳ συσκιαζόμενα, ἀλλὰ τῇ ἑρμενείᾳ εὐκατάληπτα γινόμενα. Εἰ δέ τίς ἐστι βραδύτης, τῇ εὐκολίᾳ τῆς διδασκαλίας σαφεστέραν ποιήσομαι τὴν τράπεζαν· μόνον μοι παρά-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nusquam, *fecit;* nusquam, *factum est:* non enim de rebus creatis est hæc doctrina. Ecce Verbum : *In principio erat Verbum.* Quot tyranni ex quo piscator hoc verbum extulit, exstirpare voluerunt, et non potuere; sed, quocumque abeas, audis, *In principio erat Verbum :* sive ruri, sive in urbe, prævenit *In principio erat Verbum:* et in Perside, et in India, et in Mauritanorum regione micat hoc Verbum sole splendidius. Sol enim interdiu lucet, noctu occultatur ; hoc autem dictum etiam in nocte fulgorem suum emittit, cujusque animo inscribitur. Mortuus est qui scripsit, et dictum effulget : corpus ejus qui dixit est dissolutum, et dictum illud plusquam sol lucet. Quocumque abeas, antevenit hoc dictum, *In principio erat Verbum.* Quisque etiam et mulier et vir, et servus et liber, et rex et privatus, et imperantes et imperio subditi, illud in corde meditantur, neque ullus delere potest hanc pulcherrimam hæreditatem, sed opes istas retinere perseverat. *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Diabolus non potuit dictum abolere : quare ? Quia non dictum simplex erat, sed dictum Dei. Ne igitur pudore afficiaris, quando audis : Hæc piscator dixit, hæc sagenarum consutor. Vidisti quomodo ad ipsum paupertatis infimum locum descendit, et ad fastigium virtutis ascendit? Sed ne, postquam ab aliis incepimus, ad alia traducamus orationem, ex dictorum decursu conceptus alio deflecti permittentes ; age, freno ad linguam adhibito, reducamus argumentum ad id quod prius promisimus. Quid igitur dicit ille tentoriorum opifex, circumforaneus ? non enim finem faciam has voces frequenter pronuntiandi, propter vulgi hominum insipientiam eorumque sententiam a philosophia alienam. Quia nempe in foro plurimi conviciis impetentes dicunt, Circumforanee ; quid sibi vult illud, Circumforanee ? Quid est circumforaneus, dic mihi ? non enim crimen est circumforaneum esse, non crimen est in foro stare et operari. Crimen est intus manentem res alienas rapere. Disce quid sit contumelia, quid encomium, et noli irridere : non est crimen esse circumforaneum, sed raptorem esse, avarum esse. Quid mihi prodes cum sedes in thalamo, et lupus es ? quid mihi damni affert pauper in foro stans, bovemque et aratorem imitans ? Circumforaneus es ? operarius es ? non sunt hæc crimina : encomia sunt, quoniam a justis laboribus alimentum colligis, non domos alienas curiose frequentans. Non est igitur crimen circumforaneum esse, neque operarium esse. Quid autem est crimen? otiose vivere : atque utinam otiose tantum et non male operari ! Circumforaneus erat Paulus, et in officina stabat : neque talis erat ante Evangelium, post Evangelium vero mutatus est. Sed et prædicabat, et pelles consuebat : prædicabat et manebat apud Priscillam et Aquilam, *Quia ejusdem erat artis : erant autem scenofactoriæ artis* (*Act.* XVIII, 3). O philosophia Pauli ! o sublimis sensus, et sententia animi indomita ! o mens cœli fornicem attingens ! o anima visibilia omnia despiciens ! o mens *** ! telam araneæ esse existimabat vitæ fastum : non adiit reges, non divites, non locupletes, sed tentoriorum opifices adiit, quia ejusdem erat artis ; nec erubuit institutum vitæ suæ detegere, sed hoc omnibus palam fecit. In foro stetit, Evangelium prædicans, mortuos suscitans, leprosos mundans, nec de loco pudebat illum, sed de consuetudine gloriabatur. In foro stabat, et alius quidem pelles dabat, alii vero dicebant, Mortuum suscita ; ac steterunt duæ mulieres: una quidem dicens, Pellem mihi in stragulum confice; altera vero rogans, Suscita filium meum ; et utrique respondit, atque aliud alteri impedimento non fuit, sed et manus laborabant, et gratia operabatur : et utrique respondebat tentoriorum opifex, alteri quidem artis suæ, alteri gratiæ fructum largiens. Quid tu vis? pellem ego confício in stragulum : pelles enim consuo. Quid tu vis ? mortuum tuum ego suscitari curabo : Deum enim rogabo. Neque dedecori ars erat. Non ibat in domum divitem et locupletem : legem enim Domini implebat dicentem : *In quamcumque autem civitatem aut domum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete* (*Matth.* X, 11). Eratne enim Paulo dignum quod esset tentoriorum opifex ? plane quidem. Cur non ? siquidem tentoriorum opifex erat secundum paupertatis amorem ? Dicam tibi ejus encomium diademate præstantius, veste purpurea splendidius? *Salutate Priscillam et Aquilam* (*Rom.* XVI, 3, 4). Et feminam viro præponit, ut tu discas majorem fuisse in femina virtutem. *Salutate Priscillam et Aquilam*, ad Romanos scribens, *qui pro anima mea suas cervices supposuerunt.* Vidisti encomium, vidisti testes vivos, *Qui pro anima mea suas cervices supposuerunt.* Martyrium absolutum, non effusione sanguinis, sed electione animi. Ne mihi dicas, Non occisi fuerunt : etiamsi enim reipsa occisi non fuerint, proposito tamen occisi sunt : Deus autem non requirit exitum, sed intentionem. Siquidem et Abraham filium mactavit, quamvis non mactavit, gladius enim fuit mundus, et dicit, *Non pepercisti filio tuo propter me* (*Gen.* XXII, 12 *et* 16). Non pepercisti animo, ego vero reipsa peperci. *Qui pro anima mea suas cervices supposuerunt.* Sanguine Apostolum exceperunt. An intellexistis quod dixi ? Non enim porcos vel agnos mactarunt, sed sanguinem proprium effuderunt. O hospitalitatis fastigium ! Alii si decem obolos dederint, molestari ægre ferunt : illi sanguinem suum fuderunt, et præsentem vitam contemnebant. Vir hospitalis ita conspicuus evadit, non sicut ii qui nunc, torvo vultu et superciliis elatis, gloriantur, si decem obolos per servos suos pauperi dederint. Ili vero non item ; nam et ipsi facti sunt servi. Sic et Abraham et Sara : nam illa commiscuit farinam, non secundum earum quæ nunc sunt mulierum mollitiem, quæ auro sericisque vestibus naturam efficit ignaviorem. Illa vero molitricis obit munera : dicitque illi maritus : *Accelera, tria sata similæ commisce* (*Gen.* XVIII, 6). Neque respondit, Hæccine sunt tolerabilia ? mene cognatam accepisti pro pistoria ? nonne dotem attuli ? nonne sum libera ? quæ famularum sunt imperas mihi. Haccine spe fulta veni in domum tuam ? Nihil horum dixit, sed festinavit et commiscuit : uxor enim erat Abrahæ, non vitæ lege solum, sed etiam bonorum operum virtute. Communis, inquit, sit hospitalitas, communem quoque fructum referamus. Thesaurus est, ait : una simus participes : ego vitulum, tu farinas offeres. Vitulum mactavit, et accepit Isaac : farinas miscuit illa, *Et factum est semen ejus sicut stella cœli, et sicut arena maris.* Hæc dico humanum fastum deprimens, et divitum omnium amentiam contemnens, pauperesque consolans, ut nemo vel in paupertate se dejiciat, vel in divitiis se extollat : hæc autem ambo sunt virtutis impedimenta. Ratio autem gubernatoris nautici vicem obtinet, quæ neque a tempestate subvergitur, neque a serenitate mollior efficitur ; sed in tempore dispari parem servans philosophiam nec ulla diversitate movetur, ac vel hoc vel illud efficitur : sicut Job neque in paupertate blasphemus fuit, neque in divitiis elatus, sed cum dives esset, januas aperuit ; cum vero pauper esset, latera patefecit : tunc quidem pauperibus amicus, postea vero philosophus, ac rerum mundanarum diversitatem calcans. Postquam vero tanta de tentoriorum opifice diximus, age etiam nonnulla eorum quæ protulimus denuo tractemus, pauca quidem verba in medium proferentes, immensum vero conceptuum pelagus nobis ipsis aperientes. Talis enim est thesaurus Scripturarum, quæ non verborum copia, sed conceptuum vi abundantiam nobis exhibent. Quid igitur ait tentoriorum opifex, os sanctitate repletum, lingua morti formidanda ? quid scribit dextera illa a vinculis ornata, et manicis circumdata, mortuosque suscitans ? quid scribit ? quid ait lingua illa ? quid scribit dextera illa ? *Itaque nos, et si novimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. Si qua ergo in Christo, nova creatura* (II *Cor.* V, 16, 17). Attende, ad imum descendimus. *Si qua ergo in Christo, nova creatura : vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova : omnia autem ex Deo.* Thesaurus est absconditus quidem ; sed effo-

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diamus, ejus profunditates etiam usque ad imum : non est enim gurges caliginem habens, sed gurges lucem emittens. Etiamsi obscurus sit sermo, conabor tamen eum facilem reddere et idiotæ et pauperi et famulo et coquo et nautæ et mulieri et libero et servo. Res enim divinæ publice proponuntur omnibus, obscuritate adumbratæ, sed explicatione data facile intelliguntur. Si qua est autem ingenii tarditas, perspicuitate doctrinæ illustriorem hanc mensam efficiam : mihi solum ad audiendum paratam mentem afferte, et nullo modo relaxemini; experimento enim didici mentis vestræ in audiendo obsequentiam. Ideo sæpe etiam difficiles aggressus sum sententias, etsi non exspectabam eas captu faciles fore; vidi autem res difficiles ex audiendi studio faciles redditas. Vigil esto animus, et nihil erit difficile; intenta cogitatio, et omnia perspicua. *Si qua ergo in Christo, nova creatura : vetera transierunt.* Hæc legentes Græci rident nosque sugillant. Talia, inquiunt, dicit Paulus : *Si qua in Christo, nova creatura.* Jactas, o Paule (illorum verba refero), nos ipse inflas, mentem nostram erexisti, novis cogitationibus aures nostras imples. *Si qua in Christo, nova creatura.* Disce primum non temere excæcari; in barathrum te injicis. Num enim nosti quid audivisti? *Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus : stultitia enim est ei* (1 *Cor.* II, 14). Numnam nosti thesaurum? thesaurus habet superne spinas et lapides; cum vero perfoditur, margaritæ reperiuntur. Ne mihi verba tantum des, sed sensum; ne mihi verba : diligenter disce quid sit, *Nova creatura;* disce quid, *In Christo;* disce, et in lucem descende. Nam etiam puerulus sæpe videt regem transeuntem, et ridet; rexque conspicit, nec cura est illi. Non enim regis est vituperium, sed defectus ætatis. Adesto, in penetralia te deducam : ne simpliciter a vestibulo prospicias : adesto, revelabo tibi totum mysteriorum arcanum. Et quid, inquit, habes mihi licendum? nonne dixit quod *nova creatura* est apud Christianos? Sane quidem. Ostende igitur mihi, inquit, novam creaturam : ostende mihi quod cœlum factum sit novum; quod antequam Christus adveniret aliud esset, postea vero aliud factum sit; quod mare aliud, semina alia, natura alia; quod alius fructus, alia flumina, venti alii : hæc enim omnia vetera; et tu dicis quod *nova creatura.* Te cohibe : quo magis contradicis, tanto magis crescit veritatis eminentia. Num insanio? inquit : num contradico? en quiesco. Quiesce; interrogabo te. Interroga. Dicit, antequam adveniret Christus, aliud fuisse cœlum; postquam autem advenit, aliud factum fuisse. Atqui antequam ille secundum carnem adveniret, idem erat cœlum; et postquam ille advenit, idem permansit cœlum, et terra, et mare, et aer, et venti (*a*). Cur igitur, inquit, Paulus jactat dicens : *Si qua in Christo, nova creatura : vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova?* Ego, inquit, nihil novum video. Non enim oculos habes, ut videas : accede, faciam tibi oculos, et videbis. Oculosne etiam facis? Omnino. An creator es? Omnino. An deliras? Nequaquam. Fac igitur oculos corporeos. Imo vero, quod majus est, mentis oculos faciam. Oculosne mihi facis? Maxime. Annon habeo? Non. Tum oculos tu habes, et ego non habeo : quomodo? dic mihi. Cum in templum intras, et ibi vides nudum sculptile, mutum lapidem, et dicis, Hic deus est, oculosne habes? cum lapidem deum vocas, quomodo oculos habes? ecqua utilitas oculorum externorum, internis excæcatis? Vides necessarium esse ut oculos tibi faciam, ut videas lapidem sicut lapidem, ne misceas non miscenda, ne disjuncta conjungas. Oculosne habes, cum lignum videas et adores, ego vero id apprehensum comburam? habesne oculos, cum id quod oritur appellas deum, cum vitia deos facis? Ebrius est homo et circumfertur, et ex ebrietate, homo cum sit, brutum efficitur : tu dicis, *Ebrietas deus est*, et illam Bacchum appellas : *Scortatio dea est*; et illam appellas Venerem : *Furtum deus est* (*a*), et illum appellas Mercurium. Cum igitur vitia et ligna deos facis, quomodo habes oculos? visibilia non vides, et invisibilia tibi credere possum? Videsne oculis tibi opus esse? Bacchus putris est lapis, et Venus lignum est. Annon verbis meis fidem adhibes? securi crede, hanc impello et jacio : da mihi ignem, et comburo. Hoc ebrietatis est vitium : lex illa punit, tuque illa deos facis? oculosne habes? Videsne opus esse ut oculos tibi per sermonem efficiam? Siquidem tales erant Judæi : oculos habebant, et non videbant; cæcus non habebat, et videbat. Christus dicit cæco, *Tu credis in Filium Dei?* et dicit, *Credo, et adoravit* (*Joan.* IX, 35) : Judæi vero, videntes, crucifixerunt eum. Cæcus adorat, et qui videt crucifigit : propter hoc dicit, *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, et qui vident cæci fiant.* Nunquid habes oculos? Visne igitur ut oculos tibi per sermonem efficiam? oculos fidei, oculos intellectus, oculos invisibilia conspicientes? Tales enim sunt oculi nostrum qui fide conspicimus : non visibilia vident, sed invisibilia. Et si sequi velis, sequere; sin nolis, ego quod meum est facio, erudio. Varius enim est sermo : contrarios transmutat, familiares corrigit, multas inducit personas, et ex omni parte absolutus est. Itaque *Si qua in Christo, nova creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* O os! o splendor! ego enim video thesaurum prius quam illum revelem : video totum vas opificis. O oculi, qualia conspiciunt! Ad me ipsum converte, erige te. Creatio in Scriptura vocatur, non modo ex non existentibus in existentiam productio, sed etiam existentis in melius mutatio. Breviter dictum est : oportet autem hoc clarius proferre. Creare dicitur Deus, non tantum cum id quod non existebat efficit, sed etiam cum id quod existebat distortum vel fœdatum, corrigit et purgat. Exempli gratia : creavit Deus hominem; hoc est id quod non existebat effecere : cumque improbum hominem bonum reddit, hæc est rerum in melius mutatio. Ibi est rei non existentis productio; hic, existentis, sed depravatæ, in melius mutatio. Et ut discas creationem dici non modo ex non existentia in existentiam productio, sed etiam cum quidpiam depravatum corrigit et purgat, audi Davidem dicentem : siquidem et ipse creatus et cor ejus creatum fuerat, pollutum vero ab adulterio et homicidio. Invocat igitur Deum et dicit : *Cor mundum crea in me, Deus* (*Psal.* L, 12). An igitur antea sine corde erat? quomodo igitur Goliathum prostravit? quomodo Deo placuit? Non de substantia cordis loquitur, sed de optima ejus dispositione. Ecce ergo creatio dicitur non substantiæ productio ex non existentia in existentiam, sed existentis, corruptæ vero, in melius conversio. Cum videris effrenem aliquem sobrium effectum, dic, Creata est illi mens : cum videris meretricem continentiæ deditam, dic, Creata est illi mens : cum videris rapacem factum misericordem, dic, Creatum est cor ejus. Nam qui lupus erat, factus est ovis; qui accipiter erat, columba jam est. Ideo creatio dicitur. Idcirco etiam lavacrum regenerationis creatio dicitur : *Exuentes*, enim inquit, *veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria carnis suæ, induentes vero novum hominem factum secundum imaginem ejus qui creavit illum* (*Ephes.* IV, 22). Itaque creatio est illius opus : *Creati* enim *in Christo Jesu in operibus bonis* (*Col.* III, 10) : prius vero in operibus corruptis. Tunc accepit Pater lutum, et fecit hominem. Filius accipit aquam, et illam vinum facit. Illic habet elementum, et hic quoque elementum; mutatio elementi, et melius fit opificium. *Si qua ergo in Christo, nova creatura.* Vides itaque novam esse creaturam. Quid enim est mihi emolumenti, si fiat cœlum? At-

(*a*) Quæ proxime sequuntur, leguntur apud Photium Bibl. p. 322. a. Bekk., e genuina scilicet oratione illa referentem.

(*a*) Quæ inter uncinos claduntur in Græco desunt; supplevit interpres.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σχετε διάνοιαν συντεταμένην, καὶ μηδὲν μαλακίζεσθε· πεῖραν γὰρ ἔλαβον ὑμῶν τῆς ὑπακοῆς τῆς κατὰ τὴν διάνοιαν. Διὸ καὶ πολλάκις δυσκόλοις ἐπεχείρησα νοήμασιν, οὐ προσδοκήσας αὐτὰ εὔληπτα ἔσεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς σπουδῆς τῆς κατὰ τὴν ἀκρόασιν ἰδὼν τὰ δύσκολα ῥᾴδια γενόμενα. Νήφουσα ἔστω ἡ διάνοια, καὶ οὐδὲν δύσκολον, συντεταμένη γνώμη, καὶ πάντα σαφῆ. *Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε.* Ταῦτα ἀναγινώσκοντες Ἕλληνες γελῶσι καὶ κωμῳδοῦσιν ἡμᾶς· τοιαῦτα, φησὶ, Παῦλος λέγει· *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Κομπάζεις, ὦ Παῦλε (τὰ ἐκείνων λέγω), φύσας ἡμᾶς ταῖς ἐλπίσιν· ἐπῆρες ἡμῶν τὴν διάνοιαν, κενῆς ἐννοίας τὰς ἀκοὰς ἡμῶν πληροῖς· *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Μάθε πρῶτον μὴ ἁπλῶς τετυφλῶσθαι· εἰς βάραθρον ἐμβάλλεις σαυτόν. Μὴ γὰρ οἶδας τί ἤκουσας; *Ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι.* Μὴ γὰρ οἶδας τὸν θησαυρόν; ὁ θησαυρὸς ἄνωθεν ἀκάνθας ἔχει καὶ λίθους, ἀλλ' ὅταν διασκαφῇ, κάτω μαργαρίται εὑρίσκονται. Μή μοι τὰ ῥήματα ἁπλῶς, ἀλλὰ τὰ νοήματα· μή μοι τὰ ῥήματα· μετὰ ἀσφαλείας μάνθανε τί ἐστι *Καινὴ κτίσις*, μάνθανε τί *Ἐν Χριστῷ*· μάθε καὶ κατάβηθι εἰς φῶς· ἐπεὶ καὶ παιδίον πολλάκις ὁρᾷ βασιλέα παριόντα καὶ γελᾷ, καὶ ὁρᾷ βασιλεὺς καὶ οὐ μέλει αὐτῷ· οὐ γὰρ τοῦ βασιλέως ὁ ψόγος, ἀλλὰ τοῦ ἀτελοῦς τῆς ἡλικίας τὸ ἐλάττωμα. Δεῦρο εἰσαγάγω σε εἰς τὰ ἄδυτα· μὴ ἁπλῶς ἀπὸ τῶν προπυλαίων θεώρει· δεῦρο ἀνακαλύψω σοι πᾶν τὸ ἀπόῤῥητον τῶν μυστηρίων. Καὶ τί μοι, φησὶν, ἔχεις εἰπεῖν; οὐκ εἶπεν ὅτι *Καινὴ κτίσις* ἐστὶ παρὰ Χριστιανοῖς; Πάνυ. Δεῖξον οὖν μοι, φησὶ, καινὴν κτίσιν· δεῖξόν μοι ὅτι καινὸς οὐρανὸς ἐγένετο, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ παραγενέσθαι τὸν Χριστὸν ἄλλος ἦν, μετὰ δὲ ταῦτα ἄλλος ἐγένετο· ὅτι θάλαττα ἄλλη, ὅτι σπέρματα ἄλλα, ὅτι φύσις ἄλλη, ὅτι καρπὸς ἄλλος, ὅτι ποταμοὶ ἄλλοι, ὅτι ἄνεμοι ἄλλοι· ταῦτα γὰρ πάντα ἀρχαῖα, καὶ σὺ λέγεις ὅτι *καινὴ κτίσις*; Ἀνάσχου, μὴ μαίνου· ὅσῳ ἀντιλέγεις, τοσοῦτον μᾶλλον βρύει τῆς ἀληθείας ἡ ὑπερβολή. Μὴ μαίνομαι; φησὶ, μὴ ἀντιλέγω; ἶδε ἡσυχάζω. Ἡσύχασον· ἐρωτήσω σε. Ἐρώτησον. Λέγει, πρὶν ἢ παραγενέσθαι τὸν Χριστὸν, ἄλλος ἦν ὁ οὐρανὸς, μετὰ δὲ τὸ παραγενέσθαι ἄλλος ἐγένετο; καὶ πρὶν ἢ παραγενέσθαι αὐτὸν κατὰ σάρκα ὁ αὐτὸς οὐρανὸς ἦν, καὶ μετὰ τὸ παραγενέσθαι αὐτὸν ὁ αὐτὸς ἔμεινεν οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ ὁ ἥλιος καὶ οἱ ἄνεμοι. Τί οὖν, φησὶ, κομπάζει Παῦλος λέγων· *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα;* Ἐγὼ, φησὶ, καινὸν οὐδὲν βλέπω. Οὐ γὰρ ἔχεις ὀφθαλμοὺς ἵνα ἴδῃς· δεῦρο, ποιήσω σοι ὀφθαλμοὺς καὶ ὁρᾷς. Καὶ ὀφθαλμοὺς ποιεῖς; Πάνυ. Καὶ δημιουργὸς εἶ; Πάνυ. Σὺ ἀπονενόησαι; [226] Οὐχί. Οὐκοῦν ποίησον ὀφθαλμοὺς τοῦ σώματος. Ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τῆς διανοίας. Καὶ ποιεῖς μοι ὀφθαλμούς; Πάνυ. Οὐ γὰρ ἔχω; Οὐχί. Ἐπεὶ σὺ ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ἐπεὶ ἐγὼ οὐκ ἔχω· πῶς; εἰπέ μοι. Ὅταν ἀπέλθῃς εἰς ναὸν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ ξόανον γυμνὸν, λίθον ἄφωνον, καὶ εἴπῃς· Οὗτός ὁ θεός ἐστιν, ὀφθαλμοὺς ἔχεις; ὅταν τὸν λίθον θεὸν καλεῖς, πῶς ἔχεις ὀφθαλμούς; μήτι ὄφελος τῶν ἔξωθεν ὀφθαλμῶν, τῶν ἔνδοθεν πεπηρωμένων; Ὁρᾷς ὅτι χρείαν ἔχεις ἵνα ποιήσω σοι ὀφθαλμούς, ἵνα ἴδῃς τὸν λίθον ὡς λίθον, ἵνα μὴ τὰ ἄμικτα μίξῃς, ἵνα μὴ τὰ διεστῶτα συναγάγῃς; Ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ὅταν ᾖς; ξύλον καὶ προσκυνύσῃς, καὶ λαβὼν ἐγὼ αὐτὸ καύσω, μὴ ἔχεις ὀφθαλμοὺς τὸ καιόμενον θεὸν ὀνομάζων, ὅταν τὰ παθη θεοποιεῖς; Μεθύει ἄνθρωπος καὶ περιφέρεται, καὶ γίνεται ἀντὶ ἀνθρώπου ἄλογον ἀπὸ τῆς μέθης· σὺ δὲ λέγεις ἡ μέθη θεὸς, καὶ καλεῖς αὐτὸν Διόνυσον· ἡ πορνεία θεὸς, καὶ καλεῖς αὐτὸν Ἑρμῆν. Ὅταν οὖν τὰ πάθη καὶ ξύλα θεοποιεῖς, πῶς ἔχεις ὀφθαλμούς; τὰ ὁρώμενα οὐ βλέπεις, καὶ τὰ μὴ ὁρώμενά σοι ἔχω πιστεῦσαι; Ὁρᾷς ὅτι χρεία σοι ὀφθαλμῶν; Ὁ Διόνυσος λίθος ἐστὶ σαθρὸς, καὶ ἡ Ἀφροδίτη ξύλον ἐστίν. Οὐ πιστεύεις μου τοῖς λόγοις; πίστευσον τῷ πελέκει· ὕθω αὐτό. καὶ ῥίπτω· δός μοι πῦρ, καὶ καίω. Τοῦτο μέθης ἐστὶ πάθος· ὁ νόμος αὐτὰ κολάζει, καὶ σὺ αὐτὰ θεοποιεῖς; μὴ ἔχεις ὀφθαλμούς; Ὁρᾷς ὅτι χρεία ἵνα ὀφθαλμούς σοι ποιήσω διὰ τοῦ λόγου; Ἐπεὶ καὶ Ἰουδαῖοι τοιοῦτοι ἦσαν· ὀφθαλμοὺς εἶχον, καὶ οὐκ ἔβλεπον· ὁ τυφλὸς οὐκ εἶχε, καὶ ἔβλεπε. Λέγει τῷ τυφλῷ ὁ Χριστὸς, *Πιστεύεις σὺ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ*; καὶ λέγει· *Πιστεύω, καὶ προσεκύνησεν*· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι βλέποντες ἐσταύρωσαν. Ὁ τυφλὸς προσκυνεῖ, καὶ ὁ βλέπων σταυροῖ· διὰ τοῦτο λέγει· *Εἰς κρῖμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται.* Μήτι ἔχεις ὀφθαλμούς; Θέλεις οὖν κατασκευάσω σοι ὀφθαλμοὺς διὰ τοῦ λόγου, ὀφθαλμοὺς συνέσεως, ὀφθαλμοὺς ἀόρατα βλέποντας; Τοιοῦτοι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν πίστει ὁρώντων ἡμῶν· οὐ τὰ βλεπόμενα ὁρῶσιν, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Κἂν μὲν θελήσῃς παρακολουθῆσαι, παρακολούθει· ἐὰν δὲ μὴ θελήσῃς, ἐγὼ τὸ ἐμὸν ποιῶ, παιδεύω. Ποικίλος γὰρ ὁ λόγος, ἐναντίους μεταβάλλων, τοὺς οἰκείους διορθῶν. καὶ πολυπρόσωπος καὶ πάντοθεν ἀπηρτισμένος. *Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα.* Ὦ στόμα! ὦ λαμπηδών! ἐγὼ γὰρ βλέπω τὸν θησαυρὸν, πρὶν ἢ αὐτὸν ἀνακαλύψω· βλέπω τὸ σκεῦος ὅλον τοῦ Δημιουργοῦ. Ὦ ὀφθαλμοὶ, οἷα βλέπουσι! Πρός με σύντεινον σαυτὸν, διανάστηθι. Κτίσις, ἐν τῇ Γραφῇ καλεῖται οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Λέγεται μὲν συντόμως, δεῖ δὲ αὐτὸ ῥηθῆναι καὶ σαφέστερον. Λέγεται κτίζειν ὁ Θεὸς, οὐχ ὅταν τὸ μὴ ὂν ἐργάσηται μόνον, ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ ὂν ἐνδιαστραμμένον [227] ἢ ῥυπωθὲν διορθώσῃ καὶ καθάρῃ. Οἷόν τι λέγω· Ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τοῦτό ἐστι τὸ μὴ ὂν ἐργάσασθαι· καὶ ὅταν ὢν πονηρὸν ἄνθρωπον καλὸν ἐργάσηται, ὧδε πραγμάτων ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή· ἐκεῖ τοῦ μὴ ὄντος παραγωγὴ, ὧδε τοῦ ὄντος, ἀπολλυμένου δὲ ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι κτίσις λέγεται οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλ' ὅταν τι ῥυπωθὲν καὶ διαστραφὲν διορθώσῃ καὶ καθάρῃ, ἄκουσον τοῦ Δαυῒδ λέγοντος. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ κτισθεῖσα, ἦν δὲ ῥυπωθεῖσα ὑπὸ τῆς μοιχείας καὶ τοῦ φόνου· παρακαλεῖ οὖν τὸν Θεὸν καὶ λέγει· *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός.* Πρὸ οὖν τούτου ἀκάθαρτος ἦν; πῶς οὖν τὸν Γολιὰθ κατήνεγκε; πῶς δὲ τῷ Θεῷ εὐηρέστει; Οὐ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας. Ἰδοὺ τοίνυν ἡ κτίσις; λέγεται, οὐχὶ ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς οὔσης, διεφθαρμένης δὲ, εἰς τὸ βέλτιον μεταβολή. Ὅταν ἴδῃς τινὰ ἀκόλαστον σώφρονα γενόμενον, εἰπὲ, Ἔκτισθη αὐτῷ ἡ διάνοια· ὅταν ἴδῃς πόρνην σωφρονοῦσαν, εἰπὲ, Ἐκτίσθη αὐτῆς ἡ διάνοια· ὅταν ἴδῃς ἅρπαγα ἐλεήμονα γενόμενον, εἰπὲ, Ἐκτίσθη αὐτοῦ ἡ καρδία· ὁ γὰρ λύκος ἐγένετο πρόβατον, ὁ ἱέραξ ἐγένετο περιστερά. Διὰ τοῦτο κτίσις. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ λουτρὸν κτίσμα λέγεται τὸ τῆς παλιγγενεσίας. *Ἀποδυόμενοι* γὰρ, φησὶ, *τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον, κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ἐνδυόμενοι δὲ τὸν νέον ἄνθρωπον, τὸν γενόμενον κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος αὐτόν.* Ὥστε κτίσις αὐτοῦ ἐστι τὸ ποίημα· *κτισθέντες γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς*· πρῶτα μὲν ἔργοις φθαρτοῖς. Τότε ἔλαβεν ὁ Πατὴρ πηλὸν, καὶ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· λαμβάνει ὁ Υἱὸς ὕδωρ, καὶ ποιεῖ αὐτὸ οἶνον. Κἀκεῖ ἔχει στοιχεῖον, καὶ ὧδε στοιχεῖον· ἐναλλαγὴ στοιχείου, καὶ βελτίων ἡ δημιουργία. *Ὥστε, εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἔστι καινὴ κτίσις; τί γάρ μοι ὄφελος ἐὰν γένηται οὐρανός; Πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας· Οὐκ ἐγένετο οὐρανὸς καινὸς, οὐδὲ ἥλιος καινὸς, οὐδὲ γῆ. Τί γάρ μοι ὄφελος, εἰ οὐρανὸς ἐγένετο καινὸς, ἐγὼ δὲ ἐμελλον ἐν ἁμαρτίαις εἶναι; τί με ὠφελεῖ ἢ βλάπτει με ὁ οὐρανὸς μένων, ὅταν ἐγὼ μὴ μένω ὁ αὐτός; Ὁ οὐρανὸς οἶκός ἐστιν, ἐγὼ δὲ νοσηρός εἰμι. Ἐὰν οὖν ἴδῃς ἰατρὸν εἰσελθόντα εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τοῦ μὲν νοσηροῦ μηδεμίαν πρόνοιαν ποιούμενον, λευκαίνοντα δὲ τοὺς τοίχους, χρυσοῦντα τὸν δρόφον, οὐ λέγεις, Ἄνθρωπε, ἀνάστησον τὸν νοσοῦντα; τί τὴν οἰκίαν καλλωπίζεις; Καὶ ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, εἰς ὃν κατακειμένην ηὗρε τὴν φύσιν μου νοσοῦσαν. Πρόσεχε πάλιν ᾧ λέγω· Εἰσέρχεται ἰατρὸς εἰς οἶκον μέγαν, εὑρίσκει νοσοῦντα ἄνθρωπον, πυρέττοντα, ἕλκη ἔχοντα· ἀφίησι τὸν νοσοῦντα καὶ ἐγείρεται; λευκαίνει τοὺς τοίχους; χρυσοῖ τὸν δρόφον; τὸ ἔδαφος καλλωπίζει; Οὐχί· ἀλλὰ τοῦ μὲν οἴκου οὐδένα ποιεῖται λόγον, ὅλῃ δὲ σπουδῇ κεχρῆται πρὸς τὸν νοσοῦντα. Ἐὰν ὁ οἰκοδεσπότης ὑγιαίνῃ, καὶ τὰ ἄλλα ἔπεται. Οὕτω καὶ [228] ἐνταῦθα. Εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ Χριστὸς· σάρκα ἀνέλαβε, πανταχοῦ δὲ πυρέττοντα εὗρε· διὸ καὶ τὴν οἰκονομίαν καλεῖ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ Γραφή. Εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον τὸν μέγαν, ὃν αὐτὸς κατεσκεύασεν· ἦρε νοσοῦσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, νοσοῦσαν, οὐκ ἐπὶ κλίνης κειμένην, ἀλλ' ἐπὶ κακίας ἐῤῥιμμένην, τὸ κοινὸν μέλος διεφθαρμένον, βωμοὺς ἀναπτομένους, κνίσσαν τὸν ἀέρα μολύνουσαν, τέκνα σφαττόμενα παρὰ γονέων, τὴν φύσιν πατουμένην, τοὺς νόμους τῆς οὐσίας σαλευομένους, τὴν συμπάθειαν ἀτιμαζομένην· *Ἔθυσαν υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας τοῖς δαιμονίοις*· ἐκβακχευομένους τοὺς ἀνθρώπους ἀκολάστως, τὸν μὲν πόρνον, τὸν δὲ μοιχὸν, τὸν δὲ ἀνδροφόνον, τὴν γῆν ἅπασαν ἀπολλυμένην, τῶν ἀνθρώπων κειμένων ἐν τῇ κλίνῃ τῆς πονηρίας, τὸν διάβολον παραμένοντα, ἀνάπτοντα τὴν κάμινον, ἐμπιπλῶντα τὰ ἕλκη, τοὺς ἰατροὺς ἀτονοῦντας, τοὺς προφήτας λέγω, κατηγοροῦντας, οὐ διορθωμένους, τοὺς ἰατροὺς παρακαθημένους, φάρμακα κατασκευάζοντας, οὐκ ὠφελοῦντας δὲ, κατηγοροῦντας δὲ ἅπαντας. *Οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν.* Ὁ ἰατρὸς ταῦτα; Ποία οὖν ἐλπὶς, ὅτε ἰατρὸς κατηγορεῖ τοῦ κάμνοντος; Ὁ μὲν ἔλεγεν· *Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγένοντο, ἕκαστος εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν.* Ἄλλος ἐκάθισεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὡς ἡ κορώνη· *Οἴμοι, ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχει*· ἄλλος· *Ἀρὰ καὶ ψεῦδος καὶ κλοπὴ καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς· ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐκθλίβουσιν ἐκθλιβῇ.* ἄλλος· *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλῶν.* Ἐξέρχεται ὁ ἰατρὸς κλαίων· ποίαν δὲ ἐλπίδα ἔχει ὁ νοσῶν, ὅταν ἴδῃ τὸν ἰατρὸν κλαίοντα; ποίαν ἐλπίδα ἔχεις, ὅταν ἴδῃς τὸν ἀπεγνωκότα; τί ἔχεις χρηστὸν προσδοκῆσαι περὶ τοῦ νοσοῦντος; Καίτοι ἰατροὶ πολλάκις, καὶ εἰδότες τὴν τελευταίαν, ὥστε μὴ λυπῆσαι τοὺς προσήκοντας, τῇ φιλοσοφίᾳ νικῶσι τὸ πάθος, καὶ φαιδρὸν ἐπιδείκνυνται τὸ πρόσωπον τῆς ἑαυτῶν ὑπολήψεως, ἵνα μὴ καταβάλωσι τὰ φρονήματα τῶν νοσούντων. Ὅταν γὰρ ὁ νοσῶν ἴδῃ διαστρέφοντα τὴν ὄψιν τὸν ἰατρὸν, τί ἔχει χρηστὸν ἐλπίσαι; Ὥδε δὲ οὕτως ἐνίκησε τὸ νόσημα, ὡς αὐτὸν τὸν ἰατρὸν κλαίειν· τί ἔχω ποιῆσαι; ἕλκη, σηπεδὼν, σκώληκες, μυρία κακά. *Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλόν!* Ὁ δὲ ἄλλος καὶ θρήνους ὁλοκλήρους ἔγραψεν, ὁ Ἱερεμίας· ὁ μὲν πενθεῖ, ὁ δὲ θρηνεῖ, ὁ δὲ παρακαλεῖ· ὁ Θεὸς ἄνωθεν· *Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου.* Ποία ἐλπὶς λοιπὸν, ὅταν ὁ Θεὸς λέγῃ, Ἐγκαταλέλοιπα τὰ σύμπαντα, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν μου; Ὁ Ἠλίας κάτωθεν· *Κύριε, τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, καὶ τοὺς προφήτας σου ἀπέκτεινας, κἀγὼ ὑπελείφθην μονώτατος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.* Εἰ δὲ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ταῦτα, ὅπου νόμος, ὅπου ναὸς, ὅπου κιβωτὸς, ὅπου θυσία Ἰουδαϊκὴ· τί ἦν ὅπου εἰδωλα, ὅπου κνίσσα καὶ καπνὸς, παράνομοι τελεταὶ, ἀσέβειαι· ὅπου τὰ πάθη ἐθεοποιεῖτο, ὅπου κυνῶν φωνὴν ἐμιμοῦντο, οἵτινες ἐπὶ τοῦ [229] Διονύσου ὠργιάζοντο δέρμα αἰγῶν καὶ κυνῶν φωνὴν, ἵνα πάντοθεν τὴν εὐγένειαν ἀπολέσωσι; Κύνας, χοίρους ἐποίησεν ὁ διάβολος, ἔχεις ἐποίησεν, ὄφεις εἰργάσατο, ἀσπίδας κατεσκεύασε λευκούς. Ὁ νόμος ἀτονεῖ, οἱ προφῆται κατηγοροῦσι. Τί οὖν, ἄθλιε; εἰσελθὼν καὶ εὑρὼν τὴν οἰκουμένην οὕτω κακουμένην, ἔμελλε τὸν οὐρανὸν καλλωπίζειν, καὶ ἀφιέναι τὸν νοσηρόν; Ἀλλ' οὐκ ἐποίησε τοῦτο, ἀλλ' ἔδραμεν ἐπὶ τὸν νοσοῦντα, δι' ὃν καὶ οὐρανὸς, δι' ὃν καὶ γῆ καὶ θάλαττα καὶ ἀὴρ καὶ τὰ ἄλλα πάντα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ οὐρανοῦ σχῆμα ἀνέλαβεν· οὐ γὰρ οὐρανὸν ἔμελλε θεραπεύειν, ἀλλ' ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο τοῦ νοσοῦντος τὸ συγγενὲς ἀνεκτήσατο, καὶ ἔρχεται· ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ νοσῶν, οὐ νοσῶν αὐτός· *Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*· ἀλλ' ἦλθε συγγενὴς ἔχων τὴν ἐκείνου φύσεως σκεῦος. Οὐκ ἦλθε γυμνῇ τῇ θεότητι, ἵνα μὴ φύγῃ ὁ νοσῶν, ἵνα μὴ σοβήσῃ τὴν θήραν· ἀλλ' ὥσπερ ἰατρὸς πολλάκις εὐγενὴς ὢν καὶ ἐπιφανὴς, προγόνων ἔχων περιφάνειαν, καὶ σηρικὰ περιβεβλημένος ἱμάτια, ἐπειδὰν εἰσέλθῃ πρὸς πτωχὸν νοσοῦντα δεόμενον χειρουργηθῆναι, ἢ ἄλλο τι, ἀποδύεται τὰ ἱμάτια καὶ ἀφίησι τὴν περιφάνειαν καὶ λαμβάνει λέντιον, καὶ διαζώννυσιν ἑαυτὸν, μέλλων καίειν, μέλλων τέμνειν, καὶ οὐ ζητεῖ τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν, ἀλλὰ τὴν κηδεμονίαν τοῦ κάμνοντος· οὕτω καὶ ὁ Δεσπότης τῶν ἀγγέλων ἐποίησεν, οὗ ἡ δόξα ἀνερμήνευτος· κατέβη ὡς ἄνθρωπος, διέζωσεν ἑαυτὸν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτὸν, τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν. ἐγένετο πτωχὸς ὁ πλούσιος, οὐκ ἀπολέσας τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ κρύψας τὸν πλοῦτον· *Γινώσκετε γὰρ*, φησὶ, *τὴν χάριν τοῦ Κυρίου, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν.* Εἶδες πτωχείαν πλούτου μητέρα; εἶδες πενίαν περιουσίας ὑπόθεσιν; ὁ πλούσιος ἐγένετο πτωχὸς, ἵνα ἐγὼ ὁ πτωχὸς γενῶ πλούσιος. Ὡς ἰατρὸς περιεζώσατο λέντιον. Ποῦ κατέβη; Λέντιον περιεζώσατο· οὐκ ἤρκησεν αὐτῷ τῆς φύσεως ἡ περιβολὴ, ἀλλὰ καὶ σχῆμα δούλου ἀνέλαβεν, οὐ φύσιν δούλου μόνον. Ἦλθε τοίνυν, νοσοῦσαν ἦρε τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ἐγένετο τοῦτο ὅπερ εἰμὶ ἐγὼ, ἁμαρτίας μέντοι χωρίς· ἦλθεν εἰς τὴν καλύβην εἰς ἣν κατεκείμην· εἶδε σκώληκας, εἶδε σηπεδόνας, εἶδε δυσωδίαν πολλὴν, τὸν νόμον οὐ βοηθοῦντα, τοὺς προφήτας κατηγοροῦντας, τὴν ἁμαρτίαν ἐπικειμένην, τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κάμνοντος ἄτακτον, οὐκ ἐγκρατεύεσθαι βουλόμενον, οὐδὲ ἀνεχόμενον τῶν ἰατρῶν. *Οὐ φονεύσεις*, οὗτος ἐφόνευσεν. *Οὐ μοιχεύσεις.* *Ἕκαστος πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον ἐχρεμέτιζεν· Οὐ κλέψεις.* Ἀρὰ καὶ ψεῦδος καὶ μοιχεία καὶ κλοπὴ κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς. Ἄλλα ἔλεγεν ὁ ἰατρὸς, καὶ ἄλλα ἐποίει ὁ νοσηρός. Τί γένηται; ὁ ἰατρὸς ἐπέταττεν, ὁ νοσηρὸς οὐχ ὑπήκουσε· τὸ νόσημα ηὐξάνετο, ὁ ἀνδραποδιστὴς διάβολος παρέμενε καθάπερ δοῦλος δραπέτης. Τί θέλεις; ψυχροποσίαν δίδωμι· τί θέλεις; κρέα δίδωμι, τὰ διαφθείροντά σου τὸν στόμαχον δίδωμι, τὰ ἐναντία τῷ ἰατρῷ. Ὁ ἰατρὸς ἐπέστατε, καὶ ἐξήρχετο· ὁ δραπέτης εἰσήρχετο κρύφα καὶ πάντα παρεῖχε. Πορνείαν [230] θέλεις; ψεῦδος; θέλεις; Ἐκεῖνος ἔλεγε· ταῦτα βούλομαι, οὐκ ἐκεῖνα ἃ λέγει ὁ ἰατρός· ταῦτα βούλομαι ἃ σὺ λέγεις. Τὰ σώματα ἄθλια ἀπώλλυτο. Θεὸς κατηγορεῖ, προφῆται κατηγοροῦσιν, ἐκεῖνος ὁ δήμιος παρέμενε, καὶ ἡ ἐπιθυμία τοῦ κάμνοντος πρὸς τὸν βλάπτοντα, οὐ πρὸς τὸν ὠφελοῦντα. Ἀπώλλυτο τὸ γένος, διέφθαρτο πάντα. Ἦλθεν ὁ ἰατρὸς ὁ εὔπορος ἐν ἀπόροις, ὁδὸν εὑρὼν ῥᾳδίαν καὶ εὔκολον καὶ σωτήριον. Ἐὰν εἴπω, φησὶ, Τὸ καὶ τὸ ποιήσατε, οὐ ποιοῦσι. Πῶς; τὰ τοῦ νόμου οὐκ ἐδέξαντο, καὶ τὰ τῆς χάριτος ἔχουσι δέξασθαι; τὰ κάτω οὐκ ἐδέξαντο καὶ τὰ ἄνω ἔχουσι δέξασθαι; Ἐὰν εἴπω νηστείαν, ἐὰν εἴπω σάκκου περιβολὴν, ἐὰν εἴπω ἀκτημοσύνην, ἐὰν εἴπω παρθενείαν· γάμον οὐκ οἶδασι σεμνὸν, καὶ περὶ παρθενείας ἔχω εἰπεῖν; τὰ ἀλλότρια ἁρπάζουσι, καὶ περὶ ἀκτημοσύνης αὐτοῖς ἔχω εἰπεῖν; πορνεύουσι, μοιχεύουσι, καὶ σάκκου περιβολὴν ἔχω εἰπεῖν; Τί οὖν; γίνομαι ἄνθρωπος τέως ἐν τῇ σαρκὶ τῇ ἐμῇ, καὶ τῷ ἀπερῥιμμένῳ διαλέγομαι· καταργῶ τὴν ἁμαρτίαν τέως, ἀπὸ τοῦ γένους δείκνυμι ὑγιαίνοντα ἄνθρωπον· δείκνυμι τὴν αὐτὴν φύσιν, καὶ οὐ τὸ αὐτὸ πτῶμα· δείκνυμι ἄνθρωπον *ἁμαρτίαν οὐ ποιήσαντα, οὐδὲ δόλον ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, ἵνα καὶ οὗτοι θεαταὶ ὄντες ἔχωσιν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες ἀποφύγωσι, καὶ ἴδωσιν ἄνθρωπον μὴ ἔχοντα ἁμαρτίαν. Αἰσχύνου, διάβολε. Τοῦτο σάρξ ἐστι, τοῦτο σῶμά ἐστιν, ὃ ἔχει ὁ Δεσπότης μου. Διὰ τοῦτο περιήρχετο ἀεὶ λέγων, εἰ Υἱὸς ἦ τοῦ Θεοῦ οὗτος ὁ ἄνθρωπος, πῶς οὐχ ἁμαρτάνει; πάντες οἱ ἄλλοι ὑπὸ ἁμαρτίαν εἰσίν. Οὐ γὰρ ἐστι φύσεως ἁμαρτία, ἀλλὰ προαιρέσεως. Ἰδοὺ δίδωμι ἄνθρωπον ὑγιαίνοντα, σκεῦος ἐκκεκαθαρμένον καὶ ἀκηλίδωτον. Καὶ στὰς ἐν μέσῳ δήμου ἔλεγε· *Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας*; καὶ οὐδεὶς ἦρεν εἰπεῖν τι. Τί οὖν νῦν; εἰσέρχεται πρὸς τοὺς νοσοῦντας τέως, λόγοις αὐτοὺς παρακαλῶν, ὥσπερ ἰατρὸς διὰ τῶν φαρμάκων· οὐδὲν ἔχεις πονηρὸν, ἐὰν σωφρονῇς· χαλεπὸν τὸ νόσημα, ἀλλὰ δύναται λυθῆναι. Παρακαλεῖ αὐτοὺς, *Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· πεφορτισμένοι ἦσαν οἱ νοσηροί· φορτία γάρ ἐστι νόσος, ἀταξία, πορνεία κλοπὴ, ψεῦδος, ψευδομαρτυρία· οὐ γὰρ οὕτω φορτίον βαρὺ, ὡς συνειδὸς πονηρόν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ νοσῶν φοβεῖται τὸν ἰατρὸν, μάλιστα ὅταν χαλεπὸν ᾖ τὸ νόσημα, μὴ που σιδήριον ὀξύνῃ, μὴ που πῦρ καίῃ, καὶ πολλοὶ τῶν νοσούντων εἵλαντο ἐναποθανεῖν τοῖς νοσήμασιν, ἢ ὑπομεῖναι τὴν ὀδύνην τὴν ἀπὸ τῆς ἰατρείας, καὶ καρπώσασθαι τὴν ὑγείαν τὴν ἀπὸ τῆς ὀδύνης, ἵνα μηδεὶς φοβηθῇ τοῦτο ὅτι· οὗτος ἦλθε, φησίν· Ἀπαιτεῖ ἡμᾶς εὐθύνας τῶν ἁμαρτημάτων· ἀπαιτεῖ ἡμᾶς τῶν πλημμελημάτων· κολάσαι ἡμᾶς; ἔχει, καὶ τότε ἡμᾶς διορθοῦται· ἵνα μηδεὶς τοῦτο ἐννοήσας φύγῃ· *Δεῦτε*, φησὶ, *πρός με. Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tende diligenter. Non factum est cœlum novum, nec sol novus, nec terra. Quid enim mihi emolumenti, si cœlum factum fuisset novum, ego vero in peccatis permansurus essem? quid me juvat aut lædit cœlum idem manens, cum ego non idem permaneam? Cœlum est domus, ego vero sum morbidus. Si ergo videris medicum ingredientem in domum, et nullam quidem infirmi curam habentem, sed parietes dealbantem, lacunar auro ornantem, annon diceres : O homo, cura ægrotum? Cur domum ornas? Christus quoque in hunc mundum venit, in quo ægram reperit naturam meam. Rursus attende dicto meo. Intrat medicus in magnam domum, invenit hominem ægrotum febricitantem, ulcera habentem : an relinquit ægrotum, an surgit, dealbat parietes, inaurat lacunar, ornat pavimentum? Nequaquam : nihil curat domum, totamque industriam ad ægrotum convertit. Si sanus sit paterfamilias, cætera sequuntur. Ita quoque Christus in hunc mundum venit, carnem assumpsit, ubique vero semper adest : ingressum autem ejus œconomiam vocat Scriptura. Ingressus est in hunc magnum mundum, quem ipse adornaverat : ægrotantem invenit naturam humanam : ægrotam non in lecto jacentem, sed in nequitia prostratam, communem harmoniam pessumdatam, aras accensas, nidorem sacrificiorum aera fœdantem, liberos a parentibus mactatos, naturam conculcatam, leges naturæ concussas, commiserationem contemptam : *Immolaverunt filios suos et filias suas dæmoniis* (*Psal.* CV, 37) : homines impune debacchantes; hunc quidem cinædum, hunc vero mœchum, hunc homicidam, terram totam pereuntem, hominibus in nequitiæ lecto jacentibus, diabolum adstantem, caminum accendentem, ulcera implentem, medicos deficientes; prophetas, inquam, accusantes, non corrigentes; medicos assidentes, pharmaca præparantes, nec adjuvantes, sed omnium accusatores. *Non est justus quisquam, non est requirens Deum* (*Psal.* XIII, 2, coll. *Ezech.* XXXIV, 6). Hæccine medicus? Quænam igitur spes est, cum medicus ægrum accusat? Quidam vero dicebat : *Equi amatores facti sunt* (*Jer.* V, 8) : *unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat* (*Jer.* III, 2, *in Græc.*). Alter sedit in deserto sicut cornix; alter : *Væ mihi, quia perit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est* (*Mich.* VII, 2)! alter : *Maledictum et mendacium et furtum et adulterium inundaverunt in terra : vir fratrem suum ad mortem venatur* (*Osee* IV, 2). Alter : *Væ genti peccatrici* (*Isai.* I, 4)! Egreditur medicus lacrymans : quam spem habet ægrotus, cum medicum conspiciat lacrymantem? qualem habes spem, cum illum videas desperantem? quid boni de ægroto sperare potes? Quanquam medici sæpe, etiamsi sciant extremam horam, ne tamen propinquos dolore afficiant, mentis affectum philosophia vincunt, hilaremque vultum cum suspicione sua præ se ferunt, ne ægrotorum sensum deprimant. Cum enim ægrotus medicum videt vultum mutantem, quid boni sperare potest? Hic autem adeo prævaluit morbus, ut ipse medicus plorans diceret : Quid facere possum? ulcera, putredo, vermes, infinita mala : *Væ genti peccatrici!* Alius vero, Jeremias scilicet, integras lamentationes rescripsit; alius luget, alius lamentatur, alius autem hortatur; Deus superne, *Reliqui*, inquit, *domum meam* (*Jer.* XII, 7). Quæ deinceps spes est, quando Deus dicit, Reliqui omnia, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum meorum? Elias vero inferne (clamat) : *Domine, altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, et ego derelictus sum solus, et quærunt animam meam* (III *Reg.* XIX, 10). Si vero in Judæa hæc facta sunt, ubi lex, ubi templum, ubi arca, ubi sacrificium judaicum; quid videre erat ubi nidor et fumus, iniqua ministeria, impietates; ubi vitia pro diis habebantur, ubi canum vocem imitabantur, qui Bacchi festa celebrabant, pellem caprarum et canum voces, ut nobilitatem prorsus amitterent? Canes, porcos, deos fecit diabolus, viperas fecit et serpentes, aspides albas constituit. Lex imbecilla est, prophetæ incusant. Quid itaque, o miser? Christus intrans, et hunc mundum comperiens adeo male habitum, ornaturus erat cœlum, et ægrum missum facturus? At hoc non fecit; sed ad ægrum accurrit, propter quem et cœlum, propter quem et terra et mare, et aer et reliqua omnia. Idcirco neque cœlum sanaturus erat, sed hominem. Propterea id quod ægro cognatum erat assumpsit, et venit tanquam si ipse æger ille fuisset, licet non æger esset : nam *Peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (I *Petr.* II, 2; *Isai.* LIII, 9) : sed venit vas habens naturæ illius ægri cognatum. Non venit cum nuda divinitate, ne fugeret ægrotus, ne abigeret prædam : verum sicut medicus sæpe genere nobilis et conspicuus, claris progenitoribus ortus, et sericis amictus vestibus, cum pauperem adit ægrotantem, qui vel operatione, vel alio remedio opus habet, vestes exuit et claritatem deponit, et linteo accepto se circumcingit, ustione vel sectione usurus, nec dignitati suæ, sed morbo laborantis curationi consulit : ita quoque fecit Dominus angelorum, cujus gloria ineffabilis : descendit ut homo; linteo, natura nempe nostra, se circumcinxit : qui dives erat, factus est pauper, non amissis divitiis, sed occultatis : *Scitis enim*, ait, *gratiam Domini, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus* (II *Cor.* VIII, 9). Vidisti paupertatem divitiarum matrem? vidisti indigentiam abundantiæ occasionem? dives factus est pauper, ut ego pauper dives fiam. Ut medicus linteo se circumcinxit. Quousque descendit? Non satis fuit illi naturam nostram induere, sed et servi formam assumpsit, nec servi naturam tantum. Venit igitur, reperit naturam nostram ægrotantem, factus est idipsum quod ego sum, peccato excepto; venit in tugurium, ubi ego decumbebam : vidit vermes, vidit putredines, vidit fœtorem multum, legem non opitulantem, prophetas accusantes, peccatum incumbens, ægroti cupidinem inordinatam, contineri nolentem, nec medicos admittentem : *Non occides*, ille occidit : *Non mœchaberis : Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat* (*Jer.* V, 8) : *Non furtum facies; Maledictum et mendacium, et adulterium, et furtum, inundaverunt* (*Osc.* IV, 2) in terram. Alia dicebat medicus, alia faciebat ægrotus. Quid faciendum? medicus præcepit, æger non obtemperavit : morbus auctus est, mango ille diabolus permansit sicut servus fugitivus. Quid vis? potum frigidum administro : quid vis? carnes do : quæ corrumpant stomachum tuum trado, contraria iis quæ medicus offert. Medicus præcepta dedit, et abiit; fugitivus clam ingressus est, et omnia dedit. Vis fornicationem? vis mendacium? Respondit ille : Hæc volo, non ea quæ dicit medicus : hæc volo, quæ tu narras. Misera corpora perierunt. Deus accusat, prophetæ increpant, ille carnifex mansit, et ægri desiderium ad nocentem, non ad opitulantem, vertitur. Periit totum genus, omnia corrupta erant. Venit medicus in rebus difficilibus expeditus, viam inveniens facilem, apertam et salutarem. Si dicam, inquit, Hoc vel hoc facite, non faciunt. Qua de causa? Quæ legis sunt non acceperunt, et quæ gratiæ sunt accipere possunt? inferiora non acceperunt, et superna accipere possunt? Si præcipiam jejunium, si sacci gestamen, si paupertatem; si præcipiam virginitatem, honorabile connubium nesciunt, et de virginitate loqui possum? aliena rapiunt, et de paupertate loquar illis? fornicantur, mœchantur, et sacci gestamen dicam? Quid igitur? homo fiam, quantum ad carnem meam, et abjectum istum alloquar : peccatum purgabo, et a genere hominem sanum esse demonstrabo; ostendam naturæ eamdem et non eumdem lapsum; hominem *Qui peccatum non fecit, nec est dolus in ore ejus*; ut illi qui spectatores sunt spem habeant salutis, et qui insidiantur aufugiant, et hominem videant peccatum non habentem. Erubesce, diabole : hoc caro est, hoc corpus est, quod Dominus meus habet. Ideo circumibat semper dicens : Si Filius Dei est hic homo, quomodo non peccat? omnes alii sub peccato sunt.

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Neque enim peccatum est naturæ, sed electionis. En hominem exhibeo sanum, vas purgatum, et sine labe. Et stans in medio populi dicebat : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* et nemo quidquam quod dicere posset invenit. Quid ergo hunc? intrat ad ægrotos, hortans illos verbis, ut medicus pharmacis : Nihil habes mali, si sapias : gravis est morbus, sed sanari potest. Hortatur illos : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (*Matth.* XI, 28). Onerati erant ægroti : onera enim sunt morbus, inordinati mores, scortatio, furtum, mendacium, falsum testimonium : nullum quippe onus tam grave est, quam mala conscientia. Sed quia æger medicum timet, maxime cum morbus est gravis, ne ferrum acuat, ne ignem accendat; et ægri multi in morbis mori maluerunt, quam medicamentorum vim perpeti, et sanitatem a dolore percipere : ne quis, quoniam ille venit, hoc metuat et dicat : Poscit a nobis peccatorum rationem, exigit a nobis delictorum pœnam, punire nos vult, et tunc nos emendat : ne quis hoc secum reputans aufugiat, *Venite*, inquit, *ad me. Non veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum* (*Joan.* XII, 47). Nihil grave est : non habeo ferrum, non habeo ignem comburentem, non uro, non seco : sine dolore est medicina, sine labore curatio. Si non creditis, videte meretricem, videte latronem, videte magos, publicanum, Chananæam : indicium vobis dedi ab exordiis. Num ussi? num secui? nonne meretrix flevit solum, et facta est virginibus continentior? nonne magi adorarunt, et facti sunt evangelistæ? nonne Chananæa venit, et filiæ sanitatem accepit? *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis.* Hæc verba effero : Dominus sum, non indigeo, non sum servus legi subditus : accusat te lex, sed accusationem solvo, ipsum accusatorem compesco. Quomodo? Ipsum enim gratia compescuit : prophetæ accusant, sed majorem præbeo libertatem. Veniens igitur et reperiens naturam male se habentem, et hos quidem in scortatione, alios in adulterio, nidorem et fumum aera polluentem, cæteraque omnia; quid facit? Videns genus nostrum febre laborans, lavat primum, dicens, Lava, et liber esto a morbo : lavat regenerationis lavacro, et ungit : Et unguenti chrismate ungo te et lavo, et transmuto te. Tantane est lavacri vis? Tanta. Descende deorsum. Descendit deorsum, et vetus homo non manet. Non opus est ferro, non sectione et dolore : cum voluptate est utilitas, non laboriosa est medela. Et quid faciemus ut salvi simus? infinita mala patravimus, conscientiam habemus malam, periimus. Dicit ut baptizemur et salutem consequamur. Etenim apprehensos ungit, lavat, deinde nutrit solido alimento. Postquam enim ægrotus innoxius factus est, nutrit eum et corpore suo nutrit, et sanguinem suum in potum dat; suum, inquam, ipsius, qui est sine peccato. Cum enim tu per lavacrum factus sis sine peccato, quando tale corpus accipis, te ungit, lavat, nutrit. Hæc est nova creatura. Cum intrat cinædus, et fit justus, nonne est nova creatura? cum intrat rapax, et a peccatis liberatur, nonne est nova creatura? Vidisti in gratia creaturam? vide etiam in vitæ instituto creaturam. Quot meretrices deseruerunt theatra, vestes sericas missas fecerunt, cinere se insperserunt, saccos induerunt, et nunc in Christo vitam instituunt? annon est nova creatura? Cum ergo videris meretricem non amplius meretricem, sed virgine continentiorem, dic, Creatus est ipsi animus, mutatum est cor ejus, conversa est anima ejus a more pristino; non ultra in theatro comparet, non alios trahit in laqueum, sed et ipsa servatur; non amplius aliis offensioni est, sed saluti : vident enim cinædi, et fiunt casti. Viden' novam creaturam? Cum videris rapacem, Græcum, aras lingentem, contra Christianos insanientem, innumeros orphanos spoliantem, innumeras nudantem vidnas, Christianum factum, sua pauperibus largientem, et ad pervigilia venientem; dic, Creatus est ille. Itaque, *Si qua in Christo, nova creatura.* Vide ubique terrarum novam creaturam. Cum videris monachos montium juga occupantes, crucifixos, conculcantes naturæ necessitates, immunitate a passionibus angelos imitantes : itaque, *Si qua in Christo, nova creatura.* Abi in Persidem, si non corpore, saltem mente; matres in uxores ducebant, nunc autem virginitatem colunt : itaque, *Si qua in Christo, nova creatura.* Creaturam conspice usque ad reges, qui diademate ornantur. Antehac reges omnia impietate replebant; jam vero reges in ecclesiam se conferunt : tunc reges omnibus erant terribiles; nunc autem Ecclesia ipsis terribilis est. Quis ausit regi dicere, Depone diadema tuum? Ecclesia vero id dicit, et ille obtemperat, venitque nudo capite, nemine jubente, sed hortante ratione : nudo capite nec ornato : diadema projicit, et crucem accipit. Intrant ad mensam similiter pauper et rex; non aliter pauper et aliter rex : neque rex dicit, Mihi amplius dato, pauperi vero parcius; sed cum eadem humilitate, cum eadem pietate, ut pauper sic et ego : itaque, *Si qua in Christo, nova creatura.* Pro his autem omnibus Deo gratias agamus, quoniam illi gloria in secula. Amen.

IX. EJUSDEM IN ILLUD : HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS, IN QUO MIHI COMPLACUI (*Matth.* XVII, 5).

Hic prolis amans pater ob suum erga nos affectum sermonis argumentum misit mihi, et laudem qua, me curante, vos illum celebrastis, hac præsenti remuneravit institutione, liberorum suorum lucrum suum esse putans. Ego vero lætus adhortationem accepi, ac cum fiducia rursus vos alloquor, pristinorumque verborum seriem libentissime persequi curabo. Ostendi enim vobis, in præcedenti dominica, Christum cum servis suis ad baptismum venientem : deinde Baptistam qui accedentem Dominum agnovit, baptisma administrare renuentem, ac demum, propter Salvatoris mandatum, mysterium œconomiæ complentem : scripto postea repræsentavi Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi de cœlo clamantem : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et ad hoc usque testimonium progressus, descendi e suggestu, tempore cursum orationis interpellante. Hodie igitur resumere volo quæ tunc omittere coactus fui propter temporis angustiam, et adjungere sermonis solutionem, ut per eam ascendatis ad auctorem ejus, nempe Filium. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hic est, qui mecum misit super se Spiritum sanctum, iterumque quem receperat Spiritum misit : hic est, qui ante omnia secula ex me genitus est, non creatus; Deus genitus ex me solo unigenitus, ut solus ego novi, et ut ille scit solus : hic est perfectionis meæ character et deitatis meæ character : hic est qui substantiæ meæ clare fert imaginem. Filius est mens ex mea essentia incorporee, incorruptibiliter, sine ulla temporis ratione elucens, non ex altera substantia se prodens. Filius est meus natura, non gratia, coæternus, non junior vel secundus : Filius est meus coessentialis mihi, ut lumen ex lumine, ut vita ex vita, ut veritas ex veritate, ut potentia ex potentia, ut Deus ex Deo. Ego genui, ille genitus est : inter me vero et illum nihil est medium : ego genui ut me decet gignere natura Deum : ille genitus est sicut decet illum gigni, qui Deus Verbum est. Humanum generationis nomen, sed mystica est tempore superior generatio. Tempus non novit generationis meæ mysterium : hoc nesciunt (postea enim facti sunt) cherubim et sera-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. Οὐδὲν βαρύ· οὐκ ἔχω σιδήριον, οὐκ ἔχω πῦρ καῖον, οὐ καίω, οὐ τέμνω· ἀνώδυνος ἡ ἰατρεία, χωρὶς πόνου ἡ θεραπεία. Εἰ οὐ πιστεύετε, βλέπετε τὴν πόρνην, βλέπετε τὸν λῃστήν, βλέπετε τοὺς Μάγους, τὸν τελώνην, τὴν Χαναναίαν· [231] ὑπόδειγμα ὑμῖν ἔδωκα ἐκ προοιμίων· μὴ ἔκαυσα; μὴ ἔτεμον; οὐκ ἐδάκρυσε μόνον ἡ πόρνη, καὶ παρθένων ἐγένετο σεμνοτέρα; οὐ προσεκύνησαν οἱ Μάγοι, καὶ εὐαγγελισταὶ ἐγένοντο; οὐκ ἦλθεν ἡ Χαναναία, καὶ τὴν ἰατρείαν ἔλαβε τοῦ θυγατρίου; *Οὐκ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω. Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι.* Ταῦτα λέγω τὰ ῥήματα· Δεσπότης εἰμί, οὐ χρείαν ἔχω, οὐκ εἰμὶ δοῦλος ὑποκείμενος νόμῳ· κατηγορεῖ σου ὁ νόμος, ἀλλὰ λύω τὴν κατηγορίαν· αὐτὸν τὸν κατήγορον παύω. Πῶς; Ἔπαυσε γὰρ αὐτὸν ἡ χάρις· κατηγοροῦσιν οἱ προφῆται, ἀλλὰ μείζονα δίδωμι τὴν ἐλευθερίαν. Ἐλθὼν τοίνυν καὶ εὑρὼν τὴν φύσιν κακῶς ἔχουσαν, καὶ τοὺς μὲν ἐν πορνείᾳ, τοὺς δὲ ἐν μοιχείᾳ, κνίσσαν καὶ καπνὸν τὸν ἀέρα μολύνοντα, τὰ ἄλλα πάντα, τί ποιεῖ; Ὁρῶν πυρέττον τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, λούει· πρῶτον λέγει, Λοῦσαι, καὶ ἀπαλλάσσου τοῦ νοσήματος· λούει λουτρῷ παλιγγενεσίας καὶ ἀλείφει· καὶ τῷ χρίσματι τοῦ μύρου ἀλείφω σε, καὶ λούω καὶ μεταβάλλω σε. Καὶ τοσαύτη ἡ ἰσχὺς τοῦ λουτροῦ; Τοσαύτη. Κατάβηθι κάτω. Καταβαίνει κάτω, καὶ οὐ μένει ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος. Μὴ σιδήρου χρεία· μὴ τομῆς καὶ ὀδύνης· ἐν ἡδονῇ ἡ ὠφέλεια· μὴ ἐπίπονος ἡ ἰατρεία; Καὶ τί ποιήσομεν ἵνα σωθῶμεν; μυρία εἰργασάμεθα κακὰ, πονηρὸν ἔχομεν συνείδος, ἀπωλόμεθα. Λέγει βαπτίζεσθαι καὶ σώζεσθαι· καὶ γὰρ λαβὼν χρίει, λούει, εἶτα τρέφει στερεὰν τροφήν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀθῶος ὁ νοσηρὸς ἐγένετο, τρέφει αὐτὸν καὶ τρέφει τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, καὶ ποτίζει τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ· Ἐμοῦ, φησὶ, τοῦ ἀναμαρτήτου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγένου σὺ ἀναμάρτητος ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, λαβὼν σῶμα τοιοῦτον, χρίει, λούει, τρέφει. Τοῦτό ἐστι καινὴ κτίσις. Ὅταν εἰσέλθῃ πόρνος, καὶ γίνεται δίκαιος, οὐκ ἔστι καινὴ κτίσις; ὅταν εἰσέλθῃ ἅρπαξ, καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν ἁμαρτημάτων, οὐκ ἔστι καινὴ κτίσις; Εἶδες ἐν τῇ χάριτι τὴν κτίσιν; βλέπε καὶ ἐν τῇ πολιτείᾳ τὴν κτίσιν. Πόσαι πόρναι κατέλειπον τὰ θέατρα, ἀφῆκαν σηρικὰ ἱμάτια, κατεπάσαντο σποδὸν, περιεβάλλοντο σάκκους, καὶ νῦν πολιτεύονται ἐν Χριστῷ; οὐκ ἔστι καινὴ κτίσις; Ὅταν οὖν ἴδῃς τὴν πόρνην μηκέτι πόρνην, ἀλλὰ παρθένου σεμνοτέραν, εἰπέ· Ἐκτίσθη αὐτῆς ἡ γνώμη, μετεβλήθη αὐτῆς ἡ καρδία, μετέστη ἡ διάνοια ἀπὸ τοῦ τρόπου· οὐκ ἔτι αὐτὴ εἰς τὸ θέατρον, οὐκέτι ἄλλους βροχίζει, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σώζεται· οὐκέτι ἄλλοις γίνεται σκάνδαλος, ἀλλὰ σωτηρία· βλέπουσι γὰρ οἱ πόρνοι, καὶ σώφρονες γίνονται. Ὁρᾷς καινὴν τὴν κτίσιν; Ὅταν ἴδῃς τὸν ἅρπαγα, τὸν Ἕλληνα, τὸν βωμοὺς λείχοντα, τὸν μαινόμενον κατὰ Χριστιανῶν, μυρίους ἀποδύοντα ὀρφανοὺς, μυρίας γυμνοῦντα χήρας, Χριστιανὸν γενόμενον, καὶ τὰ ἑαυτοῦ διδόντα πένησι, καὶ εἰς παννυχίδας παραγινόμενον, εἰπὲ, Ἐκτίσθη ὁ αὐτός· ὥστε, *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Ὅρα πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης καινὴν τὴν κτίσιν. Ὅταν ἴδῃς μοναχοὺς ὄρη κατειληφότας, ἐσταυρωμένους, τὰς ἀνάγκας τῆς φύσεως καταπατοῦντας, ἀγγέλους μιμουμένους τῇ ἀπαθείᾳ· [232] ὥστε, *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Ἄπελθε εἰς Περσίδα, εἰ μὴ καὶ τῷ σώματι, ἀλλὰ τῷ νοΐ· μητέρας ἐγάμουν, νῦν δὲ παρθενίαν ἀσκοῦσιν. Ὥστε, *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Μέχρι βασιλέων βλέπε τὴν κτίσιν τῶν τὰ διαδήματα ἐχόντων. Πρὸ τούτου βασιλεῖς πάντα ἔπλησαν ἀσεβείας, νῦν δὲ βασιλεῖς εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῶσι· καίτοι πᾶσι φοβεροὶ οἱ βασιλεῖς· νῦν δὲ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῖς φοβερά. Τίς τολμᾷ εἰπεῖν βασιλεῖ, Θές σου τὸ διάδημα; ἡ δὲ Ἐκκλησία αὐτῷ λέγει, καὶ ὑπακούει, καὶ ἔρχεται γυμνῇ τῇ κεφαλῇ οὐδενὸς λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ λογισμοῦ παραινοῦντος· γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ ἀκαλλωπίστῳ· ῥίπτει διάδημα, καὶ λαμβάνει σταυρόν. Εἰσέρχεται εἰς τὴν τράπεζαν ὁ πτωχὸς καὶ ὁ βασιλεὺς ὁμοίως· οὐκ ἄλλως ὁ πτωχὸς, καὶ ἄλλως ὁ βασιλεύς· οὐδὲ λέγει ὁ βασιλεὺς, Ἐμοὶ πλέον δὸς, καὶ τῷ πτωχῷ ἔλαττον, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν αὐτὴν εὐλάβειαν ἔχων, ὡς ὁ πτωχὸς καὶ ἐγώ· ὥστε, *Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις.* Ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ε'. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ,* « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. »

Ὁ μὲν φιλόστοργος οὗτος πατὴρ, διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς στοργὴν, ἔπεμψέ μοι τοῦ λόγου τὸ σύνθεμα, καὶ τὴν γεγενημένην δι' ἐμὲ παρ' ὑμῶν εἰς αὐτὸν εὐφημίαν ἠμείψατο τῇ παρούσῃ δημιουργίᾳ, κέρδος οἰκεῖον ἡγούμενος τῶν ἑαυτοῦ τέκνων τὸ ὄφελος. Ἐγὼ δὲ χαίρων ἐδεξάμην τὴν προτροπὴν, καὶ θαῤῥῶν πάλιν ἐν ὑμῖν ἀφίημι τὴν φωνὴν, καὶ πρόθυμός εἰμι τῶν προτέρων λόγων ἀποδοῦναι τὴν σύνταξιν τὴν ἐξ ἐμοῦ βουλόμενος. Ὑπέδειξα γὰρ ὑμῖν τῇ προτέρᾳ Κυριακῇ τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ προσερχόμενον τῷ βαπτίσματι· εἶτα τὸν Βαπτιστὴν ἐπιγνόντα τὸν προσελθόντα Δεσπότην καὶ παραιτούμενον δοῦναι τὸ βάπτισμα, ὕστερον τὴν διακονίαν τῆς οἰκονομίας πληρώσοντα, διὰ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπίταγμα· ὑπέγραψα τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐρανόθεν ἐπιβοῶντα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα·* καὶ μέχρι τῆς μαρτυρίας ταύτης παραγενόμενος κατέβην ἀπὸ τοῦ βήματος, τῆς ὥρας ἐγκοψάσης τοῦ λόγου τὸν δρόμον. Βούλομαι τοίνυν σήμερον ἀναλαβεῖν ἅπερ τότε διὰ τὴν στενοχωρίαν ἠναγκάσθην καταλείπειν, καὶ θέλω συνάψαι τοῦ λόγου τὴν λύσιν, ἵνα ταύτης κρατήσαντες, ἀνέλθητε δι' αὐτῆς πρὸς τὸν αὐτὸν χαλκεύσαντα Υἱόν. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πέμψας ἐφ' ἑαυτὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάλιν ὅπερ ἔπεμψεν ὑποδεξάμενος Πνεῦμα· οὗτός ἐστιν ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐξ ἐμοῦ γεννηθείς, οὐ δημιουργηθείς· Θεὸς γεννηθεὶς ἐξ ἐμοῦ μόνου μονογενὴς, ὡς οἶδα μόνος· ἐγὼ καὶ ὡς αὐτὸς μόνος ἐπίσταται· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐμῆς τελειότητος [233] χαρακτὴρ· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν θεότητα χαρακτηρίζων ἐν ἑαυτῷ· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ὑπόστασιν ἐξεικονίζων σαφῶς. Υἱός ἐστιν ἐμὸς, ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας ἀσωμάτως, ἀῤῥεύστως, ἀχρόνως ἐκλάμψας, οὐκ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἀνακαλύψας· Υἱός ἐστιν ἐμὸς, φύσει, οὐ χάριτι· Υἱός ἐστιν ἐμὸς συναΐδιος, συναΐδιος, οὐ νεώτερος, οὐ δεύτερος προσγενόμενος· Υἱὸς ἐμός ἐστιν ὁμοούσιός μοι, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ὡς ζωὴ ἐκ ζωῆς, ὡς ἀλήθεια ἐξ ἀληθείας, ὡς δύναμις ἐκ δυνάμεως, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Ἐγὼ ἐγέννησα, αὐτὸς γενᾶται· ἐμοῦ δὲ καὶ αὐτοῦ μέσον οὐδέν· ἐγὼ ἐγέννησα, ὡς ἔπρεπέ μοι γεννῆσαι πεφυκότι Θεῷ· οὗτος γεγέννηται, ὡς ἔπρεπεν αὐτῷ γεννηθῆναι Θεῷ Λόγῳ τυγχάνοντι. Ἀνθρώπινον τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα, ἀλλὰ μυστικὸν τὸ ὑπερχρόνιον γέννημα. Χρόνος οὐκ οἶδε τῆς ἐμῆς γεννήσεως τὸ μυστήριον· οὐκ ἴσασι ταύτην (ὕστερον γὰρ αὐτῆς γεγόνασι) τὰ Χερουβεὶμ καὶ τὰ Σεραφεὶμ, τὰ πολυπρόσωπα καὶ τὰ πολυόμματα· ταῖς πτέρυξιν ὡς χερσὶ τὰ ἑαυτῶν καλύπτοντα πρόσωπα, ἀπαύστως βοᾷ, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ.* Οὐ λέγουσιν, ἁγιος, ἁγιώτερος, ἁγιώτατος· οὐ κατασκευάζουσιν ἐπιβεβηκυῖαν καὶ πάλιν ὑπέρτερον βαθμίδα θεότητος· οὐ τέμνουσι τὴν μίαν οὐσίαν εἰς ἀνίσους ἀρχάς· οὐ δοκιμάζουσιν ὃ μὴ βλέπουσιν· ὑμνοῦσιν, οὐ πολυπραγμονοῦσιν· εὐσεβοῦσι, προσκυνοῦσιν, οὐ λογοθετοῦσι τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ταυτότητα· ἴσην ἐμοὶ καὶ τῷ Υἱῷ μου καὶ τῷ Πνεύματι τὴν ὑμνῳδίαν προσφέρουσι, καὶ βίον ἔχοντες ἀπερίεργον ὕμνον, καὶ ζωὴν κέκτηνται τὴν ἀπράγμονα μελῳδίαν. *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, τοῦ πεποιηκότος αὐτούς. Οὐκ ἐρευνῶσι τὴν οὐσίαν τοῦ ποιητοῦ· *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν αὐτοῦ*, φαινόμενοι, οὐ φθεγγόμενοι. Οἱ προφῆται τὸν ἀκατάληπτον καταλαβεῖν οὐ δεδύνηνται· πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀτονεῖ πρὸς τὴν τούτου κατάληψιν· νοῦς οὐκ ἰσχύει χωρῆσαι τὸν ἀχώρητον· λόγος οὐ δύναται τὸν ἐνανθρωπήσαντα Λόγον περιβαλεῖν· πίστις μόνη κρατεῖ τὸν ἀκράτητον, πίστις μόνη κατανοεῖ τὸν ἀθέατον, πίστις μόνη πλησιάζει τῷ ἀπροσπελάστῳ, ὅσον ἐγχωρεῖ καὶ ὅσον ἐνδέχεται. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὗτός ἐστι συνεργὸς ἐμὸς, ἀλλ' οὐχ ὑπουργός· οὗτος ἐδημιούργησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· οὗτος τοῦ στερεώματος τὸν κύκλον ἐπὶ τὰ ἄνω κυρτώ-

* Supple ἑαυτόν.

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

σας, ἐπὶ τὰ ἄνω λεάνας ἐξήπλωσεν· οὗτος τὴν ὁρωμένην ὄψιν τοῖς ἄστροις ὡς ὀφθαλμοὺς ἔθετο· οὗτος ἐποίησε τὸν ἥλιον τῆς ἡμέρας ἡγεμόνα καὶ στρατηγόν· οὗτος παρέζευξε τῷ νυκτερινῷ ζόφῳ τῆς σελήνης τὴν ἀχλὺν ἀποδιώκουσαν τὴν τῆς νυκτὸς κατήφειαν· οὗτος ἐξέχεε τοῦ ἀέρος τὴν ἀπαλὴν φύσιν εἰσπνεομένην εὐκόλως παρὰ τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτῷ, καὶ περισχιζομένην εὐμαρῶς τοῖς προσώποις τῶν βαδιζόντων, καὶ πάλιν κατὰ νώτου συναπτομένην ἀλύτως. Οὗτος ἐπέθηκε ταῖς λαγόσι τῆς γῆς τῶν καρπῶν τὰς γονάς, τὸ πρόσταγμα καθάπερ σπέρμα καταβάλλων, καὶ τοῖς μυρίοις φυτοῖς καὶ τοῖς ἄνθεσιν ἐστεφάνωσε ταύτης τὸ πρόσωπον· οὗτος μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὴν λεπτὴν ψάμμον ξένον μεθόριον ἔπηξεν, ὅπερ ἡ θάλασσα βλέπουσα μένει τῶν αὐτῆς ὅρων ἐντὸς, οὐ τολμῶσα ἐξελθεῖν οὐδὲ πλεονεκτῆσαι τὴν ὅμορον [234] γῆν. Οὗτος συνεστήσατο τῶν ὡρῶν τὰς τροπὰς, καὶ τῶν καιρῶν τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τῶν χρόνων τὰς ἀλύπους διαδοχάς· οὗτος συνεστήσατο τὴν ὁρωμένην καὶ τὴν ἀόρατον κτίσιν, οὐ χρόνου συνεργοῦ δεηθείς, οὐκ ἐργαλείων πρὸς τὴν ἐργασίαν προσδεηθείς, οὐχ ἱδρῶτι περιῤῥευθείς, ἀλλὰ θελήσας μόνον, καὶ πάντα ῥᾳδίως παραγαγών. Ἔνευσε γαρ, καὶ τὸ νεῦμα τοῖς οὖσιν οὐσία γεγένηται· ἐνεθυμήθη μόνον, καὶ τὸ νεῦμα παραγενόμενον ἵστατο· ἐκάλεσε τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα· καθάπερ προϋφεστῶτα καὶ δοῦλα πρὸς δεσποτικὴν κλῆσιν μετὰ τρόμου συνέδραμον. Οὗτός ἐστι πρὸς ὃν κοινολογούμενος εἶπον· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τὸν ἄνθρωπον γενόμενος ἄνθρωπος· οὐ μεταβληθεὶς εἰς ὃ γέγονε γενόμενος ἄνθρωπος τῷ λαβεῖν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴν, οὐ τῷ ἀποβαλεῖν τὴν τῆς θεότητος ἀστραπὴν, γενόμενος ἄνθρωπος καὶ μείνας Θεός. Οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἐμῶν κόλπων μὴ χωρισθεὶς, καὶ τῆς Μαρίας τοὺς κόλπους καταλαβών· ὁ καὶ ἐν ἐμοὶ μένων ἀχώριστος, καὶ ἐν ἐκείνῃ γενόμενος ἀπερίγραπτος· ὁ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχων ἀδιαίρετος, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ διαιτώμενος ἀμολύντως· ἦν γὰρ κτίσας οὐκ ἐμολύνθη, ταύτην οὐδὲ κατοικήσας ἐχράνθη. Οὗτός ἐστιν ὁ πρὸ ἐμοῦ ἐκ τῆς Μαρίας γαστρὸς, ὡς ἐκ παστάδος ἀνυμφεύτου νυμφίος φαιδρὸς, ὁ τιμήσας τῇ γεννήσει τὴν γέννησιν, καὶ σφραγίσας τῷ τοκετῷ τὴν παρθενίαν τῆς τεκούσης αὐτόν· ὁ διὰ τῶν τῆς παρθενείας πυλῶν εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον ὄθεν οὐκ ἀπέστη ποτὲ, καὶ τῶν τῆς ἀγνείας πυλῶν οὐ συντρίψας τὰ κλεῖθρα· ὁ παρὰ της μητρὸς αὐτοῦ βασταχθεὶς, καὶ φέρων τὰ σύμπαντα· ὁ δεηθεὶς γάλακτος ὡς βρέφος, καὶ τρέφων πᾶσαν τὴν φύσιν ὡς ταύτης τροφεύς· ὁ σπαργάνοις παιδικοῖς περιβληθεὶς ὡς παιδίον, καὶ λύων ὡς Θεὸς τῶν ἁμαρτημάτων τὰ σπάργανα· ὁ ἐπὶ φάτνης ἀναπεσὼν, καὶ παρὰ τοῦ ἀστέρος ὑποδειχθεὶς, ὡς τῶν ἀστέρων Δημιουργός· ὁ παρὰ τοῦ Ἡρῴδου πολεμηθεὶς, καὶ παρὰ Συμεὼνος Κύριος ἀναγορευθείς· ὁ κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον καὶ σείσας τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου, καὶ πληρώσας τὴν ἐμὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· *Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου*· ὁ προκόψας τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ, ἀλλ' οὐ τῇ θείᾳ οὐσίᾳ· ποῦ γὰρ εἶχε προκόψαι ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τὰ πάντα πληρῶν; ὁ παρὰ τοῦ Βαπτιστοῦ βαπτισθεὶς, καὶ φωτὶ πληρώσας τὴν κτίσιν; *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὐκ ἔστιν ἄλλος ἐμὸς Υἱὸς, καὶ ἄλλος τῆς Μαρίας υἱός· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ κατακλιθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ παρὰ τῶν Μάγων προσκυνηθείς· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ βαπτισθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ μὴ βαπτισθείς· ἀλλ', *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου.* Οὗτός ἐστιν ὁ νοούμενος καὶ βλεπόμενος· ὁ εἷς ἀόρατος καὶ βλεπόμενος παρ' ὑμῶν, ὁ ἀΐδιος καὶ πρόσκαιρος· αὐτὸς ὁ ὁμοούσιος ἐμοὶ τῇ θεότητι, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν τῇ ἀνθρωπότητι κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας. Μὴ ζητήσητε τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πατέρα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπάτωρ γὰρ κάτω· μὴ ζητήσητε τῆς θεότητος αὐτοῦ μητέρα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀμήτωρ γὰρ ἄνω· μὴ μερίσητε τὴν θεότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ· μὴ γένησθε [235] τῶν ἀμερίστων κακοὶ μερισταὶ, μηδὲ διέλητε τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ· ἀδιαίρετος γὰρ αὐτὴ καὶ ἀσύγχυτος μετὰ τὴν ἕνωσιν· μὴ χωρίσητε τὰ εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ γνωρίσατε τὰ ἐν αὐτῷ· μὴ ποιήσητε δύο πρόσωπα τὸ ἓν πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ· μὴ χειροτονήσητε δύο μονογενεῖς τὸν ἕνα Μονογενῆ· μὴ στήσητε ἀναμέρος τὸν ἐμὸν Υἱὸν, καὶ ἀναμέρος τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ· μὴ τολμήσητε διελεῖν τὴν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, ἣν λυθῆναι ἀδύνατον· μήτε Θεὸν γυμνὸν, μήτε ψιλὸν ἄνθρωπον ὑποπτεύσητε τὸν ἐνανθρωπήσαντα Κύριον, ἀλλὰ Θεὸν ἅμα καὶ ἄνθρωπον πιστεύσατε, τὸν αὐτὸν ἀεὶ μένοντα ἄνθρωπον, καὶ προόντα Θεόν· οὐκ ἐξαεὶ ὄντα ἄνθρωπον, ἐξ ἐκείνου δὲ ὄντα καὶ γενόμενον ἄνθρωπον, ἐξ οὗπερ θελήσας ἐπελάβετο τοῦ σπέρματος Ἀβραάμ. Κἂν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν Υἱὸν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ καθεύδοντα, ἢ βαδίζοντα, ἢ κοπιῶντα, ἢ μαστιζόμενον, ἢ σταυρούμενον ἑκουσίως, ἢ τοῖς ἥλοις κατεχόμενον ἀπὸ γνώμης, ἢ νεκρούμενον ἰδίῳ θελήματι, ἢ φρουρούμενον ὡς νεκρὸν ἐν τῷ μνήματι τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, ταῦτα προσμείνατε ὡς σαρκὸς γεγονότος τοῦ Λόγου. Καὶ πάλιν ἐὰν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν Υἱὸν λέπραν ἀποξέοντα ῥήματι, ἢ τύφλωσιν ὀμμάτων πηλῷ θεραπεύοντα, καὶ τὴν φύσιν ἀναπλάττοντα τῷ ῥήματι, ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους κορεννύοντα, καὶ ταῖς παλάμαις τῶν μαθητῶν ὡς ἀρούραις ἐγγεωργοῦντα κόρον αὐτοσχέδιον ἀγεώργητον, τὴν θάλασσαν μαινομένην καὶ μιμουμένην τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἐξομαλίζοντα τῇ φωνῇ τὸ πέλαγος[a], καὶ ὡς ἐπ' ἐδάφους πεζεύοντα· τῇ θεότητι αὐτοῦ ταῦτα προσάψητε. Μὴ ἄλλου τινὸς τὰ ὑψηλὰ τῶν πραγμάτων, ἄλλου δέ τινος τὰ ταπεινὰ τῶν γινομένων νομίσῃς, ἀλλ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα λογίσασθε· αὐτοῦ γὰρ τὰ θεῖα πάντα, αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα πάντα, αὐτοῦ τὰ θαυματουργήματα, αὐτοῦ τὰ παθήματα. Εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν Υἱὸς ἐμὸς, τὰ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἐργαζόμενος ἔργα, καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς οἰκειούμενος πάντα. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὗτός ἐστιν ἄμπελος καὶ θύρα τῶν πεπλανημένων προβάτων· ἄμπελος, ἐν οὐρανοῖς μὲν ἔχουσα τὴν ῥίζαν, ἐπὶ γῆς δὲ τὰ κλήματα· ἄμπελος κλαδευομένη τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐ τὴν ῥίζαν· ἄμπελος μετὰ τριτην ἡμέραν τοῦ κλαδευθῆναι βλαστάνουσα τὸν βότρυν τῆς ἀναστάσεως. Οὗτός ἐστι θύρα· δι' αὐτοῦ γὰρ ὁ πιστεύων εἰσέρχεται πρός με· οὗτός ἐστι μεσίτης ἐμὸς καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ· συνάπτει γάρ μοι τοὺς προσκεκρουκότας αὐτῷ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου* καὶ ὁ ἀμνὸς, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον, ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ αὐτὸς ἱερουργούμενος, ὁ αὐτὸς θυσίαν δεχόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὸ βάπτισμα εἴδατε καὶ φρονεῖτε ὅτι περὶ τοῦ Μονογενοῦς φησιν ὁ Πατήρ. Καὶ ὅτε δὲ βλεπόντων τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ὄρει μετεμορφώθη, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μαρμαρυγὰς ἀφῆκεν ἀποκρυπτούσας τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας, καὶ τότε πάλιν τὴν αὐτὴν ἀφῆκε φωνήν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Πολλάκις γοῦν ὁ Πατὴρ υἱὸν ἀπεκάλει τὸν Υἱὸν, ὡς ἕνα υἱὸν, καὶ τῇ φωνῇ [236] χειροδεικτεῖ τὸν Μονογενῆ, διὰ τοὺς ἐπιχειροῦντας χωρίζειν αὐτὸν τοῦ Πατρὸς, διὰ τοὺς λέγοντας ἐν χρόνῳ γεγενῆσθαι τὸν ἄχρονον, διὰ τοὺς συναριθμοῦντας τῇ κτίσει τὸν ἐργάτην τῆς κτίσεως, διὰ τοὺς δουλαγωγοῦντας τὸν ἐλευθερωτὴν, διὰ τοὺς ἀναπλάσαντας ἄλλον υἱόν. Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Ἐὰν εἴπῃ, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· ἐὰν εἴπῃ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα* καὶ, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ*, αὐτοῦ ἀκούετε· ἂν εἴπῃ, *Ὁ πέμψας με Πατὴρ μείζων μού ἐστι*, τῆς οἰκονομίας τὴν συγκατάβασιν θαύμαζε· ἐὰν εἴπῃ, *Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν*, αὐτοῦ ἀκούετε. Οὐ χωρίζων τὴν σάρκα τῆς θεότητος τοῦτο λέγει· οὐ γὰρ χωρίζεται ἡ σὰρξ ἐν τοῖς λόγοις τούτοις· τὰ γὰρ τοῦ σώματος τῆς θεότητός εἰσι, καὶ τὰ τῆς θεότητος τοῦ σώματός εἰσι, καὶ οὐκ ἄλλου τινὸς παρ' αὐτόν. Ἐὰν εἴπῃ, *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου*, ὡς οἰκειωσαμένου αὐτοῦ τὰ ἀδιάβλητα ἡμῶν πάθη, αὐτοῦ ἀκούετε. Οὐδεμία γὰρ διαίρεσις σαρκὸς καὶ θεότητος· πάντα γὰρ τὰ θεοπρεπῆ καὶ τὰ ἀνθρώπινα τῷ ἑνὶ προσώπῳ καὶ τῇ μιᾷ ὑποστάσει καὶ φύσει τοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνατιθέαμεν καὶ ὁμολογοῦμεν. Ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δεδιδάγμεθα· ταῦτα παρὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πεπαιδεύμεθα· ταῦτα παρὰ τοῦ

[a] Nisi participium aliquod suppleveris redundabit τὸ πέλαγος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

phim, qui multos habent vultus et multos oculos : alis tanquam manibus facies suas tegentes, indesinenter clamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* (*Isai.* VI, 3). Non dicunt, Sanctus, Sanctior, Sanctissimus : non instituunt ascendentem et rursus altiorem divinitatis gradum : non dividunt unam essentiam in principatus inæquales : non explorant id quod non vident : laudant, non curiose inquirunt : pie colunt, adorant, non ad scrutinium vocant sanctæ Trinitatis unitatem : æqualem mihi et Filio et Spiritui offerunt hymnodiam, vitamque habentes a curiositate liberam, in laudatione melodiaque haud curiosa ævum degunt. *Cœli enarrant gloriam Dei* (*Psal.* XVIII, 1), qui illos fecit. Non explorant essentiam Creatoris ; *Cœli enarrant gloriam ejus*, apparentes, non vocem emittentes. Prophetæ non possunt comprehendere eum qui comprehendi non potest : tota hominum natura ad ejus comprehensionem languet : mens non valet incomprehensibilem comprehendere : sermo non potest incarnatum Verbum complecti : sola fides comprehendit incomprehensum, sola fides cogitat invisibilem, sola fides appropinquat ei qui attingi non potest, quantum fieri potest. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hic est cooperator meus, non subminister : hic creavit cœlum et terram : hic firmamenti circulum in locis superioribus incurvans, in locis superioribus poliens explicavit : hic stellis visibilem aspectum quasi oculos indidit : hic solem fecit ducem diei et præfectum : hic nocturnis tenebris adjunxit lunæ hebetiorem lucem, quæ noctis abigit tristitiam : hic aeris naturam subtilem effudit, ut facile respiretur ab illis qui in eo degunt, et prompte dividatur in vultibus ambulantium, iterumque post tergum indissolubiliter conjungatur. Hic utero terræ indidit fructuum generationem, mandatum suum quasi semen dejiciens, atque innumeris plantis et floribus faciem illius coronavit : hic inter mare et terram tenuem arenam, extraneum interliminium fixit, quod conspiciens mare, intra fines suos manet, non audens egredi, neque invadens conterminam terram. Hic constituit horarum conversiones et temporum mutationes, et tempestatum successiones non injucundas : hic constituit visibilem et invisibilem creaturam, non egens cooperante tempore, non instrumentis ad operationem, non sudore circumfluens, sed volens solum, et omnia facile producens. Annuit enim, et nutus essentia factus est iis quæ nunc sunt ; anhelo solum concepit, et nutus adfuit : vocavit quæ non erant tanquam existentia, et servorum more ad Domini vocationem cum tremore concurrebant. Hic est cum quo sermocinans dixit : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* I, 26) : hic est qui mecum finxit hominem, et propter hominem factus est homo, non mutatus in hominem factus homo, non conversus in id quod fiebat factus homo : accipiendo humanitatis primitias, non abjiciendo divinitatis splendorem, factus homo et manens Deus. Hic est qui a meo sinu non amovetur, et Mariæ sinum occupavit : qui in me manet inseparatus, et in illa fuit non circumscriptus : qui et in cœlis est indivisus, et in virgineo sinu versatus est non pollutus : quam enim creando non inquinatus est, hanc inhabitando non est contaminatus. Hic est qui prodit ex Mariæ vente, ut ex cælibe thalamo sponsus hilaris, qui generatione sua honoravit generationem, et per partum obsignavit parentis suæ virginitatem : qui per virginitatis portas intravit in mundum unde nunquam abfuit, et januarum virginitatis claustra non contrivit : qui a matre sua gestatus est et omnia gestat : qui lacte indiguit ut infans, et nutrit naturam omnem ut ejus altor : qui fascus puerilibus circumdatus est ut puer, et ut Deus peccatorum fascias solvit : qui in præsepio decubuit, et a stella indicatus fuit, ut stellarum creator : qui ab Herode bello impetitus est, et a Simeone Dominus declaratus : qui descendit in Ægyptum et corcussit manufacta Ægypti, et complevit prophetiam meam dicentem, *Ex Ægypto vocavi Filium meum* : qui crevit statura corporis, non autem essentia deitatis : quomodo enim crescere potuit, qui ubique præsens est, et omnia implet ? qui a Baptista baptizatus est, qui lumine creaturam omnem implevit. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non est alius Filius meus, et alius filius Mariæ : non est alius qui in spelunca decubuit, et alius qui a magis adoratus est : non est alius qui baptizatus, et alius qui non baptizatus est ; sed *Hic est Filius meus.* Hic est qui mente concipitur et oculis conspicitur : unus invisibilis et a vobis conspectus, sempiternus et temporaneus : ipse consubstantialis mihi secundum divinitatem, et consubstantialis vobis secundum humanitatem in omnibus, excepto peccato. Ne quæratis carnis ejus patrem in terra, sine patre enim in terra est : ne quæratis deitatis ejus matrem in cœlis ; superne enim sine matre est : ne dividatis deitatem ejus ab ejus humanitate : ne sitis indivisibilium divisores improbi ; neque humanitatem ejus a deitate segregetis, post unionem enim illa nec segregari nec confundi potest : ne separetis quæ ad illum pertinent, sed quæ in illo sunt agnoscite : unam Christi personam duas non facite personas, ne constituatis duos unigenitos ex uno Unigenito : ne separatim ponatis Filium meum, et separatim quod ab illo assumptum est : ne audeatis dividere unionem non confundendam, quam dissolvi impossibile est, neque nudum Deum, neque simplicem hominem esse suspicemini incarnatum Dominum ; sed Deum simul et hominem esse credatis eumdem, semper hominem manentem et prius existentem Deum ; non ab æterno hominem, ex eo autem tempore existentem et factum hominem, ex quo lubens assumpsit semen Abrahæ. Si videatis hunc Filium meum esurientem, vel sitientem, vel dormientem, vel ambulantem, aut lassum, aut verberatum, aut cruci voluntarie affixum, aut ex proposito suo clavis affixum, aut mortuum ex propria voluntate, vel sicut mortuum in sepulcro custoditum quoad carnem suam : hæc tolerate, eo quod de carne sermo habeatur. Et rursus si videatis hunc Filium meum lepram verbo abradentem, aut oculorum cæcitatem luto sanantem, aut naturam verbo formantem, ex quinquies panibus quinquies mille homines satiantem, et discipulorum manibus quasi aratris colentem terram rudem et incultam (*a*) : mare insanions montiumque juga imitans, pelagum planum voce facientem, et quasi in solo solido ambulantem ; ejus deitati hæc attribuite. Ne alterius cujusquam facta sublimia, alterius vero humilia facta reputetis, sed unius et ejusdem tum illa tum hæc existimate : ipsius enim sunt divina omnia, ipsius humana omnia, ipsius sunt miracula, ipsius ærumnæ. Unus enim et idem est Filius meus, opera deitatis suæ faciens, et quæ suæ carnis sunt sibi vindicans omnia. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hic est vitis et janua errantium ovium : vitis in cœlis quidem radicem habens, in terra vero palmites ; vitis cui secundum corpus palmites amputantur, sed non radix ; vitis tertio postquam amputata est die, botrum emittens resurrectionis. Hic est janua ; per illum enim is qui credit ad me intrat : hic est mediator meus et servorum suorum ; conjungit enim mihi illos, qui ipsum offenderunt. *Hic est Filius meus* et agnus ; idem sacerdos et sacrificium, idem offerens et oblatus ; idem victima factus, idem victimam accipiens. Et hæc quidem nostis et sentitis Patrem de Unigenito post baptisma dicere. Cum vero Christus in monte, videntibus discipulis, transfiguratus est, vultusque ejus emisit coruscationes, quæ solis radios occultabant, tunc quoque eamdem iterum emisit vocem : *Hic est Filius*

(*a*) In Græco habetur, καὶ ταῖς παλάμαις τῶν μαθητῶν ὡς ἀρότροις ἐγεωργοῦντα χορον αὐτοσχέδιον ἀγεώργητον, hoc est : *et manibus discipulorum quasi arvis extemporalem abundantiam operantem, non aratro productam.* Agitur de discipulis panem et pisces ministrantibus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

meus dilectus, in quo mihi complacui. Sæpe igitur Pater Filium nuncupavit filium suum, utpote unicum filium, et voce quasi manu designat Unigenitum, propter eos qui conantur a Patre illum separare, propter eos qui dicunt in tempore factum esse eum, qui non est temporaneus; propter eos qui creaturæ adnumerant auctorem creaturæ; propter eos qui in servitutem redegerunt liberatorem; propter eos qui alium confingunt filium. Ideo sæpe testificatur : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (*Joan.* X, 30; XIV, 9; X, 38; XIV, 28) : *ipsum audite.* Si dicat, *Ego et Pater unum sumus;* si dicat, *Qui videt me, videt et Patrem*, et, *Ego in Patre et Pater in me est*, ipsum audite : si dicat, *Qui misit me Pater, major me est* (*Matth.* XXVI, 28) : œconomiæ admiremini attemperationem : si dicat, *Hoc est corpus meum, et sanguis qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, ipsum audite. Non hoc dicit carnem a deitate separans; caro enim in his verbis non separatur : etenim quæ ad corpus pertinent, sunt deitatis; et quæ ad deitatem pertinent, sunt corporis, neque alterius cujusquam præter ipsum. Si dicat, *Tristis est anima mea usque ad mortem* (*Matth.* XXVI, 38), tanquam irreprehensibiles nostras passiones sibi vindicantem ipsum audite. Nulla enim est separatio carnis et deitatis : omnia quippe et ad deitatem et ad humanitatem pertinentia uni personæ unicæque substantiæ et naturæ incarnati Dei nostri Jesu Christi apponimus et assignamus. Hæc a Deo et Patre sumus edocti : hæc ab unigenito Dei Filio per institutionem accepimus : ad hæc a Spiritu sancto fuimus initiati : hæc a sacris Scripturis enuntiata sunt : hæc a sanctis Patribus sunt prædicata. Hæc itaque accepimus, hæc didicimus, hæc teneamus. Cur temere contra nos invicem pugnamus? cur nos mutuo insectamur bello, qui etiam odio habentes jubemur diligere? cur fidem amandantes, artificiose disputamus de fide? genitus est, non est genitus; passus est, at non est passus; resurrexit, at non resurrexit. Cur redemptorem in jus vocamus? cur a benefactore rationes deposcimus? Semel libitum est ei, et sicut voluit advenit et passus est et mortuus est; ac resurrexit, et ascendit in cœlos, et veniet judicare vivos et mortuos, prout et jam venit, una cum forma nostra. Non enim hanc exuit, quam tantum dilexit : non reliquit in sepulcro corporis sui operimentum; sed sic rursus veniet judex vivorum et mortuorum; ut videat Judas quemnam homicidis Domini tradiderit; ut videant Judæi quod caput spinis coronaverint; ut, eum viderint eum in throno judicem sedentem, et cherubinos seraphinosque cum timore et tremore adstantes, et dixerint, Nos non hunc crucifiximus; alium quempiam Jesum Nazarenum Bethlehemitam condemnavimus; ostendat illis latus et videant in quem transfixerunt, ac, vel inviti, adorent illum. Cur ergo, missa fide, cum artificio ratiocinamur de fide, cur communis inimici desiderium impleamus. Cogitans enim diabolus, humani generis corruptor, quod si tranquille vitam agamus, pietas florebit, si fides fulgeat, beata vita prævalebit, ac cursu pio prospere peracto, felicitas ita viventibus accedet, Creatoris amici constituemur, et ad desideratum illum sursum accurremus, ut illuc unde is decidit ascendamus : videte quid fecit, et quam astute et dolose bellum adversum nos apparaverit, malorum artificiosus consarcinator, et sapiens in fraudibus, et in insidiis varius, et dives in machinamentis malis : quosdam apparavit qui in pietatis specie militarent, et disquisitionem fidei contra fidem armavit : piisque omnibus contentionis cupidinem animæ corruptricem injecit, et Ecclesiæ membra contra se invicem in acie posuit, ut risum magnum emitteret, videns eos qui ipsius consiliis uterentur ab ipso delusos, perque ea, quæ contra se mutuo facerent, ipsum delectantes, et, ne post malorum quidem experientiam, auctorem malorum cognoscentes. Nos igitur vertamus contra caput sceleratum id quod ipsum delectat, ejusque lætitiam mutemus in dolorem et luctum inconsolabilem : desideremus pacem, quam odit ille : desinamus dogmatis verba ad trutinam examinare : ne ultra velimus doctorum nostrorum esse doctores : odio habeamus controversias illas ad audientium eversionem : credamus ut patres tradiderunt. Non sumus patribus sapientiores, non sumus magistris nostris accuratiores, non sumus pastorum pastores, sed oves : non pascunt oves pastores suos; sed pastores, oves. Ad pacem nos vocavit Deus, non ad rixam; ut vocati sumus, ita maneamus. Cum tremore reverearnur mysticam mensam, in qua cœlestium mysteriorum participes sumus : ne simus contra nos ipsos mensæ consortes, et nobis mutuo insidiantes : ne hic communi mensa fruentes, et extra rixis deditі : ne hic ejusdem fidei, et extra alienigenæ : ne de nobis etiam dicat Christus : *Filios* genui et *exaltavi et enutrivi* ex carne mea, *ipsi vero spreverunt me.* Ipse autem Servator omnium, pacis auctor, motuum bellique amatorem diabolum a vobis depellat : ipse etiam Ecclesiis suis tranquillitatem conciliet, ipse sacrum hunc gregem conservet, ipse gregis præsidem custodiat, ipse pium et Christi amantem imperatorem nostrum tueatur : ipse in caulas suas errantes oves colligat, *Ut fiat unum ovile et unus pastor*, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in secula seculorum. Amen.

X. EJUSDEM, IN EVANGELII DICTUM, ET DE VIRGINITATE, ET SERMO HORTATORIUS AD LAPSAS VIRGINES.

Nullum ænigma tradidit sermo Dei inconsulto, vel a salute nostra alienum. Unde vero mentem meam explicem, frequenter cogitavi, et rem examinavi, ut viderem quid sibi velit illud quod a Domino dicitur in Evangelio. Multis enim multa per parabolam locutus est, aliis difficilia explicans, aliis vero revelans ea quæ nobis clara sunt, cum de salute verba facit, utpote bonus et hominum amans, perspicuum et non confusum tradidit ænigmatum specimen; alicubi quidem nobis a rebus quotidianis sermonis vim explicare valentibus; alicubi vero ut a conceptu sensum ejus quod dicitur ostendat. Dicebat Dominus : *Angusta et arcta via est, quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. Lata autem et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem*, et multi sunt qui intrant per eam (*Matth.* VII, 14, 13). Consternationis est sermo, ignorantiæ est figura. Cur dicit, *Lata est via ad perditionem?* Christus hanc viam non declarat; non enim per illum fiebat ista. Est igitur commiserationis dictum, medelæ est ænigma.

O benevolentiam erga homines! o Domini nostri curam! simul et victoriam et cladem proponit, simul et clementiam et talem sententiam. Novi, inquit, quam labile sit genus humanum, quam abjectum, quam infirmis oculis, quam lubricum, quam expugnabile, quam debile, quam captu facile, nisi fide roboretur. Audivit latam esse viam, et accurrit sicut avis ad laqueum; angustam esse audivit, et salutem fugit, non explorata utriusque utilitate. Lucta quippe postulatur, et a studio fugit; maximeque cum audit illud : *Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus* (*Ps.* XXXIII, 20) : ad opitulatorem non accurrit, sed fugam capessit, ignorans se bonum fugere, et deteriori adhærere. O insipientiam! Cum audires, *Multæ tribulationes justorum*, defecisti, o homo! Cum audires, *Multa flagella peccatoris* (*Psal.* XXXI, 10), non terrefactus es! imo potius flagellum timuisti,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἁγίου Πνεύματος κατηχήμεθα· ταῦτα παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν διηγόρευται, ταῦτα παρὰ τῶν ὁσίων Πατέρων κεκήρυκται. Ταῦτα τοίνυν παρειλήφαμεν, ταῦτα μεμαθήκαμεν, ταῦτα κρατήσωμεν. Τί μαχόμεθα πρὸς ἀλλήλους εἰκῇ; τί πολεμοῦμεν ἀλλήλοις, οἱ προστεταγμένοι καὶ τοὺς μισοῦντας φιλεῖν, τί τὸ πιστεύειν ἀφιέντες, τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; ἐγεννήθη, οὐκ ἐγεννήθη· ἔπαθεν, ἀλλ' οὐκ ἔπαθεν· ἀνέστη, ἀλλ' οὐκ ἀνέστη. Τί δικαζόμεθα τῷ λυτρωτῇ; τί λογοθετοῦμεν τὸν εὐεργέτην; Ἅπαξ ἠβουλήθη, καὶ ὡς ἠθέλησε παρεγένετο, καὶ πέπονθε, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ παραγίνεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καθὰ καὶ ἦδη παρεγένετο μετὰ τῆς ἡμετέρας μορφῆς. Οὐ γὰρ ἀπεδύσατο ταύτην, ἣν τοσοῦτον ἠγάπησεν· οὐκ ἀπέρριψε ταύτην, ἣν τοσοῦτων ἐφίλησε· οὐκ ἀπέλειπεν ἐν τῷ μνήματι τὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ περιβόλαιον, ἀλλ' οὕτω παραγίνεται πάλιν κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· ἵνα ἴδῃ Ἰούδας τίνα πέπρακε τοῖς Κυριοκτόνοις, ἵνα θεάσωνται οἱ Ἰουδαῖοι ποίαν κεφαλὴν ταῖς ἀκάνθαις ἐστεφάνωσαν, ἵνα, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ θρόνου καθεζόμενον, καὶ τὰ Χερουβεὶμ καὶ τὰ Σεραφεὶμ παριστάμενα μετὰ φόβου καὶ τρόμου, καὶ εἴπωσιν, ἡμεῖς τοῦτον οὐκ ἐσταυρώσαμεν, ἄλλον τινὰ Ἰησοῦν Ναζωραῖον Βηθλεεμίτην κατεκρίναμεν, ὑποδείξῃ αὐτοῖς τὴν πλευράν, καὶ ἴδωσιν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ προσκυνήσωσι καὶ μὴ θέλοντες. Τί τοίνυν τὸ πιστεύειν ἀφιέντες τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; τί πληροῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς; Λογισάμενος γὰρ ὁ διάβολος, ὁ κοινὸς τῆς ἀνθρωπότητος λυμεών, ὅτι γαλήνης ἐν ἡμῖν πολιτευομένης τὰ τῆς εὐσεβείας [237] ἀνθεῖ, τῆς δὲ πίστεως λαμπούσης εὐζωΐα κρατεῖ, πολιτείας δὲ θεοφιλοῦς κατορθουμένης μακαριότης τοῖς οὕτω ζῶσι προσγίνεται, καὶ φίλοι τοῦ δημιουργοῦ καθιστάμεθα, πρὸς τὸν ποθούμενον ἀνατρέχομεν, ἵνα ἀνέλθωμεν ὅθεν ἐκεῖνος ἔπεσε· βλέπετε τί πεποίηκε, καὶ πῶς πανούργως καὶ δολερῶς τὸν καθ' ἡμῶν ἐρράψῳδησε πόλεμον, ὁ τεχνορράφος τῶν κακῶν, καὶ σοφὸς ἐν ἀπάταις, καὶ ποικίλος ἐν ἐπιβουλαῖς, καὶ πλούσιος ἐν τοῖς κακοῖς μηχανήμασι· παρεσκεύασέ τινας ἐν προσχήματι τῆς εὐσεβείας στρατεύσασθαι, καὶ τῆς πίστεως τὴν ζήτησιν κατὰ τῆς πίστεως ὤπλισε, καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβοῦσι φιλονεικίαν ψυχοφθόραν ἐμβέβληκε, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τὰ μέλη κατ' ἀλλήλων ἐστράτευσεν, ἵνα γελᾷ πλατὺν γέλωτα, βλέπων τοὺς κεχρημένους αὐτοῦ ταῖς βουλαῖς παιζομένους παρ' αὐτοῦ, καὶ τέροντας αὐτὸν ἐν οἷς κατ' ἀλλήλων ἐργάζονται, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν πεῖραν τῶν κακῶν ἐπιγινώσκοντας τὸν αἴτιον τῶν κακῶν. Τρέψωμεν τοίνυν κατὰ τῆς πονηροῦ κεφαλῆς τοῦτο δὴ τὸ τερπνὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῦ μεταβάλλωμεν εἰς ὀδύνην καὶ πένθος ἀπαρηγόρητον· ποθήσωμεν τὴν εἰρήνην, ἣν ἐκεῖνος μισεῖ· τὸ ζυγοστατεῖν καὶ σταθμίζειν τὰς λέξεις τοῦ δόγματος καταλείπωμεν· παυσώμεθα τοῦ θέλειν εἶναι τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι· μισήσωμεν τὸ λογομαχεῖν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων· πιστεύσωμεν ὡς οἱ Πατέρες παρέδωκαν. Οὐκ ἐσμὲν τῶν Πατέρων σοφώτεροι, οὐκ ἐσμὲν τῶν διδασκάλων ἡμῶν ἀκριβέστεροι, οὐκ ἐσμὲν τῶν ποιμένων ποιμένες, ἀλλὰ πρόβατα· οὐ ποιμαίνει τὰ πρόβατα τοὺς ποιμένας, ἀλλὰ ποιμένες τὰ πρόβατα. Ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς οὐκ ἐν μάχῃ· ὡς ἐκλήθημεν, οὕτως ἐμμένωμεν. Φρίξωμεν τὴν μυστικὴν τράπεζαν, ἐν ᾗ τῶν οὐρανίων μυστηρίων μεταλαμβάνομεν· μὴ γινώμεθα καθ' ἑαυτῶν ὁμοτράπεζοι καὶ ἀλλήλων ἐπίβουλοι· μὴ ἐνταῦθα κοινωνικοί, καὶ ἔξω φιλόνεικοι· μὴ ἐνταῦθα ὁμόπιστοι, καὶ ἔξω ἑτερόφυλοι· ἵνα μὴ εἴπῃ καὶ περὶ ἡμῶν ὁ Χριστός· *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα καὶ ἔθρεψα* ἐκ τῆς ἐμῆς σαρκός· *αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*. Αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ, ὁ τῆς εἰρήνης δημιουργὸς, τὸν φιλοτάραχον καὶ φιλυπόλεμον διάβολον ἐξ ὑμῶν ἀπελάσειεν· αὐτὸς καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις ἑαυτοῦ τὴν γαλήνην βραβεύσειεν, αὐτὸς ταύτην τὴν ἱερὰν τηρήσειεν ἀγέλην, αὐτὸς τὸν ἀγελάρχην φυλάξειεν, αὐτὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα φρουρήσειεν, αὐτὸς συναθροίσειεν εἰς τὰς ἑαυτοῦ μάνδρας τὰ πλανώμενα πρόβατα, *ἵνα γένηται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Γ. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ τοῦ Εὐαγγελίου ῥητὸν, καὶ περὶ παρθενείας, καὶ παραινετικὸς εἰς τὰς ἐκπεσούσας.*

Οὐδὲν ὁ θεῖος λόγος ἀσκόπως, οὐδὲ ξένον τῆς ἡμετέρας σωτηρίας παρέδωκεν αἴνιγμα. Ὅθεν ποῦ μου τὸν νοῦν ἐκπετάσω, τὸ πυκνὸν τῆς ἐννοίας ἐρευνῆσαι προετρέψατο, καὶ ἰδεῖν τί ἄρα βούλεται τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ [238] παρὰ τοῦ Δεσπότου λεγόμενον. Πολλοῖς μὲν γὰρ πολλὰ διὰ παραβολῆς ἐλάλησε, τοῖς μὲν σαφηνίζων τὰ δυσχερῆ, τοῖς δὲ ἀποκαλύπτων τὰ εὔδηλα ἡμῖν, τὸν περὶ σωτηρίας λόγον ποιούμενος, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον τὴν πεῖραν τῶν αἰνιγμάτων παρέδωκε· πῇ μὲν ἀπὸ τῶν καθ' ἡμέραν πραγμάτων διεξιέναι δυναμένους τὴν ἔμφασιν, πῇ δὲ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐννοίας τοῦ λεγομένου τὴν αἴσθησιν ὑποδέξασθαι. Ἔλεγεν ὁ Δεσπότης, ὅτι *Στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν· πλατεῖα δὲ καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν*, καὶ πολλοὶ εἰσέρχονται δι' αὐτῆς· Ἐκπλήξεως ὁ λόγος, ἀγνωσίας ὁ τρόπος, τί, *Πλατεῖα*, φησὶν, ἡ *ὁδὸς τῆς ἀπωλείας*. Οὐ γνωρίζει τὴν ὁδὸν ταύτην ὁ Χριστός· οὐ γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο· συμπαθείας οὖν ῥῆμα, ἰατρείας τὸ αἴνιγμα.

Ὦ τῆς φιλανθρώπου εὐνοίας! ὦ τῆς Δεσποτικῆς κηδεμονίας! ὁμοῦ καὶ τὴν νίκην καὶ τὴν ἧτταν προτίθησιν, ὁμοῦ καὶ τὸν οἶκτον καὶ τὴν ἀπόφασιν· Οἶδα, φησὶ, πῶς ὀλισθηρὸν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, πῶς χαμαίζηλον, πῶς ὀφθαλμοβρεπὲς, πῶς εὐολίσθητον, πῶς εὐκαταμάχητον, πῶς ἀνανδρον, πῶς εὐάλωτον, εἰ μὴ πίστει στηρίζοιτο· ἤκουσε πλατεῖαν ὁδὸν, καὶ ἐπέδραμεν ὡς ἐπὶ παγίδα ὄρνεον· ἤκουσε στενὴν, καὶ φεύγει τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἐρευνήσας ἀμφοτέρων τὸ χρήσιμον· καὶ γὰρ αἰτεῖται τὴν πάλην, καὶ φεύγει τὸ σκάμμα· καὶ μάλιστα ἀκούσας, ὅτι *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος*, καὶ τῷ βοηθῷ οὐ προσέδραμεν, ἀλλὰ φεύγει φυγῇ, μὴ γινώσκων ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐκφεύγει καὶ εἰς τὸ ἧττον προσκολλᾶται. Ὦ τῆς ἀνοίας! *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων*, ἀκούσας, ὤκλασας, ἄνθρωπε; καὶ *Πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ* ἀκούσας, οὐκ ἐπτόησας; Μᾶλλον δὲ τὴν μὲν μάστιγα ἐπτόησας, τὸ δὲ πάθος τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἔσβεσας. Τί πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς τῆς ἀπωλείας; Ὁδὸν ἐνταῦθα τὸν βίον λέγει, ἐπειδὴ ἡ πλατεῖα τοῖς ἀπατωμένοις δοκεῖ τὸ ἡδὺ τοῦ κόσμου. Τί δὲ ταύτης παρὰ τοῖς εὐφρονοῦσιν ἀθλιώτερον; Ἡ μὲν γὰρ στενὴ νομιζομένη εἰς οὐρανοὺς ὁδηγεῖ, ἡ δὲ πλατεῖα δοκοῦσα εἰς ᾅδην καθέλκει τοὺς ἑπομένους αὐτῇ. Μὴ γὰρ πλατεῖαν νομίσῃς εἶναι ἀληθῶς, ἀγαπητὲ, ἣ ἀγαθὴν τὴν ὁδὸν ἐκείνην, ἐπειδὴ τοιαύτῃ λέξει ὁ Δεσπότης ἐχρήσατο. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σολομὼν λέγει, μέλι ἀποστάζειν ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, παρὰ φύσιν δὲ τὸ λεγόμενον· πῶς γὰρ δυνατὸν ἀπὸ χειλέων γυναικὸς μέλι ἀποστάξαι ποτέ; ἀλλὰ τὸ δοκοῦν τῆς ἀπάτης ἡδὺ καὶ τῆς ματαίας ἡδονῆς τὴν ἀπάτην μέλι ὁ λόγος ἐκάλεσεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα πλάτος λέγει ὁδοῦ τὰ διάφορα τῶν ἡδονῶν πάθη, καὶ πᾶσαν τὴν τοῦ βίου ἀπόλαυσιν. Ἀκούσατέ μου οἱ τὸν αὐχένα ὑποκλίναντες καὶ δεξάμενοι τὸν χρηστὸν καὶ τὸν ἐλαφρὸν καὶ μακάριον ζυγὸν, μονάζοντες καὶ παρθένοι· ἀκούσατέ μου ὅσαι ἀφιερώσατε ἑαυτὰς καὶ ἐδώκατε τὰ σώματα ὑμῶν τῷ Κυρίῳ· ἀκούσατέ μου αἱ τοῦ οὐρανίου νυμφίου στέφανοι, ἀκούσατέ μου αἱ τοῦ ἡλίου λαμπρότεραι, ἀκούσατέ μου αἱ τῆς βασιλείας εἴσοδοι, ἀκούσατέ μου αἱ τοῦ Θεοῦ φίλαι,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκούσατέ μου [239] αἱ τοῦ Δαυὶδ χορεύτριαι, ἀκούσατέ μου τὰ τῆς Ἐλισαβὲτ ἔγγονα, ἀκούσατέ μου αἱ Ἰωάννου σύντροφοι, ἀκούσατέ μου αἱ κληρονόμοι Θεοῦ, ἀκούσατέ μου αἱ τὸ σκάμμα καὶ τὴν νίκην καὶ τὸν ἀγωνοθέτην ἐν τῷ σκάμματι περιφέρουσαι, ἀκούσατέ μου αἱ Μαρίας ἀδελφαί, ἀκούσατέ μου αἱ μητέρες καὶ νύμφαι καὶ δουλίδες Χριστοῦ· οὐχὶ ἐμοῦ δὲ ἀκούσατε, παρακαλῶ, ἀλλὰ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, *Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, παραστῆσατε τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.* Ἀξιόπιστος ὁ παρακαλῶν, καὶ μὴ παραιτήσει τὴν δόσιν. Ἴδε τίς ἐστιν ὁ παρακαλῶν σε, καὶ φρίξον τὴν αἴτησιν· ὁ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀναβάς, ὁ φωνῆς Θεοῦ ἀξιωθείς, ὁ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, παρακαλεῖ, Παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν ἁγνὰ τῷ Θεῷ. Τί παρακαλεῖς, Παῦλε; τί γάρ σοι μέλει περὶ τῶν παρθένων; οὐ σὺ εἶπας, ὅτι *Περὶ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω*; οὐ σὺ εἶπας, *Τίμιος ὁ γάμος*; οὐ σὺ εἶπας, *Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους τῆς συμμιξίας*; τί νῦν ἁγνείαν κηρύττεις; εἶτα δὲ τί σοι λοιπὸν μέλει περὶ τῶν παρθένων; ἐκ σαρκικοῦ γάμου καὶ φθορᾶς θέκλαν ἥρπασας, καὶ ἔσωσας· τί σοι περὶ τῶν λοιπῶν παρθένων μέλει λοιπόν; Ναί, φησὶ, σφόδρα φροντίζω περὶ τοῦ ἀγνοῦ καὶ ἀπαθοῦς γάμου. Εἰ γὰρ τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐμεσίτευσα γάμῳ, πολλῷ μᾶλλον τὸ τοῦ Χριστοῦ μεσιτεύσω μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· νυμφαγωγός εἰμι τοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἀρκεῖταί μου ὁ Δεσπότης μιᾷ κόρῃ, οὐ θέλει ἕνα γάμον· πολλὴ αὐτοῦ ἡ προίξ, πολλὴ ἡ κληρονομία. Διὸ ἀπέστειλέ με πολλὰς αὐτῷ συναγαγεῖν· ὅθεν ἔλεγεν, *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.* Ὅρα πόσην ἀκρίβειαν εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ἵνα μὴ σαρκικὸν τὸν γάμον νομίσῃς εἶναι. Ὦ τῆς τυφλότητος! ὦ τῆς ἀνοίας! τίς οὐκ ἂν ποθήσειε τὸν ἄφθαρτον καὶ ἀκήρατον γάμον; τὴν ἀγνὴν κοίτην, τὴν ἀσπίλον παστάδα; τὴν ἀμόλυντον λοχείαν; τὴν ἀθάνατον συνάφειαν; τὴν ἀπαυῆ τεκνογονίαν; τὴν ἀπένθητον φιλανδρίαν; τὴν ἀζήμιον προίκα; τὴν αἰώνιον ἀπόλαυσιν; τὴν ἀμέριμνον ζωήν; τὴν μετὰ Χριστοῦ συνοικεσίαν; τὴν μετὰ ἀγγέλων διαγωγήν; τὴν τῶν θεοπρεπῶν ἁσμάτων τερπνότητα; τὴν εὐωδίαν τὴν πανάρετον; τὴν πάμφωτον λυχνίαν; τὴν παγκόσμιον ἐλευθερίαν; τὴν πρὸς Θεὸν πορείαν; τὴν μετὰ ἀγγέλων χορείαν; τὴν τοῦ σώματος ῥῶσιν; τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα; Ἡ γὰρ συναφθεῖσα πρὸς γάμον ἀνδρὶ μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει φθειρομένῃ σαρκί· οὕπω τίκτει, καὶ τὸ πένθος ὀδυρᾶται· θρῆνος πολλάκις διὰ τὸν ἄνδρα, θρῆνος περὶ στειρώσεως, καὶ ἀτεκνίας, θρῆνος περὶ πολυτεκνογονίας, τούτων ὑνησκόντων· θρῆνος ἀτάκτως τῶν τέκνων περιπατούντων. Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου παρθένος μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ. Ἀκούσατε μετὰ ἀκριβείας τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος, *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.* Καὶ οὐκ εἶπε, Σὲ, ἀλλα, Ὑμᾶς, ἵνα μὴ νομίσῃς περὶ σαρκικοῦ γαμου λέγειν αὐτόν. *Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς*, φησὶ, [240] *παραστῆσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.*

Κοινὸν τὸ παράγγελμα, μάλιστα δὲ ἐπιβάλλει τοῖς ἁγιωσύνην ἀσκοῦσιν. Οἱ γὰρ τῷ ἁγίῳ ἁγίως προσελθεῖν βουλόμενοι, ἐαν μὲν κατορθώσωσιν ἐνταῦθα, μεγάλων καὶ λαμπρῶν στεφάνων τυγχάνουσιν· οἵτινες δὲ προθέμενοι οὐκ ἐτελείωσαν, ἐξαίσιον αὐτοῖς τὸ πτῶμα γίνεται. Καὶ γὰρ δεινὸν ἀπὸ ὕψους πεσεῖν, καὶ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα, ἢ ἀπὸ τοῦ χαμαὶ πεσεῖν. Πένης μὲν ἐὰν μέχρι τέλους τῇ πενίᾳ συζῇ, κουφοτέρως φέρει τὸν ὀνειδισμόν· πλουσίου δὲ εἰς πενίαν ἐληλακότος θανάτου χεῖρον τὸ θέλημα[*] γίνεται. Οὕτως εἶμαι πικρότερον εἶναι τὸ δάκρυον καὶ τὸ πένθος θρηνωδέστερον τῆς παρθενικῆς ἀπωλείας, τοῦ τῶν καθ' ἡμέραν δίκην χοίρων ἐν βορβόρῳ κυλινδουμένων καὶ ἁμαρτανόντων· ἐπειδὴ ἐκείνοις τέχνη τῆς εὐπορίας ἡ συνήθεια τῆς ἁμαρτίας γεγενηται λοιπόν· ἐπὶ δὲ ταῖς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φυείρασιν, πενθεῖν εἶμαι καὶ θρηνεῖν, κόπτεσθαι καὶ κατατιλλεσθαι ἄξιον, τοῦ τοιούτου καὶ τηλικούτου ὑησαυροῦ αὐρόως διωρυγμένου. Τί δέ ἐστιν ἐπὶ σοὶ, ὦ παρθένε; πότε ἡ ποία ὄψις πολεμικὴ ἡπάτησέ σε; ποῖα ξίφη; ποῖα δόρατα; ποῖαι ἀσπίδες; ποῖος στρατιωτῶν θόρυβος οὕτω ταχέως τῆς ἀσφαλείας ἀποστῆναι ἠνάγκασε· σὺ ὑπῆρχες καὶ πόλις καὶ ναὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τεῖχος καὶ φύλαξ τῆς πόλεως καὶ τῆς πύλης. Ἀλλ' ὦ τοῦ θρήνου! πῶς συνεχώρησας τῷ ἐχθρῷ ἄνευ ἀνάγκης ἀνοῖξαι ταύτην; πῶς βραχείᾳ ὥρᾳ δελεασθεῖσα ἐκείνην προέδωκας, δι' ἧς ὁ Χριστὸς ἐξελθὼν ἐσφράγισεν; Ὦ τοῦ κακοῦ πολέμου! τὸ τεῖχος διέῤῥηξας, τὸν ναόν σου τὸν ἅγιον διέφθειρας, τὰς συνθήκας τοῦ γάμου παρέβης, τὰ γράμματα ἀπῆλειψας. τὴν προῖκα ἠθέτησας, τὴν τοῦ Χριστοῦ κοίτην ἐνύβρισας· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἐνέχυρον ἀπώλεσας. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐνταῦθα νόμους, ποῖαι τιμωρίαι μένουσι τὴν μοιχαλίδα; Τί δὲ σὺ ποιήσεις, ἡ οὐχὶ συνδούλου κοίτην ἐνύβρισας, ἀλλὰ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ζῶντος ἀεὶ, πηλῷ φθειρομένῳ καὶ δυσωδίᾳ συμπλακεῖσα; Πῶς σε πενθήσω οὐκ οἶδα· μηδενὸς γὰρ πολεμήσαντος τέτρωσαι, ἄνευ ξίφους ἀποτέτμησαι. Τίνα σε κρίνω οὐκ οἶδα· ἄσπλαγχνον, ἢ ἀσυνείδητον, ἢ ὡς ψυχοφθόρον, ἢ ὡς αὐτοφόνον. Τοσαύτη γὰρ τῆς μανίας ἐκείνης ἡ ὕβις, οὐχ εὑρίσκουσα ἄξιον τοῦ πένθους τὸν ὄνειδον. Ἆρα οὐκ ἐμνήσθης τῶν συνθηκῶν τοῦ Χριστοῦ; οὐκ ἐμνήσθης τῆς ἁγνείας, ἐν ᾗ καθ' ἡμέραν σοι ὁ Χριστὸς πρὸς τῇ πλευρᾷ καὶ τῷ μαστῷ ἀοράτως καὶ μυστικῶς σκιρτῶν καὶ ἀγαλλόμενος; Καὶ διὰ τί δέ; Ἐπειδὴ καὶ σὺ Μαρία ὑπῆρχες ἕως οὗ τὴν παρθενείαν διεφύλαττες. Ποῖος οὖν κηρὸς πονηρίας συνέτηξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; ποία σκοτομήνη ἐσκότισέ σε, ὥστε τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιῆσαι μέλη πορνείας; Ὦ τοῦ πένθους! τὴν πορνικὴν δυσωδίαν τῆς παρθενικῆς εὐωδίας προέκρινας; τὸν τῆς ἡδονῆς βόρβορον τῷ μύρῳ κατήλλαξας; Οὐκ ἐμνήσθης τῆς κατανυκτικῆς[**] πλήρτς ὥρας ἐκείνης, ἐν ᾗ συγχαίροντες ἄγγελοι ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωποι εἰς τὸν νυμφῶνά σε τοῦ Χριστοῦ λαμπάδας [241] κατέχοντες προέπεμπον, Δαυϊτικὰ ᾄσματα ᾄδοντες, καὶ τὴν πτωχὴν καὶ πένητα νύμφην Χριστοῦ καὶ βασιλίδα πάντες ἐκήρυττον;

Ὦ τίς μὴ πενθήσῃ τὴν βασιλέα καταλείπουσαν, σαπρία σκωλήκων ἑαυτὴν συνάψασαν, [ᾗ] καὶ μεθ' οὗ ἤμελλε συζῆν καὶ συμβασιλεύειν κατεφρόνησε, καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐν γεέννῃ πυρὸς ἐμβάλλεσθαι μέλλοντα ἐπόθησεν; Ἵνα τί τοιοῦτον βόθρον ἑαυτῇ κατώρυξας; Ἀλλὰ τὸ πλάτος σε τῆς ὁδοῦ ἠπάτησε. Ποῖον πλάτος, παρακαλῶ; τί σοι ἐπηγγείλατο ὁ ὁδηγὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ πρόξενος τῆς γεέννης; ποίαν ἀπόλαυσιν βίου ὁ ἀνθρωποκτόνος; οὐκ ἤκουσας, ὦ παρθένε, τοῦ Δεσπότου λέγοντος, ἐν Εὐαγγελίοις, *Ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃς, τὴν δὲ ψυχήν σου ζημιωθῇς, τί ὠφέλησας*; Ἀλλ' ὦ τῆς τυφλότητος! ὦ τῆς ἀνοίας! ὦ τῆς σκοτώσεως! ἐννόησον, ὦ παρθένε, τὴν ἀπώλειαν· ἐννόησον τίνα μὲν προκρίνεις, τίνα δὲ ἀθετεῖς, τί δέ σοι τὸ χαριζόμενον παρὰ τοῦ ἀπατοῦντος· ῥοπὴν ἡδονῆς ἐν πηλῷ συμπεφυρμένην, καὶ σταγόνα βορβόρου ἐν παρθενικῇ γαστρὶ ὑπὸ ἁμαρτίας μιγνύμενον, καὶ γέενναν πυρὸς, καὶ σκώληκα ἀτελεύτητον ἀπάγουσα. Φρίξον τὴν ἀσχημοσύνην ἐκείνην. Ἆρα γὰρ ταύτην ἡδονήν ἔστιν εἰπεῖν ἀπόλαυσιν βίου; ἆρα τοῦτο τρυφή, τοῦτο πλάτος; τίς αὕτη τῆς μανίας ἡ συγκατάθεσις; Ἀλλὰ νῆφε ἐν πᾶσι καὶ λέγε· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. Χαῖρε οὖν πάντοτε, καθὼς γέγραπται· *Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις*· ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ καταστραπτέτω ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Μὴ ῥίψασπις γένῃ στρατιώτης, μὴ δειλὸς καὶ ὀκνηρὸς ἐργάτης, μὴ φύγῃς τὸν στέφανον. Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ κρίσις μακρά. Πρὸς ταύτην ἀφορῶν, ἀδελφὲ, ὑποζώνει σου τὴν καρδίαν ἅμα τῷ ἁγίῳ, καὶ λέγε· *Ἀνδρίζου, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον*· μιμοῦ τὸν Δαυὶδ, καὶ μιᾷ λίθου βολῇ κατάῤῥαξον τὸν πολέμιον. Ἑστήκασιν ἄγγελοι θεωροὶ τοῦ βίου σου· *Θέατρον* γάρ, φησὶν, *ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις*· ἐάν σε ἴδωσι νικῶντα, χαίρουσιν ἐπὶ τῷ κατορθώματι· ἐὰν ἡττώμενον, ἀναχωροῦσι στυγνοὶ, γελῶσι δὲ ἐπὶ σοὶ τὰ δαιμόνια. Σπάσαι οὖν ἀντὶ ῥομφαίας τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ὁ γὰρ φόβος τοῦ Θεοῦ ὡς μάχαιρα δίστομός ἐστι, συγκόπτων πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηρὰν.

[*] Τὸ θέλημα corruptum videtur. Conjectum est τὸ τέλμα.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

peccati vero affectum non extinxisti. Cur lata et spatiosa est via ad perditionem? Per viam hic indicat vitam : mundana enim voluptas deceptis hominibus videtur lata esse via. Quid autem recte sentientibus est hac ærumnosius? Nam quæ angusta existimatur, ad cœlos ducit; quæ vero lata videtur, omnes qui eam sequuntur ad orcum detrahit. Ne putes enim, o dilecte, viam illam vere latam esse, aut bonam, quia hoc dicto usus est Dominus. Nam ut Salomon ait mel distillare a labiis meretricis, quod sane præter naturam est; quomodo enim potest unquam mel distillare a labiis mulieris? sed quod in tali fraude dulce videtur, et vanæ voluptatis fallacia mel appellatur : ita et hic latitudinem viæ appellat diversos voluptatum affectus, et totam vitæ suavitatem. Audite me vos qui cervicem demisistis, et bonum, leve beatumque jugum accepistis, monachi et virgines : audite me quæcumque vosmetipsas consecrastis, et corpora vestra Domino dedistis : audite me cœlestis Sponsi coronæ : audite me vos, quæ sole estis splendidiores : audite me, vos qui regni estis aditus : audite me, Dei amicæ; audite me, vos Davidis choro adjunctæ; audite me, progenies Elizabethæ; audite me, Joannis coalumnæ; audite me, hæredes Dei; audite me, quæ stadium et victoriam et agonothetam in stadio circumfertis; audite me, Mariæ sorores; audite me, matres, sponsæ et famulæ Christi. Non me audiatis, quæso, sed Apostolum dicentem : *Obsecro itaque vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem* (*Rom.* XII, 1). Fide dignus est qui obsecrat, et non recusabit munus. Vide quis sit is qui te obsecrat, et petitionem cum tremore reverearis : qui usque ad tertium cœlum ascendit, qui Dei voce dignus est habitus, qui arcana verba audivit, obsecrat vos ut exhibeatis corpora vestra casta Deo. Quid obsecras, Paule? quorsum enim de virginibus es sollicitus? nonne tu dixisti, *De virginibus præceptum Domini non habeo* (I *Cor.* VII, 25)? annon dixisti, *Honorabile connubium* (*Hebr.* XIII, 4)? annon dixisti, *Nolite fraudare invicem coitu* (I *Cor.* VII, 5)? cur nunc castitatem prædicas? postea vero cur de virginibus es sollicitus? e carnalibus nuptiis et corruptione Theclam rapuisti et servasti : cur tandem de reliquis virginibus es sollicitus? Imo, inquit, admodum sollicitus sum de casto et passionibus libero connubio. Si enim hominum interveni nuptiis; multo magis iis, quæ Christi sunt, interveniam cum sedulitate plurima. Pronubus sum Christi : non sufficit Domino meo una puella, non vult unicum connubium : multa ejus dos est, multum patrimonium. Quapropter me misit ut multas illi colligerem : ideo ait : *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (II *Cor.* XI, 2). Vide quanta cum accuratione locutus est Apostolus, ne carnale connubium esse existimes. O cæcitatem! o insipientiam! Quis non cupiat incorruptum et indefessum connubium, cubile castum, thalamum immaculatum, puerperium incontaminatum, contactum immortalem, filiorum procreationem passionibus vacuam, amorem erga virum non luctuosum, dotem a damno tutam, delectationem æternam, vitam a curis liberam, cum Christo cohabitationem, cum angelis societatem, cantuum divinorum dulcedinem, ex omni virtute prodeuntem suavitatem, candelabrum omni luce fulgens, libertatem undique decoram, ad Deum profectionem, cum angelis choreas, corporis robur, animæ puritatem? Quæ enim connubio juncta est viro, cogitat quomodo placeat corruptæ carni : nondum parit, et calamitatem deflet; luctus sæpe propter maritum; luctus propter sterilitatem et sobolis defectum; luctus propter liberorum multiplicitatem, cum moriuntur; luctus liberis inordinate vitam agentibus. Virgo autem Domini cogitat quomodo placeat Domino. Diligenter audite Apostolum clamantem, *Despondi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo*. Non dixit *te*, sed *vos*, ne existimes eum de carnali connubio loqui. *Obsecro itaque vos*, inquit, *ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem* (*Rom.* XII, 1).

Communis est exhortatio, maximeque res docet eos qui sanctitatem exercent. Illi enim qui ad sanctum (Christum) sancte accedere volunt, si hic recte se gerant, magnas et splendidas consequuntur coronas : qui vero quod proposuerunt non perfecere, eminenti lapsu ruunt. Est enim terribile ab alto cadere (idque res ipsa testificabatur), magis quam in humo stantem labi. Pauper quidem, si usque ad finem in paupertate degat, levius fert contumeliam; divite autem in paupertatem decidente, morte deterior est afflictio. Sic arbitror acerbiores esse lacrymas et planctum ob amissionem virginitatis, quam illorum qui velut porci quotidie in luto volutantur peccantes : quandoquidem his peccandi consuetudo in artem facilem et commodam transiit; de illis vero quæ templum Dei violarunt, lugere oportet, ut arbitror, plangere, pectus tundere, capillos divellere, tanto talique thesauro penitus perfosso. Quid enim tibi accidit, o virgo? quantus vel qualis aspectus hostilis te decepit? quales gladii? quales hastæ? quales clypei? qualis militum tumultus tam cito te a defensione coegit desistere? Tu eras et urbs et templum Christi, murusque et custos urbis et portæ. At, proh dolor! quomodo hosti concessisti hanc sine necessitate aperire? quomodo brevi tempore inescata illam prodidisti, per quam Christus egrediens illam obsignavit? O bellum improbum! murum perfregisti, sanctum templum tuum corrupisti, pacta nuptialia violasti, litteras delevisti, dotem abrogasti, Christi cubile contumelia affecisti, imo pignus perdidisti. Nonne vides hujus mundi leges, quæ supplicia adulteræ parentur? quid vero tu facies, quæ non violasti cubile conservi, sed Domini nostri Jesu Christi in æternum viventis, luto corrupto et fœtori conjuncta? Quomodo te lugeam nescio : nemine enim bello gerente vulnerata es, sine gladio es abscissa. Quam te judicem esse nescio : an sine visceribus, an sine conscientia, an ut animæ corruptricem, an ut tui interfectricem. Talis enim est dementiæ istius species, ut non reperiat tanto luctu dignum opprobrium. An immemor es fœderum cum Christo? annon recordaris pudicitiæ, in qua Christus quotidie tibi ad latus et ad pectus invisibiliter et mystice exultabundus erat? Qua vero de causa? Quia tu vel ipsa Maria eras, quandiu virginitatem servabas. Quænam igitur cera nequitiæ conglutinavit oculos tuos? quæ nox illunis te obtenebravit, ut membra Christi facias membra fornicationis? Proh dolor! fœtorem meretricium virginali suavitati præposuisti? voluptatis lutum cum unguento commutasti? annon compunctione plena recordaris illius horæ, in qua simul lætantes et angeli et homines in nuptialem Christi thalamum lampades tenentes te deduxerunt, Davidicos cantus modulantes, ac te mendicam pauperemque omnes Christi sponsam et reginam prædicarunt?

Eheu! quis non lugeat eam quæ Regem deserit, et vermium putredini se conjungit, atque eum quocum regnatura erat contempsit, atque eum, qui a Rege in gehennam ignis injiciendus erat, concupivit? Quare talem foveam tibi fodisti? At viæ latitudo te decepit. Quæ tandem latitudo? quid tibi promisit dux ille viæ ad perditionem, impulsor ad gehennam? quam vitam beatam pollicitus est homicida ille? nonne audisti, o virgo, Dominum in Evangeliis dicentem : *Si mundum universum lucraris* (*Matth.* XVI, 26), *animæ vero tuæ detrimentum patiaris, quid tibi prodest* (*Marc.* VIII, 36)? At, o cæcitatem! o insipientiam! o hebetudinem! Cogita, o virgo, perniciem : animo concipe, quem præponas, quem recuses, quid tibi offerat deceptor ille : voluptatis paululum luto commixtum, guttas sordium in ventre virginis cum peccato commixtas, gehennam ignis, et vermem immortalem. Exhorresce hanc turpitudinem. Hanccine voluptatem appellare licet, aut vitam beatam, aut delicias? hæccine viæ latitudo? quis iste insaniæ affectus? Sed sobrius esto in omnibus et dicito, Non enim ignoramus cogitationes ejus. Gaude itaque semper, ut scriptum est : *Modestia vestra nota sit omnibus homi-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nibus (*Philipp.* IV, 5) : timor Dei in corde tuo fulgeat. Ne sis miles qui scutum abjecit, ne sis operarius segnis et piger, ne fugias coronam. Vita brevis est, et judicium in longum tempus. Hoc respiciens, frater, cor tuum compella, cum viro sancto, et dic : *Viriliter age, et confortetur cor tuum et sustine Dominum* (*Psal.* XXVI, 20) : imitare Davidem, et uno lapidis ictu adversarium confringe. Stant angeli vitæ tuæ spectatores ; ait enim : *Spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus* (I *Cor.* IV, 9) : si te victorem, viderint, ob res bene gestas lætantur ; si victum mœsti discedunt ; dæmonia vero ex adverso rident. Stringe igitur pro gladio timorem Dei : nam timor Dei est sicut gladius anceps, abscindens omnem cupiditatem malam.

Semper igitur assume timorem Dei, in memoria perpetuo retinens diem ultimum, quando cœli igne combusti dissolventur, quando astra ut folia decident, sol autem et luna tenebris obtegentur, nec dabunt lucem suam ; quando Filius hominis apparebit et ex cœlis descendet in terram, et Virtutes cœlorum commovebuntur ; quando angelorum erunt decursiones, tubarum invadentium voces ; quando ignis in conspectu ejus ardens et transcurrens ut orbem incendat, et in circuitu ejus tempestas valida, terræ motus horrendi, et fulmina qualia nunquam fuere, nec futura sunt usque ad diem illum : ita ut ipsæ Virtutes cœlorum tremore magno corripiantur. Quales igitur nos esse oportet, fratres mei ? qualis timor et qualis horror nos invadet ? Animo perpende Israelem in deserto, quomodo non sustinebant turbinem et caliginem vocemque Dei e medio igne loquentis, sed operam dabant ne verbum iis adderet. Revera enim non ferebant quod mandabatur, quamvis Deo non in ira descendente nec cum excandescentia ipsos alloquente, sed corroborante per hanc consolationem, quod ipse cum iis esset. Audi igitur, mi frater, si adventum ejus cum consolatione non potuimus ferre, quando nec cœli igne combusti dissolvebantur, nec tubæ sonabant, ut sonatura est tuba illa, et excitatura eos qui a seculo discubuerunt, nec ignis terrarum orbem inundabat, nec ullus eorum qui futuri sunt terror invadebat ; quid faciemus, quando descendet cum ira et furore intolerabili, et sedebit super solium gloriæ suæ, et advocabunt terram ab ortu solis usque ad occasum, et ab omnibus terræ finibus ad discernendum ejus populum, et retribuendum cuique secundum opera sua ? Hei mihi ! quales nos esse oportebit, quando adstabimus nudi et expositi, mox ducendi ad horrendum tribunal ? hei mihi ! hei mihi ! Ubi tunc procacitas ? ubi tunc carnis fortitudo ? ubi pulchritudo falsa et inutilis ? ubi tunc vocis humanæ dulcedo ? ubi tunc in loquendo fiducia insolens et inverecunda ? ubi tunc vestium ornatus ? ubi tunc peccati voluptas immunda et vere sordida ? ubi tunc ii qui stercus masculorum in deliciis habent ? ubi tunc ii qui cum tympanis et instrumentis musicis vinum sorbent ? ubi tunc contemptus ille eorum qui sine timore vivunt ? ubi tunc luxus et voluptas ? Omnia enim transierunt, et ut mollis aer dissoluta sunt. Ubi tunc amor argenti et possessionum, atque inde orta inhumanitas ? ubi tunc immanis illa superbia, quæ omnia fastidit, et ipsa aliquid esse videtur ? ubi tunc inanis et vana hominum promotio et gloria ? ubi tunc imperium et tyrannis ? ubi tunc imperator ? ubi princeps ? ubi dux ? ubi qui in potestate sunt, qui superbiunt in divitiarum copia et Deum contemnunt ? Tunc *Videntes sic admirati sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis, in spiritu vehementi conterentur* (*Psal.* XLVII, 6 8). Ubi vero tunc sapientia sapientium ? ubi inanes eorum doli ? Væ, væ illis ! *Turbati sunt et commoti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est* (*Psal.* CVI, 27). *Ubi* tunc *sapiens? ubi scriba ? ubi conquisitor hujus* vani *sæculi* (I *Cor.* I, 20) ? Mi frater, tecum reputa quales nos esse oportet, rationem dantes eorum quæ fecimus, sive magna, sive parva : nam vel de otioso verbo rationem daturi sumus coram justo Judice. Quales itaque nos esse oportet in hora illa, si gratiam in conspectu ejus inveniamus ? quale vero gaudium invadet nos ad dextram Regis segregatos ? quales nos esse oportet cum sancti omnes nos salutant ? Ibi te salutat Abraham, Isaac et Jacob, Moyses, Noe, Job, sanctique prophetæ, et apostoli et martyres, ac justi omnes, qui Deo bene placuerunt in vita carnis suæ, et quoscumque audis vitamque ipsorum admiraris, quos etiam conspicere cuperes : ipsi ad te veniunt, et amplectentes te salutant, de salute tua exsultantes. Quales itaque tunc nos esse oportet ? quale ineffabile gaudium habere, quando Rex iis qui a dextra sunt cum hilaritate dicet : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (*Matth.* XXV, 34) ? Tunc, mi frater, accipies regnum decorum, et diadema formosum de manu Domini, et in posterum cum Christo regnabis : tunc possidebis bona illa, *Quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum* (I *Cor.* II, 9) : tunc demum sine sollicitudine eris, non amplius timens ullam animi consternationem. Tecum reputa, mi frater, qualis res sit in cœlis regnare : ut enim diximus, accipies diadema e manu Domini, et in posterum regnabis cum Christo. Tecum reputa, mi frater, quale sit vultum Dei perpetuo conspicere, quale sit illum habere pro luminari : tunc enim non erit tibi sol ad lucendum per diem, ut ait Isaias, *Nec splendor lunæ illuminabit te* per noctem ; *sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus in gloriam tuam* (*Isai.* LX, 19). Ecce, mi frater, quale gaudium depositum est pro iis qui timent Dominum et observant mandata ejus. Post hæc autem, considera etiam peccatorum perniciem, cum ducuntur ad terribile tribunal, qualis pudor illos invadet coram justo Judice, non habentes verbum excusationis ; qualis confusio apprehendet eos ad sinistrum Regis segregatos, qualis caligo incidet in eos, quando *Loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos* (*Psal.* II, 5), dicens, *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (*Matth.* XXV, 41). Hei mihi ! hei mihi ! qualem afflictionem et angustiam sentiet ipsorum spiritus, cum clamor fiet omnium dicentium : *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum* (*Psal.* IX, 18) ? Hei mihi, qualis est locus, ubi est *Fletus et stridor dentium* (*Matth.* XXV, 30), qui vocatur Tartarus, quem et ipse satanas horret ! hei mihi, qualis est gehenna ignis inexstincti ! hei mihi, qualis est insomnis et venenum ejaculans vermis ! hei mihi, quales sunt angeli suppliciis præpositi, crudeles et immisericordes ? Conviciantur enim et objurgant graviter. Tum qui puniuntur clamabunt ad Dominum, et non audiet eos : tunc scient quoniam vana ipsis evaserunt omnia ad hanc vitam pertinentia, et quæ hic putabant dulcia esse, felle et veneno acerbiora inventa erunt. Ubi tunc illa peccati voluptas falso sic dicta ? non enim est alia voluptas præter timorem Domini. Hæc revera est voluptas, hæc revera sicut adipe et pinguedine replet animam. Tunc seipsos condemnabunt, et opera quæ fecerunt : tunc confitebuntur dicentes justum esse judicium Dei. Hæc enim audivimus, et noluimus nos convertere ab iniquis nostris operibus. Et tunc hæc efferent dicentes : Hei mihi, in peccatis non æquiparandis concepto ! supra numerum arenæ maris peccavi, et peccatorum pondere obruor ac, si multis vinculis ferreis constrictus essem : non enim est mihi fiducia ut ad summum cœlum suspiciam. Ad quem itaque confugiam, nisi ad te, hominum amator, nisi ad te qui peccatorum non recordaris ? *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam : amplius lava me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me : quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et malum coram te feci* (*Psal.* L, 3-6). Ad te confugio propter multam bonitatem tuam et misericordiam : te irritavi, et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Λάμβανε οὖν πάντοτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, μιμνησκόμενος τὴν ἐσχάτην ἡμέραν διαπαντὸς, ὅταν οἱ οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, ὅταν ἄστρα ὡς φύλλα πεσοῦνται, ἥλιος δὲ καὶ σελήνη σκοτισθήσονται, καὶ οὐ δώσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν· ὅταν φανερωθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ κατέλθῃ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· ὅταν ἀγγέλων καταδρομαὶ, αἱ φωναὶ τῶν σαλπίγγων ἐπερχομένων, πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καιόμενον καὶ διατρέχον κατακλύζειν τὴν οἰκουμένην, κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα, σεισμοὶ φοβεροὶ καὶ κεραυνοὶ, οἵ οὐδέποτε ἐγένοντο οὐδὲ γίνονται ἕως [242] ἐκείνης τῆς ἡμέρας. ὥστε καὶ αὐτὰς τὰς δυνάμεις τῶν οὐρανῶν τρόμῳ μεγάλῳ συλληφθῆναι. Οὐκοῦν ποταμοὺς δεῖ εἶναι ἡμᾶς, ἀδελφοί μου; ποῖος φόβος καὶ ποία φρίκη λήψεται ἡμᾶς; κατανόησον τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε οὐκ ἴσχυσαν τὸν γνόφον καὶ τὸν ζόφον καὶ τὴν φωνὴν τοῦ λαλοῦντος Θεοῦ ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς, ἀλλ' ἐσπούδασαν τοῦ μὴ προσθεῖναι αὐτοῖς λόγον. Οὐδὲ γὰρ κατὰ ἀλήθειαν ἔφερον τὸ διαστελλόμενον, καίπερ οὐ μετὰ θυμοῦ κατελθόντος, οὐδὲ μετ' ὀργῆς λαλοῦντος πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ παρακλήσει πληροφοροῦντος αὐτοὺς, ὅτι αὐτός ἐστι μετ' αὐτῶν. Ἄκουσον οὖν, ἀδελφέ μου, εἰ μετὰ παρακλήσεως οὐκ ἰσχύσαμεν βαστάσαι τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ, ὅτε οὔτε οἱ οὐρανοὶ πυρούμενοι ἐλύθησαν, οὔτε οἱ σαλπίζοντες ἤχησαν καθὼς μέλλει ἠσάλπιγξ ἐκείνη βοᾷν καὶ ἐξυπνίζειν τοὺς ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένους, οὔτε πῦρ κατακλύζον τὴν οἰκουμένην, οὔτε τι τῶν μελλόντων γίνεσθαι φοβερῶν ἐγένετο· τί ποιήσομεν ὅταν κατέλθῃ μετ' ὀργῆς καὶ θυμοῦ ἀνυποστάτου, καὶ καθίσῃ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ προσκαλέσωνται τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; Οἴμοι! ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ἡμᾶς, ὅτε παριστάμεθα γυμνοὶ καὶ τετραχηλισμένοι, μέλλοντες εἰσάγεσθαι εἰς τὸ φρικτὸν βῆμα; οἴμοι, οἴμοι! ποῦ τότε ἡ περιπρότης; ποῦ τότε ἡ ἀνδρεία τῆς σαρκός; ποῦ δὲ τὸ κάλλος τὸ ψευδὲς καὶ ἀνωφελές; ποῦ τότε ἡ ἡδυφωνία τῶν ἀνθρώπων; ποῦ τότε ἡ παῤῥησία ἡ ἀναιδὴς καὶ ἀναίσχυντος, ποῦ τότε ὁ καλλωπισμὸς τῶν ἱματίων; ποῦ τότε ἡ ἡδονὴ τῆς ἁμαρτίας ἡ ἀκάθαρτος καὶ μιαρὰ ἀληθῶς; ποῦ τότε οἱ τὴν κόπρον τῶν ἀῤῥένων ἡδονὴν ἡγούμενοι; ποῦ τότε οἱ μετὰ τυμπάνων καὶ μουσικῶν τὸν οἶνον πίνοντες; ποῦ τότε ἡ καταφρόνησις τῶν ἐν ἀφοβίᾳ ζώντων; ποῦ τότε ἡ τρυφὴ καὶ σπατάλη; πάντα γὰρ παρῆλθον καὶ ὡς χαῦνος ἀὴρ διελύθησαν. Ποῦ τότε ἡ φιλαργυρία καὶ ἡ φιλοκτημοσύνη, καὶ ἡ ἐξ αὐτῶν ἀσπλαγχνία; ποῦ τότε ἡ ἀπάνθρωπος ὑπερηφανία, ἡ πάντα βδελυσσομένη, καὶ αὐτὴ λογιζομένη εἶναί τι; ποῦ τότε ἡ καινὴ καὶ ματαία ἀνθρωπίνη προκοπὴ καὶ δόξα; ποῦ τότε ἡ δυναστεία καὶ ἡ τυραννίς; ποῦ τότε βασιλεὺς, ποῦ ἄρχων, ποῦ ἡγούμενος; ποῦ οἱ ἐπ' ἐξουσιῶν, οἱ γαυριώμενοι ἐπὶ πλήθει πλούτου, καὶ τοῦ Θεοῦ καταφρονοῦντες; *Τότε ἰδόντες οὕτως ἐθαύμασαν, τρόμος ἐπελάβετο αὐτούς· ἐκεῖ ὠδῖνες ὡς τικτούσης, ἐν πνεύματι βιαίῳ συντριβήσονται.* Ποῦ τότε ἡ σοφία τῶν σοφῶν; ποῦ τὰ μάταια αὐτῶν πανουργεύματα; Οὐαὶ αὐτοῖς, *Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν ὡς ὁ μεθύων, καὶ πᾶσα ἡ σοφία αὐτῶν κατεπόθη.* *Ποῦ τότε σοφός; ποῦ τότε γραμματεύς; ποῦ συνζητητὴς τοῦ αἰῶνος* τοῦ ματαίου *τούτου;* Ἀδελφέ μου, ἀναλόγισαι ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ἡμᾶς, διδόντας λόγον περὶ ὧν ἐπράξαμεν, εἴτε μεγάλων εἴτε μικρῶν· ἕως γὰρ ἀργοῦ λόγου ἀπολογίαν δώσομεν τῷ δικαίῳ κριτῇ. Ποταποὺς οὖν δεῖ εἶναι ἡμᾶς ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, ἐὰν εὕρωμεν χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ; ποία δὲ χαρὰ διαδέξεται ἡμᾶς ἀφοριζόμενους ἐκ δεξιῶν τοῦ βασιλέως; [243] ποταποὺς δεῖ εἶναι ἡμᾶς, ὅταν ἀσπάζωνται ἡμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες; Ἐκεῖ ἀσπάζεται σε Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, Νῶε, Ἰὼβ, Δαυὶδ, καὶ οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ μάρτυρες, καὶ πάντες οἱ δίκαιοι οἱ τῷ Θεῷ εὐαρεστήσαντες ἐν τῇ ζωῇ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ ὅσους ἀκούεις καὶ θαυμάζεις αὐτῶν τὸν βίον, καὶ ἤθελες ἄρτι θεάσασθαι αὐτοὺς, αὐτοὶ ἐκεῖ ἔρχονται πρὸς σὲ, καὶ περιπτυσσόμενοι ἁρπάζονταί σε, ἀγαλλιώμενοι ἐπὶ τῇ σῇ σωτηρίᾳ. Ποταποὺς οὖν δεῖ εἶναι ἡμᾶς τότε; ποταπὴν δὴ χαρὰν ἔχειν ἐκείνην τὴν ἀνεκλάλητον, ὅταν εἴπῃ ὁ Βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν μεθ' ἁρπαγῆς, *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου;* Τότε, ἀδελφέ μου, λήψῃ τὸ βασίλειον τῆς εὐπρεπείας, καὶ τὸ διάδημα τοῦ κάλλους ἐκ χειρὸς Κυρίου, καὶ λοιπὸν σὺν Χριστῷ βασιλεύσεις· τότε κατακληρονομήσεις ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ, *Ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν·* τότε λοιπὸν ἀμέριμνος ἔσῃ, μηκέτι πτοούμενος μηδεμίαν πτόησιν. Ἀναλόγισαι, ἀδελφέ μου, οἷόν ἐστι τὸ βασιλεῦσαι ἐν οὐρανῷ. Καθὼς γὰρ προείπομεν, δέξῃ τὸ διάδημα ἐκ χειρὸς Κυρίου, καὶ βασιλεύσεις τοῦ λοιποῦ σὺν Χριστῷ. Ἀναλόγισαι, ἀδελφέ μου, οἷόν ἐστι τοῦ Θεοῦ τὸ πρόσωπον βλέπειν διαπαντὸς, οἷόν ἐστιν ἔχειν αὐτὸν φωστῆρα. Τότε γὰρ οὐκ ἔσται σοι ὁ ἥλιος ὡς φῶς ἡμέρας, καθὼς φησιν Ἡσαΐας, *Οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σοι τὴν νύκτα, ἀλλ' ἔσται σου Κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ Θεός δόξα σοι.* Ἰδοὺ, ἀδελφέ μου, οἷα χαρὰ ἀπόκειται τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Ἀναλόγισαι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπώλειαν, ὅταν εἰσάγωνται εἰς τὸ βῆμα τὸ φοβερὸν, οἷα αἰσχύνη αὐτοὺς λήψεται ἐνώπιον τοῦ δικαίου κριτοῦ, μὴ ἔχοντες λόγον ἀπολογίας· οἷα ἐντροπὴ λήψεται αὐτοὺς ἀφοριζομένους ἐξ εὐωνύμων τοῦ Βασιλέως· οἷον σκότος ἐπιπέσει ἐπ' αὐτοὺς, ὅταν *Λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτοὺς* λέγων· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ·* οἴμοι, οἴμοι! οἷαν θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν ἕξει τὸ πνεῦμα αὐτῶν, ὅταν γένηται κραυγὴ πάντων λεγόντων· *Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ Θεοῦ!* Οἴμοι! οἷός ἐστιν ὁ τόπος, ὅπου ἐστὶν *Ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων*, ὁ καλούμενος Τάρταρος, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Σατανᾶς φρίσσει! οἴμοι! οἷα ἐστὶν ἡ γέεννα τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου! οἴμοι! οἷός ἐστιν ὁ ἀκοίμητος καὶ ἰοβόλος σκώληξ! οἴμοι! οἷοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐπὶ τῶν κολάσεων, ἀσπλαγχνοι καὶ ἀνελεήμονες! ὀνειδίζουσι γὰρ καὶ ἐπιπλήττουσι δεινῶς. Τότε οἱ κολαζόμενοι κεκράξονται πρὸς Κύριον, καὶ οὐκ εἰσακούσεται αὐτῶν· τότε γνώσονται ὅτι ματαία αὐτοῖς ἀπέβη πάντα τὰ τοῦ βίου, καὶ ἃ ἐνόμιζον ἐντεῦθεν ἡδέα εἶναι, χολῆς καὶ ἰοῦ πικρότερα εὑρέθησαν. Ποῦ τότε ἡ ψευδώνυμος [244] ἡδονὴ τῆς ἁμαρτίας; ἄλλη γὰρ ἡδονὴ οὐκ ἔστιν εἰ μὴ τὸ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον. Ἀληθῶς τοῦτο ἡδονή ἐστιν· ἀληθῶς τοῦτο ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπιπλᾷ τὴν ψυχήν. Τότε καταγνώσουσιν ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἔργων ὧν ἔπραξαν· τότε ὁμολογήσουσι λέγοντες ὅτι δικαία ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ. Ἠκούσαμεν γὰρ ταῦτα, καὶ οὐκ ἠθελήσαμεν ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἡμῶν πράξεων· καὶ τότε ἀνοίσουσι ταῦτα λέγοντες· Οἴμοι τῷ ἐν ἁμαρτίαις ἀνεικάστοις συλληφθέντι· *ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης ἥμαρτον, καὶ κατακάμπτομαι ἐξ αὐτῶν ὡσεὶ ἀπὸ πολλῶν δεσμῶν σιδήρου·* οὐ γὰρ ἔστι μοι παῤῥησία ἀτενίσαι εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ. Πρὸς τίνα οὖν καταφύγω, εἰ μὴ πρὸς σὲ, φιλάνθρωπε, εἰ μὴ πρὸς σὲ, ἀμνησίκακε; *Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Ἐπὶ πλεῖον πλύνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω· καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μού ἐστι διαπαντός. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα.* Πρὸς σὲ καταφεύγω διὰ τὴν πολλήν σου ἀγαθότητα καὶ εὐσπλαχνίαν· σὲ παρώργισα, καὶ πρὸς σὲ καταφεύγω διὰ τὴν πολλήν σου ἀρνησικακίαν· σὲ ἠθέτησα, καὶ πρὸς σὲ καταφεύγω διὰ τὴν πολλήν σου ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ δεόμενος βοῶ· *Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεός, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαινίσον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου,* διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ μόνον. Οὐδὲν γὰρ ἔχω προσενέγκαι σοι, οὐ πρᾶξιν ἀγαθὴν, οὐ καρδίαν καθαρὰν, ἀλλὰ θαῤῥῶν εἰς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἐπιῤῥίπτω ἐμαυτὸν, ὅπως κτίσῃς ἐν ἐμοὶ κατάνυξιν, ἵνα μὴ πάλιν καταπίπτω εὐκόλως εἰς ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐκ τοῦ νῦν λατρεύσω σοι ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, ὅτι σοῦ ἡ βασιλεία καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста ABK/FR

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ταῦτα προσδοκοῦντας, ἀδελφοί μου, σπουδάζειν ἀσπίλους καὶ ἀμώμους αὐτῷ εὑρεθῆναι ὑμᾶς ἐν εἰρήνῃ. Ὅταν ἐπέλθῃ σοι πονηρὰ ἐνθύμησις, σπάσαι τὴν μάχαιραν ταύτην, τουτέστι τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀναλόγισαι, καὶ συγκόπτεις πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἀντὶ δὲ σάλπιγγος ἔχε τὰς θείας Γραφάς· καθ' ὃν γὰρ τρόπον ἡ σάλπιγξ βοῶσα ἐπισυνάγει τοὺς στρατιώτας, οὕτω καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ βοῶσαι πρὸς ἡμᾶς ἐπισυνάγουσιν ἡμῶν τοὺς λογισμοὺς εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. Καὶ γάρ εἰσιν οἱ λογισμοὶ ἡμῶν δίκην στρατιωτῶν πολεμοῦντες πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ βασιλέως. Πάλιν δὲ τρόπον ἡ σάλπιγξ βοῶσα ἐν καιρῷ πολέμου διεγείρει τῶν νέων καὶ ἀγωνιστῶν τὴν προθυμίαν κατὰ τῶν ἀντιδίκων, οὕτω καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ διεγείρουσί σου τὴν προθυμίαν εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀνδρίζουσί σε κατὰ τῶν παθῶν. Διό, ἀδελφέ μου, ὅσον δύνασαι ἀνάγκαζε σεαυτὸν πυκνότερον ἐντυγχάνειν αὐταῖς, ὅπως ἐπισυνάξουσί σου τοὺς λογισμούς, οὓς διασκορπίζει ὁ ἐχθρὸς τῇ αὐτοῦ κακομηχανίᾳ, ἢ πονηρὰς ἐνθυμήσεις, ἢ καὶ θλίψεις πολλάκις ἐπιφέρων, ἢ εὐημερίας καὶ εὐρυχωρίας [245] πολλὰς παρέχων. Ταῦτα γὰρ κατεργάζεται τῇ αὐτοῦ πανουργίᾳ καὶ δολιότητι, ὅπως ἀπαλλοτριώσῃ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον. Ὅταν γὰρ πολλάκις μὴ δυνηθῇ διὰ τῶν ἐνθυμήσεων ἐπηρεάσαι καὶ καταβαλεῖν, τότε λοιπὸν ἐπιφέρει αὐτῷ θλίψεις, ὅπως σκοτίσῃ τὴν διάνοιαν, καὶ εὑρήσῃ λοιπὸν ἐπισπεῖραι ἃ βούλεται. Καὶ ἄρχεται ὑποβάλλειν τότε τῷ ἀνθρώπῳ τὰ τοιαῦτα ἐνθυμήματα, καὶ λέγειν μεθ' ὅρκων, ὅτι Ἀφ' οὗ ἐργάζομαι τὸ ἀγαθὸν, κακὰς ἡμέρας εἶδον· *Ποιήσωμεν οὖν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά.* Τότε ἐὰν μὴ εὑρεθῇ τις νήφων, καταπίνει αὐτὸν, ὥσπερ ᾅδης, ζῶντα. Εἰ δὲ καὶ ἐν τούτοις μὴ δυνηθῇ αὐτὸν ἐπηρεάσαι, τότε ἐπιφέρει αὐτῷ τὴν εὐρυχωρίαν, καὶ ὑψώνει αὐτὸν, καὶ ἀπάτην πολλὴν παρέχει αὐτῷ τὴν δεινοτέραν καὶ χείρονα πάντων τῶν παθῶν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ὑπερήφανον καὶ ἄφοβον ἐργαζομένη τὸν ἄνθρωπον· αὕτη εἰς τὸν βυθὸν τῶν ἡδονῶν κατασπᾷ τὸν νοῦν· αὕτη ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μὴ γινώσκειν Θεὸν, μηδὲ γινώσκειν τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν, μηδὲ ἐννοεῖσθαι τὴν ἡμέραν τοῦ θανάτου καὶ τῆς κρίσεως· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς πάντων τῶν κακῶν. Ταύτην τὴν ὁδὸν ὁ ἀγαπῶν βαδίζειν τὴν τῆς εὐρυχωρίας καὶ ἀνέσεως, εἰς τὰ ταμεῖα τοῦ θανάτου εὑρίσκεται φθάνων· αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἣν ὁ Κύριος εἶπε· *Πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν.*

ΙΑ'. *Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ θεογνωσίας, καὶ εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια, καὶ εἰς τοὺς νεοφωτίστους.*

Ὥσπερ οἱ τὰς ὄψεις τῶν σωμάτων βεβλαμμένας ἔχοντες χρῄζουσι τῶν ὁδηγούντων, ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας εἰς βάραθρον ἐμπεσόντες ἀποθάνωσιν· οὕτω καὶ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἡμαυρωμένους ἔχοντες χρῄζουσι τῶν εἰς θεοσέβειαν αὐτοὺς ὁδηγούντων, ἵνα μὴ ἐξ ἀγνοίας εἰς βυθὸν κακῶν ἐμπεσόντες ἀπόλωνται. Καὶ πᾶσα μὲν ἡ ἀνθρωπότης πρὶν τοιούτῳ κακῷ τῆς ἀβλεψία, περιεκέχυτο· καὶ ὥσπερ συμβαίνει τοῖς ἀμαύρωσιν [a], ἀντὶ τοῦ ὄντος πολλάκις ὁρᾷν τοὺς μὴ ὄντας, οὕτω καὶ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἡμαυρωμένους ἔχοντες ἀντὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ πολλοὺς ἑώρων τοὺς μὴ ὄντας. Ἀλλ' ὁ τῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν ἰατρὸς ἐξαπέστειλε νόμον καὶ προφήτας, ἰώμενος τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβλεψίαν, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ θεογνωσίαν αὐτοὺς ἄγων, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων ἀποστραφέντων τὴν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ἰατρείαν. Ἐκάμμυσαν γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν τοῦ μὴ εἰδέναι, καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν ἔφραξαν τοῦ μὴ ἀκοῦσαι, κατὰ τὸν τοῦ Ἡσαΐου λόγον, ἵνα μὴ ἐπιστραφῶσι καὶ ἰαθῶσι. Τὰ ὅμοια τούτων καὶ ἄλλος προφήτης, Ἱερεμίας, ἔκραξε λέγων· *Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα καὶ οὐκ ἰάθη· οὐκ ἀνέβη ἴασις ἐν αὐτῇ.* Βαβυλὼν δὲ ἑρμηνεύεται σύγχυσις· συγκέχυτο γὰρ ἡ ἀνθρωπότης τῇ ἀβλεψίᾳ. Ἀλλ' ὁ μὲν τρόπος ἀρίστων ἰατρῶν· τοὺς μαθητὰς ὑπερβαίνει τῶν χρονίων τραυμάτων ἡ ἰατρεία. Οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁρῶν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν μὴ ἰαθεῖσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀσέβειαν παραγίνεται ἐξ οὐρανίων ἀψίδων, ἐξ ἁγίας Παρθένου [246] Μαρίας τεχθείς, πρῶτον μὲν διὰ τοῦ σταυροῦ τὸν διάβολον τροπωσάμενος, δεύτερον δὲ τὸν θάνατον αἰχμαλωτίζων, διὰ δὲ τῆς τριημέρου αὐτοῦ ἀναστάσεως εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν χαρισάμενος, πάντας εἰς τὴν ἑαυτοῦ θεογνωσίαν ἐπήγαγε. *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον;* Παρὰ τοῦ Θεοῦ μακαριότης. Καὶ τοῦτο ἰδὼν ὁ προφήτης Δαυὶδ λέγει· *Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Τίς δὲ δυνατὸς ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;* Ἄνθρωποι γὰρ ἀνθρώπου, μακαρίζοντες οὐδὲν ὠφελοῦσι, πολλάκις δὲ καὶ βλάπτουσι, καθώς φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· *Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐτάραξαν.* ὁ δὲ μακαρίζων σὺν τῷ λόγῳ καὶ τὴν χάριν παρέχει. Καὶ λάβε τοῦ λόγου τὴν ἀπόδειξιν. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Πέτρῳ, ἡνίκα τοὺς μαθητὰς ἠρώτα, λέγων· *Τίνα με οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν εἶναι; Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι Σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος,* οὐχ ὁ νομιζόμενος ἐπίγειος. Εἶπες τὸν μακαρισμὸν, ὃς τὴν χάριν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Εἶδες τὴν χάριν ἑπομένην τῷ λόγῳ; Καὶ ἀρτίως δὲ ἐν τοῖς καταγνωσθεῖσιν ἡμῖν μακαρισμοῖς ἀκηκόαμεν ἕκαστον αὐτῶν τὴν χάριν κατάλληλον ἔχοντα. Ἐπανέλθωμεν δὲ ἐπὶ τὴν προκειμένην τῆς παρούσης ἑορτῆς ὑπόθεσιν. Βασιλέως γὰρ ἐπιγείου παρουσία χαρὰν καὶ εὐφροσύνην τοῖς παροῦσι δωρεῖσθαι εἴωθε· βασιλέως δὲ ἐπουρανίου ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τὴν γῆν παραγινομένου ἐνταῦθα, οὐ μόνον ἡμεῖς οἱ παρόντες ἀγαλλιώμεθα, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ γῆ εὐφραίνεται. Εἰ γὰρ ἡλίου ἀνατέλλοντος πᾶν τὸ ὑποκείμενον φωτίζεται, τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνατείλαντος, πῶς οὐχὶ πᾶσα ψυχὴ φωτισθήσεται ἐν τῇ φωτοφόρῳ ταύτῃ νυκτὶ, περὶ ἧς ὁ προφήτης Δαυὶδ ἀγίῳ Πνεύματι βλέπων ἔλεγεν· *Ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεταί ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται·* καὶ πάλιν· *Ὡς τὸ σκότος αὐτῆς, οὕτω καὶ τὸ φῶς αὐτῆς.* Βλέπεις ὅτι περὶ τῆς παρούσης νυκτὸς διηγεῖται; ὥσπερ γὰρ τὸ σκότος αὐτῆς ὁρᾶται τοῖς τῆς σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, οὕτω τὸ φῶς αὐτῆς φαίνεται τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασιν. Ὦ φωτοφόρου καὶ θαυμαστῆς νυκτὸς πάσης ἡμέρας φωτεινοτέρας. Πᾶσαν μὲν ἡμέραν διαδέχεται νὺξ, αὐτὴν δὲ τὴν φωτοφόρον νύκτα νὺξ οὐ διαδέχεται· *Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε.* Μὴ τῷ γράμματι πρόσεχε, ἀλλὰ τῷ πνεύματι κατανόει. Φῶς ἐστιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱός· νὺξ δὲ τὰ τοῦ σκότους ἔργα. Ὅταν οὖν φωτισθῇς τὴν ἐν σκότει ψυχὴν τῷ παρόντι φωτὶ, οὐκέτι σκότους ἔργα καταλαμβάνειν σε οὐ ναται· διὰ γὰρ τοῦτο παρεγένετο τὸ φῶς, ἵνα τὸ σκότος φυγαδεύσῃ· παρεγένετο ἡ ζωὴ, ἵνα τὸν θάνατον καταργήσῃ· καὶ πρῶτον ποιμένας δι' ἀγγέλων εὐαγγελίζεται, οὐχ ἵνα τοῖς λόγοις ἀνάθωνται τὰ θαύματα, ἀλλ' ἵνα ἀφορμὴν λαβόντες τῶν λογικῶν προβάτων ποιμένες τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τοῖς λαοῖς εὐαγγελίσωνται.

Ἐν τῷ ἁγίῳ τόπῳ τῆς Βηθλεὲμ τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν ἀποδοῦναι ἐσπεύσαμεν τῷ πάντων ἡμῶν Δεσπότῃ Θεῷ τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπῆσαι καταξιώσαντι. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, διὰ τὴν [247] ἡμετέραν σωτηρίαν ἐξ οὐρανοῦ καταβάς, οὐκ ἐρημα τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας τὰ ἐκεῖσε καταλείψας· *Τὸν γὰρ οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος,* φησὶν ὁ Ἡσαΐας· καὶ πάλιν ὁ Δαυίδ· *Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει.* Οὕτω ἐπὶ γῆς γέγονεν ἐνανθρωπήσας, καὶ ἤδη τὴν ἐν ᾅδῃ παρουσίαν μηνύει ὁ προφήτης. Οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῆς πόλεως τὸ μικρὸν τοῦτο διάστημα διανύσαντες ἤλθομεν ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον προσκυνήσαι

[a] Supple ἔχουσιν, nisi ἀμαυροῦσιν præstuleris, intransitive sumpsisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad te confugio, propter multam tuam malorum oblivionem : te rejeci, et ad te confugio, ob multam tuam bonitatem et humani generis amorem, et supplicans clamo : *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis* (*Psal.* L, 11, 12) : propter nomen tuum, idque solum. Nihil enim habeo quod ad te afferam : non opus bonum, non cor purum, sed confidens in miserationes tuas me conjicio, ut in me compunctionem crees, ne iterum facile incidam in peccatum, sed ex hoc tempore tibi serviam in sanctitate et justitia omnibus diebus vitæ meæ, quia tuum est regnum et potentia in secula. Amen.

Obsecro itaque vos, fratres mei, hæc exspectantes date operam ut sine macula et culpa inveniamini apud illum in pace. Cum mala cupido te invaserit, stringe hunc gladium, hoc est, timorem Dei in animo habe, et omnem inimici vim rescindes. Pro tuba autem habe sacras Scripturas : sicut enim tuba canens milites cogit, ita sacræ Scripturæ ad nos clamantes ratiocinia nostra cogunt ad timorem Dei. Ratiocinia enim nostra, instar militum, bellum gerunt contra inimicos Regis. Et iterum, quemadmodum tuba, belli tempore canens, excitat juvenum et bellatorum alacritatem animi contra adversarios : ita etiam sacræ Scripturæ tuam excitant alacritatem ad bonum, et contra passiones te corroborant. Quapropter, mi frater, quantum potes, tibi necessitatem impone frequentius in iis versandi, ut cogant ratiocinia, quæ inimicus malis suis machinationibus dissipat, vel nefarias cogitationes suggerens, vel etiam sæpe calamitates inducens, aut felicitates multasque res prosperas præbens. Hæc enim operatur astutia sua et dolo, ut hominem a Deo alienum faciat. Sæpe enim cum non possit per cogitationes hominem ludificari et dejicere, tunc demum calamitates ipsi inducit, ut mentem tenebris offundat, et modum tandem inveniat ea quæ vult inserendi. Tuncque incipit homini suggerere istius modi cogitationes, et cum juramentis dicere : Ex quo tempore bonum facio, malos dies vidi; *Faciamus ergo mala, ut eveniant bona.* Tum si quis non inveniatur sobrius, absorbet eum vivum sicut orcus. Si vero nec in his possit ei nocere, tunc felicitatem ei adducit, atque evehit illum, et multam affert fraudem omnibus calamitatibus graviorem et deteriorem. Illa enim est quæ superbum et metu vacuum efficit hominem ; illa in voluptatum profundum detrahit mentem ; illa efficit ut homo nesciat Deum nec infirmitatem propriam noscat, nec in mente habeat diem mortis et judicii : illa enim est omnium malorum semita. Qui amat per semitam illam prosperitatis ac remissionis ire, in penetralia mortis tendere deprehenditur. Hæc est via de qua Dominus dicit, *Lata et spatiosa est via quæ ducit ad perditionem* (*Matth.* VII, 13).

XI. SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO DE COGNITIONE DEI, ET IN SANCTA THEOPHANIA, ET IN NUPER ILLUMINATOS.

Quemadmodum ii qui in visu corporeo læsi sunt, ductoribus opus habent, ne forte, in barathrum per ignorantiam incidentes, moriantur : ita ii queis animæ oculi obtusi sunt præceptoribus indigent, ne, ex ignorantia in malorum profundum incidentes, pereant. Et antea quidem totum genus humanum hujusmodi cæcitatis malo erat circumfusum : et quod visu hebetatis contingit, ut pro rebus existentibus sæpe non existentes videant : ita etiam, quia animæ oculos obtusos habebant, pro uno atque solo Deo, multos videbant nusquam existentes. Sed corporum simul et animorum medicus legem misit et prophetas, ut hominum cæcitatem sanaret, atque eos ad divinam sui cognitionem duceret; hominibus tamen illam per legem et prophetas medelam rejicientibus (*Isai.* VI, 10). Occluserunt enim oculos suos ne viderent ; et aures suas obstruxerunt ne audirent, secundum Isaiæ dictum, ne converterentur et sanarentur. His similia alius propheta, Jeremias, clamabat dicens : *Curavimus Babylonem, et non est sanata* (*Jer.* LI, 9); medela non intravit in illam. Babylon autem explicatur *confusio* : confusum enim erat genus humanum præ cæcitate. Sed modus curandi ad optimos medicos pertinet, et discipulos exsuperat inveteratorum vulnerum curatio. Sic et unigenitus Filius Dei, Jesus Christus, videns hominum impietatem per legem et prophetas non sanatam fuisse, e cœlestibus advenit fornicibus, ex sancta Virgine Maria natus. Primo quidem per crucem diabolum in fugam convertit ; deinde mortem captivam duxit, et per triduanam ipsius resurrectionem iis qui prope et qui procul erant pacem largitus, ad ipsius cognitionem cunctos adduxit. *Ubi est, mors, stimulus tuus* (I *Cor.* XV, 55)? A Deo est beatitudo. Et hoc conspiciens propheta David dicit (*Psal.* XXXI, 1) : *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (*Marc.* II, 7). *Quis potest autem dimittere peccata, nisi solus Deus* (*Luc.* V, 21) ? Homines enim, cum beatos prædicant homines, nihil juvant, sæpe etiam nocent, sicut ait Isaias propheta : *Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant* (*Isai.* III, 12): hic vero, cum beatum dicit, una cum dicto gratiam quoque largitur. Atque dicti probationem accipe. Dixit Dominus Petro (cum discipulos interrogavit, dicens, *Quem me dicunt homines esse?*): *Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est* (*Matth.* XVI, 13 *et* 17), non autem is qui terrenus pater reputatur. Beatitudinem narrasti, profer quoque gratiam cœlestis regni. Videsne gratiam verborum subsequentem ? Atque nuper in beatitudinibus, quæ nobis recitatæ fuerunt, audivimus earum unamquamque habere gratiam congruentem. Procedamus vero ad præsentis diei festi argumentum. Regis enim terrestris præsentia gaudium ac lætitiam solet adstantibus afferre : Rege vero cœlesti huc in terram cœlitus adveniente, non solum nos adstantes exsultamus, sed et tota lætatur terra. Si enim, sole oriente, omne quod subjicitur lucem accipit; orto justitiæ Sole, quomodo non omnis anima illuminabitur in hac nocte lucifera, de qua propheta David per sanctum Spiritum videns, dixit : *Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur* ; et rursum, *Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus* (*Psal.* CXXXVIII, 11, 12). Viden' ipsum de præsenti nocte loqui ? sicut enim tenebræ ejus conspiciuntur oculis carnalibus, ita lumen ejus animæ apparet oculis. O luciferam noctem omni die splendidiorem ! Omni quidem diei, huic vero nocti luciferæ nox non succedit : nam *Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt* (*Joan.* I, 5). Ne litteræ attendas, sed spiritu intellige. Lux est unigenitus Dei Filius, nox vero tenebrarum opera. Cum igitur anima tua in tenebris versans hac luce illuminatur, opera tenebrarum te amplius occupare nequeunt : ideo enim lux accessit, ut tenebras fugaret : vita advenit, ut mortem abroget : et primo pastoribus per angelos Evangelium prædicat, non ut miracula sermonibus adjiciant, sed ut occasione sumpta pastores rationalium ovium clementiam Dei populis prædicent.

In sacro loco Bethlehem debitam adorationem præstare festinavimus omnium nostrum Domino Deo, qui propter nos humanam naturam assumere dignatus est. Ipse enim in terris visus est, de cœlo pro salute nostra descendens, cum loca illa præsentia sua non destituta reliquerit : nam *Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus* (*Jer.* XXIII, 24), dicit Isaias :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

atque iterum David : *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades* (*Psal.* CXXXVIII, 8). Nondum in terra homo factus fuerat, jamque ejus in inferno adventum propheta indicat, Non magna res est igitur, si nos, parvam hanc ab urbe distantiam emensi, ad hunc locum veniamus ut adoremus. Eamus rursum et ad Jordanem, mysteria visuri in illo exhibita, quomodo mare vidit et fugit suum Dominum, *Jordanis* vero *conversus est retrorsum* (*Psal.* CXIII, 3). Videamus iterum Joannem baptizantem illum *qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* I, 29), ac Patrem desuper testificantem Filii sui stupendam demissionem, et cognatum Spiritum in specie columbæ descendentem et manentem super eum, cui testimonium perhibebatur. O stupendi Regis stupenda miracula! quomodo manus lutea, cum tangeret totius mundi verticem, non est combusta? quis vidit aut quis unquam audivit fœnum igni contiguum, et ab igne damnum non recipiens? Beatus enim revera, ac ter beatus, sureulus Zachariæ et Elisabetæ. Beati demum et nos sumus, qui lumborum nostrorum fructus e sancto lavacro effulgentes conspicimus, tanquam stellas quasdam plenam percurrentes ecclesiam. Verum, o Pater, Verbum et Spiritus, trium personarum substantia, et potentia et voluntas et actus, concede nobis, qui inconfusas et indivisas tuas personas confitemur, ut ad dextram tuam stemus, cum e cœlis veneris judicare orbem in æquitate (*Act.* XVII, 31). Quia tibi convenit gloria, honor, adoratio, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in secula seculorum.

XII. SANCTI PATRIS NOSTRI JOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO IN SANCTAM ASSUMPTIONEM SERVATORIS NOSTRI.

Quandoquidem per gratiam Dei orationem de passione Domini nostri, quo oportuit die, habuimus, et similiter de resurrectione; audite jam hujus quoque orationis historiam. Postquam resurrexerat a mortuis, et apparuerat discipulis, atque cum illis versatus, tactus etiam fuerat, cumque illis manserat per dies quadraginta, venit in montem Olivarum ex adverso Jerosolymorum cum discipulis suis : magna etiam collecta multitudine, ipse Jesus discipulis dixit : *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* (*Joan.* XX, 21). *Euntes igitur in universum mundum, baptizate eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, in remissionem peccatorum (*Matth.* XXVIII, 19; *Marc.* XVI, 15). *Infirmos curate, dæmones ejicite; gratis accepistis, gratis date* (*Matth.* X, 8). *Benedicite persequentibus vos, benedicite, et nolite maledicere* (*Luc.* VI, 28). Imitemini Magistrum vestrum. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis* (*Joan.* XIII, 35), si eos qui vos odio habent diligatis. Memores estote quot mihi mala intulerint Judæi. Seraphim, cum non possint faciem meam intueri, vultus suos tegunt : Judæi vero in faciem meam inspuerunt et maxillam colaphis percussere. Manus meæ hominem e terra formarunt, et pulcherrimum mundum condiderunt : illi vero clavis ferreis ligno affixere. Si terram inspiciam, terra tremit et concutitur : illi vero transeuntes et capita moventes, irridebant me. Hæc omnia ab illis passus sum, et iram illis non retribui. An existimatis me non potuisse? parati adstabant angeli, dicentes : *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum* (*Psal.* II, 3) : neque id illis permisi; sed in cruce extensus, infixis manibus, Patrem meum pro illis invocavi, dicens : *Pater, ignosce illis; non enim sciunt quid faciunt* (*Luc.* XXIII, 34). Et hæc propter vos passus sum, ut vobis exemplo essem. Si enim dixissem tantum et non fecissem, incongrua esset doctrina mea : primus rem aggressus sum, ac deinde vobis faciendum injungo. Dixi, *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus* (*Joan.* X, 11); et non recusavi mortem, cum sim immortalis : dixi, *Benedicite persequentibus vos, et nolite maledicere* (*Matth.* V, 48); atque tanta passus a Judæis, non illis maledixi. Omnia feci, omnia peregi, quæ de me a prophetis tradita erant : et ecce *Ascendo ad Patrem meum* (*Joan.* XX, 17 *et* XIV, 14). Sed nolite contristari, *Non relinquam vos orphanos;* sed mittam ad vos Spiritum sanctum Dominum et vivificantem, consubstantialem Patri meo et mihi : *Et ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi* (*Matth.* XXVIII, 20). Ut eram a principio cum prophetis, ita etiam ero vobiscum. Ego Moysen e manu Ægyptiorum eripui; ego cum Jesu Filio Nave septem tribus bello vici; ego Eliam e manu Jezabelis liberavi; ego Elisæo duplicem gratiam contuli; ego Davidem e manu Saülis eripui; ego Jeremiam ex lacu profundo evexi; ego Danielem ex faucibus leonum extuli; ego cum tribus pueris in fornace chorus duxi, et hos servavi, inimicos vero combussi. Sicut eram cum illis omnibus, ita etiam ero vobiscum. Et ad urbem Jerusalem oculos attollens dixit : *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina pullos suos, et noluisti* (*Matth.* XXIII, 37; *Luc.* XIII, 34)? Væ, filii Jerusalem : quia ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me, sed diabolum accipitis, qui vos semper decipit. Ideo *Relinquetur domus vestra deserta* (*Matth.* XXIII, 38) : non maneat lapis super lapidem in templo vestro : gloriam templi vestri, quam habuistis, ecce trado credentibus in crucem meam, et in resurrectionem meam. Væ vobis, filii Jerusalem Judæi, qui typum habetis a principio, et veritatem non accepistis. Ego vobis figuram hujus meæ præsentiæ dedi, ut figuram habentes veritatem agnoscatis : dedi vobis Moysem, legem, virgam, amphoram auream habentem manna : ubicumque autem erat arca, ibi etiam erat gloria mea. Quoniam vero imprudentes fustis, ac, me veniente, non accepistis me, idcirco a vobis gloriam aufero, et gentibus trado, et ascendo ad Patrem meum, qui me in mundum misit. Vice templi vestri erigam ecclesiam : vice prophetarum, quos ad vos misi, et conspexistis eos, in mundum mittam discipulos meos, prædicare baptisma resipiscentiæ ad remissionem peccatorum. Dedi vobis tabulas fœderis; do gentibus Evangelia salutis : dedi vobis legem, et irritam fecistis eam; do gentibus gratiam vice legis : dedi vobis virgam, quæ pullulavit; do gentibus crucem efflorentem, vitamque mundo pro fructu proferentem : dedi vobis manna, et cum edissetis, vitulum pro me adorastis; do gentibus panem cœlestem, qui e cœlo descendit, id est, corpus meum : dedi vobis e præcupta rupe aquam, et bibentes exacerbavistis me; do gentibus poculum sanguinis mei, ut bibant vitam æternam. Hæc gentibus largior, et *Ascendo ad Patrem meum* (*Joan.* XX, 17). *Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta* (*Matth.* XXIII, 38). Cum hæc dixerat Dominus, conversus ad matrem et Virginem dixit : Pax tibi, mater suavissima; ne doleas quia *Ascendo ad Patrem meum :* non te deseram, orbis tersarum illuminatricem; non te deseram, templum meum sanctum; non te deseram, solam fidelem ac fraudis expertem coram me inventam; non te deseram, totius orbis mysterium; non te deseram, florem incorruptibilem. Ne doleas : quin etiam cum e vita ex exitura, non mittam angelos aut archangelos, sed ego veniam ipse, et accipiam animam tuam clariorem sole ac luna luciditorem. Ne doleas, virgo, quia *Ascendo ad Patrem meum :* habes pro me Joannem, virginem, et socium meum pectoralem. Nonne, etiam cum in cruce fui, illi te tradidi, dicens : Joannes, *Ecce mater tua?* tibique dixi, *Ecce filius tuus* (*Joan.* XIX, 27, 26)? Et nunc sermo idem a me ad te pronuntiatur : Pax tibi, mater mea et virgo. Rursus vero discipulis dixit : Pax vobis, fratres : ut vobis præcepi, facite. Ne itaque tristes sitis,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἴωμεν πάλιν καὶ πρὸς τὸν Ἰορδάνην ὑφόμενοι τὰ ἐν αὐτῷ τελούμενα μυστήρια, πῶς ἐθεάσαιτο τὸν ἰδιον Δεσπότην ἡ θάλασσα ταὶ ἔφυγεν, Ὁ δὲ *Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω.* Ἴδωμεν πάλιν καὶ τὸν Ἰωάννην βαπτίζοντα τὸν *Αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*, καὶ τὸν Πατέρα ἄνωθεν μαρτυροῦντα τὴν τοῦ ἰδίου Υἱοῦ παράδοξον συγκατάβασιν, καὶ τὸ συγγενες Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς καταβαῖνον καὶ μένον ἐπὶ τὸν μαρτυρούμενον. Ὦ παραδόξου βασιλέως παράδοξα θαύματα· πῶς ἡ πηλίνη χειρ ἁψαμένη τῆς τοῦ παντὸς κόσμου κορυφῆς οὐκ ἐφλέχθη; τίς εἶδεν, ἢ τίς ἤκουσέ ποτε χόρτον πυρὶ προσψαύοντα, καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς βλάβην μὴ καταδεχόμενον. Μακάριος γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ τρισμακάριος ὁ ῥάβδαμνος Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ. Μακάριοι ἐσμὲν λοιπὸν καὶ ἡμεῖς, ὅτι τοὺς καρποὺς τῆς ἡμετέρας ὀσφύος θεωροῦμεν ἐκλάμποντας ἐκ τῆς ἁγίας κολυμβήθρας, ὥσπερ τινὰς ἀστέρας διαθέοντας τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας. Ἀλλ', ὦ Πάτερ, καὶ Λόγε καὶ Πνεῦμα, ἡ τρισυπόστατος οὐσία, καὶ δύναμις, καὶ θέλησις, καὶ ἐνέργεια, ἡμᾶς τοὺς ὁμολογοῦντάς σου τὰς ἀσυγχύτους καὶ ἀδιαιρέτους ὑποστάσεις, ἀξίωσον καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν σου στάσεως, ἡνίκα ἔρχῃ ἐξ οὐρανῶν κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι πρέπει σοι δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ΙΒ'. *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.*

Ἐπειδὴ χάριτι Θεοῦ τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐποιησάμεθα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δεούσης ἡμέρας, ὁμοίως καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως· ἀκούσατε λοιπὸν καὶ τοῦ * λόγου τὴν ἱστορίαν. Μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθῆναι τοῖς μαθηταῖς, καὶ συνδιαιτηθῆναι, καὶ ψηλαφηθῆναι, καὶ συναλισθῆναι ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἦλθεν ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν κατέναντι Ἱερουσαλὴμ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ πολλοῦ πλήθους συναθροισθέντος, αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἔλεγε· *Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς. Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, βαπτίζετε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε·* μιμήσασθε τὸν διδάσκαλον ὑμῶν. *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε*, ἐὰν τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς ἀγαπᾶτε. [248] Μνήσθητε ὅσα μοι κακὰ ἐποίησαν οἱ Ἰουδαῖοι. Τὸ πρόσωπόν μου τὰ Σεραφὶμ μὴ δυνάμενα θεωρῆσαι, τὰ ἑαυτῶν καλύπτουσι πρόσωπα· καὶ Ἰουδαῖοι τὸ πρόσωπόν μου ἐνέπτυσαν καὶ τὴν σιαγόνα ἐράπισαν. Αἱ χεῖρες μου ἐποίησαν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς καὶ τὸν περικαλλῆ κόσμον ἐδημιούργησαν, κἀκεῖνοι σιδήροις, τῷ ξύλῳ προσήλωσαν. Ἐὰν εἰς τὴν γῆν ἐπιβλέψω, ἡ γῆ τρέμει καὶ σείεται· ἐκεῖνοι δὲ παραπορευόμενοι καὶ κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, ἐμυκτήριζόν με. Ταῦτα πάντα ὑπέμεινα παρ' αὐτῶν, καὶ ὀργὴν αὐτοῖς οὐκ ἀνταπέδωκα. Ἢ δοκεῖτε ὅτι οὐκ ἐδυνάμην; Ἕτοιμοι παρειστήκεισαν ἄγγελοι λέγοντες· *Διαρρήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορρίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν*· καὶ οὐκ ἐπέτρεψα αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐπὶ σταυρῷ τανυσθείς, καὶ τὰς χεῖρας πεπηγώς, τὸν Πατέρα μου παρεκάλεσα ὑπὲρ αὐτῶν λέγων· *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.* Καὶ ταῦτα δι' ὑμᾶς ὑπέμεινα, ἵνα ὑμῖν τύπος γένωμαι. Εἰ γὰρ μόνον ἔλεγον, καὶ οὐκ ἔπραττον, ἀσύστατός μου ἦν ἡ διδασκαλία· πρῶτος ἠρξάμην τοῦ ἔργου τὴν ἐπιχείρησιν, καὶ τότε ὑμῖν προστάττω ποιῆσαι. Εἶπον· *Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων*, καὶ οὐ παρῃτησάμην τὸν θανατον ὁ ἀθάνατος· εἶπον· *Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς καὶ μὴ καταρᾶσθε*, καὶ τοσαῦτα παθὼν παρὰ τῶν Ἰουδαίων, οὐ κατηρασάμην αὐτοῖς. Πάντα πεποίηκα, πάντα τετέλεκα τὰ προφητευθέντα περὶ ἐμοῦ, καὶ ἰδοὺ *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Ἀλλὰ μὴ λυπεῖσθε, *Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς*· πέμψω δὲ ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιοῦν, τὸ ὁμοούσιον τοῦ Πατρό. μου καὶ ἐμοῦ· *Καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Καθὼς ἦμην ἐς ἀρχῆς μετὰ τῶν προφητῶν, οὕτως ἔσομαι καὶ μεθ' ὑμῶν. Ἐγὼ τὸν Μωϋσῆν ἐκ χειρὸς τῶν Αἰγυπτίων ἀνειλόμην· ἐγὼ μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τὰς ἑπτὰ φυλὰς πολεμήσας ἐνίκησα· ἐγὼ τὸν Ἠλίαν ἐκ χειρὸς Ἰεζάβελ ἐρρυσάμην· ἐγὼ τῷ Ἐλισσαίῳ διπλῆν χάριν ἐχορήγησα· ἐγὼ τὸν Δαυὶδ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ ἐρρυσάμην· ἐγὼ τὸν Ἱερεμίαν ἐκ λάκκου βοθρώδους ἀνειλόμην· ἐγὼ τὸν Δανιὴλ ἐκ στομάτων λεόντων ἐξειλόμην· ἐγὼ μετὰ τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ ἐχόρευον, καὶ τούτους διέσωσα, καὶ τοὺς ὑπεναντίους ἐνέπρησα· καθὼς ἦμην μετὰ πάντων ἐκείνων, οὕτως ἔσομαι καὶ μεθ' ὑμῶν. Καὶ ἀναβλέψας πρὸς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, εἶπον· *Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς σέ, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε!* Οὐαὶ, τέκνα Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με, ἀλλὰ τὸν διάβολον ἐκδέχεσθε τὸν ἀεὶ ἀπατῶντα ὑμᾶς. Διὰ τοῦτο *Ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος*· οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ ναῷ ὑμῶν· τὴν δόξαν τοῦ ναοῦ ὑμῶν, ἣν εἴχετε, ἰδοὺ δίδωμι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν σταυρόν μου καὶ εἰς τὴν ἀνάστασίν μου. Οὐαὶ ὑμῖν, τέκνα Ἱερουσαλὴμ, Ἰουδαῖοι, ὅτι τὸν τύπον ὑμεῖς εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐδέξασθε. Ἐγὼ ὑμῖν τὸν τύπον τῆς παρουσίας [249] μου ταύτης ἔδωκα, ἵνα τὸν τύπον ἔχοντες τὴν ἀλήθειαν γνωρίσητε· ἔδωκα ὑμῖν τὸν Μωϋσῆν, τὸν νόμον, τὴν ῥάβδον, τὴν στάμνον τὴν χρυσῆν τὴν ἔχουσαν τὸ μάννα· ὅπου δ' ἂν ὑπῆρχεν ἡ κιβωτὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ δόξα μου ἦν. Ἐπειδὴ δὲ ἀγνώμονες γεγόνατε, καὶ ἐλθόντος μου οὐκ ἐδέξασθέ με, διὰ τοῦτο ἀφαιροῦμαι ἀφ' ὑμῶν τὴν δόξαν καὶ χαρίζομαι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου τὸν ἀποστείλαντά με εἰς τὸν κόσμον. Ἀντὶ τοῦ ναοῦ ὑμῶν ἀναστήσω τὴν Ἐκκλησίαν· ἀντὶτῶν προφητῶν ὧν ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐθεάσασθε αὐτοὺς, ἀποστελῶ τοὺς μαθητάς μου εἰς τὸν κόσμον κηρύσσειν βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ἔδωκα ὑμῖν τὰς πλακας τῆς διαθήκης, δίδωμι τοῖς ἔθνεσι τὰ εὐαγγέλια τῆς σωτηρίας· ἔδωκα ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ ἠθετήσατε αὐτὸν δίδωμι τοῖς ἔθνεσι τὴν χάριν ἀντὶ του νόμου· ἔδωκα ὑμῖν τὴν ῥάβδον τὴν βλαστήσασαν, δίδωμι τοῖς ἔθνεσι τὸν σταυρὸν τὸν ἀνθήσαντα, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ καρποφορήσαντα· ἔδωκα ὑμῖν τὸ μάννα, καὶ φαγόντες μόσχον ἀντὶ ἐμοῦ προσεκυνήσατε· δίδωμι τοῖς ἔθνεσι τὸν ἄρτον τὸν οὐράνιον, τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα, τουτέστι τὸ σωμα μου· ἔδωκα ὑμῖν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ, καὶ πίνοντες παρεπικράνατέ με· δίδωμι τοῖς ἔθνεσι τὸ ποτήριον του αἵματός μου, πίνειν ζωὴν αἰώνιον. Ταῦτα χαρίζομαι τοῖς ἔθνεσι, καὶ *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου· ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Ταῦτα εἰπὼν ὁ Κύριος, στραφεὶς πρὸς τὴν Μητέρα καὶ Παρθένον εἶπεν· Εἰρήνη σοι, Μῆτερ γλυκυτάτη· μὴ λυπήσῃ τὴν *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου*· οὐ μή σε ἐγκαταλείψω, τὸν φωστῆρα τῆς οἰκουμένης· οὐ μὴ σε ἐγκαταλείψω, τὸν ναόν μου τὸν ἅγιον· οὐ μὴ σε ἐγκαταλείψω τὴν μόνην εὑρεθεῖσαν πιστὴν καὶ ἀσυλον ἐνώπιόν μου· οὐ μὴ σε ἐγκαταλείψω, τὸ μυστήριον πάσης τῆς οἰκουμένης· οὐ μὴ σε ἐγκαταλείψω, τὸ ἀμάραντον ἄνθος. Μὴ λυποῦ· ἀλλὰ καὶ ὅταν μέλλῃς ἐξέρχεσθαι ἐκ τοῦ βίου, οὐ πέμψω ἀγγέλους ἢ ἀρχαγγέλους, ἀλλ' ἐγὼ αὐτὸς ἔρχομαι καὶ παραλήψομαί σου τὴν ψυχὴν τὴν λαμπροτέραν τοῦ ἡλίου καὶ φωτεινοτέραν τῆς σελήνης. Μὴ λυποῦ, Παρθένε, ὅτι *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου*

* Fort. καὶ τοῦτου τοῦ.

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

ἔχεις ἀντὶ ἐμοῦ Ἰωάννην τὸν παρθένον καὶ ἐπιστήθιόν μου. Οὐχ ὅταν καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἤμην, ἐκείνῳ σε παρεθέμην λέγων· Ἰωάννη, *Ἴδε ἡ μήτηρ σου*; καὶ σοὶ εἶπον· *Ἴδε ὁ υἱός σου*; Καὶ νῦν ὁ αὐτὸς λόγος εἴρηταί μου πρὸς σέ· εἰρήνη σοι. Μήτέρ μου καὶ Παρθένε· Πάλιν δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπεν· Εἰρήνη ὑμῖν, ἀδελφοί· καθὼς ὑμῖν ἐνετειλάμην, ποιήσατε. Μὴ οὖν λυπεῖσθε, διότι *Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου*· εἰ μὴ γὰρ ἐγὼ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐλεύσεται· ἐγὼ ὑπάγω, καὶ μετὰ ἡμέρας δέκα πέμπω τὸν Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ζωοποιοῦν. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἰδοὺ πλῆθος ἀγγέλων περιεκύκλωσεν αὐτὸν, καὶ τὰ Σεραφεὶμ σκιάζοντα καὶ λέγοντα· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ· πλήρεις γὰρ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Καὶ εὐθέως νεφέλη [250] φωτεινὴ ἐπεσκίασεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ χοροὶ προφητῶν συνήχθησαν ἐν τῷ ὄρει. Μέσος δὲ πάντων τῶν προφητῶν ὁ Δαυὶδ μετὰ τῆς πνευματικῆς κιθάρας ἐτύγχανε· καὶ προτρεπόμενος τὸν Ἰησοῦν ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔλεγεν· *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου*. Καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· *Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιόν ἐστι*. Καὶ ἰδοὺ βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη φωτεινὴ ὑπέλαβεν αὐτόν. Καὶ πάλιν φησὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος· *Εἰρήνη ὑμῖν· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, οὐκέτι ἐθεωρεῖτο. Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Δαυὶδ, ὅτι ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ Κύριος, πάλιν εὐφραινόμενος καὶ κρούων τὴν πνευματικὴν κιθάραν ἔλεγεν· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος*. Ἄνωθεν ὁ Πατὴρ προσφωνῶν ἔλεγε· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*. Σὺ εἶ *Υἱός μου ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα*· σὺ εἶ ὁ ἀμνός μου, σὺ εἶ ὁ *ἐν ἀρχῇ* Λόγος μου ὁ ἀληθινός· σὺ εἶ ἡ δύναμίς μου, σὺ εἶ ἡ σοφία μου. Καὶ ἀνελθόντος αὐτοῦ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, πᾶσαι αἱ δυνάμεις προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, πληρώσας πᾶσαν οἰκονομίαν, ὁμοούσιος ὑπάρχων τοῦ Πατρὸς, ὁμοδύναμος, μία θεότης, μία ἐξουσία, Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἣν Τριάδα προσκυνοῦμεν οἱ πιστοὶ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου, ὁμιλία εἰς τὴν λίμνην Γενεσαρὲτ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον τὸν ἀπόστολον.

Ὅτε διδάσκαλος εὐκλεὴς, τότε μαθητὴς εὐπειθὴς, τότε μαθητὴς εὔελπις· ὅτε διδάσκαλος πρόθυμος, τότε διδάσκαλος κέρδος καρποῦται· ὅτε μαθητὴς σπουδὴν ἐπιδείξηται, τότε μαθητὴς διδασκάλου τέχνην ἐκδέχεται ὅτι τὴν διατριβὴν ὡς φίλην ἀσπάζεται. Ἄλλως γὰρ ἀμήχανον διδάσκαλον λάμψαι, εἰ μὴ τοῦ μαθητοῦ τὸν λύχνον ἀρδόμενον εὕροι τῷ τῆς φιλομαθίας ἐλαίῳ· καὶ ἄλλως ἀμήχανον [a] λάμψαι, εἰ μὴ τοὺς ὀχετοὺς τῆς σοφίας ὁ διδάσκαλος πλουσίως ἐχέῃ. Δεῖται γὰρ δρόμου καὶ σπουδῆς ἑκάτερα τὰ μέρη, καὶ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τῆς βελτιώσεως ἀμφοτέρους τὰ τῆς [251] δυνάμεως συνεισφέρειν· καὶ τὸν μὲν τὴν γλῶτταν ὀξύνειν, τὸν δὲ τὴν ἀκοὴν εὐτρεπίζειν· καὶ τὸν μὲν τὴν διάνοιαν ἀπηρτισμένην ἔχειν, τὸν δὲ τὴν ψυχὴν γαληνιῶσαν παρέχειν. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀναγκαῖα, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς περισπούδαστα. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σωματικοῖς παιδεύμασιν ἄλλως οὐκ ἐλευθεροῦται σκυτάλης παῖς, εἰ μὴ τοῖς μαθήμασιν ἐπαγρυπνῇ, οὕτω καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς διδάγμασιν ἄλλως κατακρίσεως οὐκ ἀπαλλάσσεται βροτὸς, εἰ μὴ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου κατὰ τὸν προφήτην μελετήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτός. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ πάντες οἱ παρόντες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ συμμαθηταί· ἕνα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν ἔχομεν οἱ πάντες καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον τὸν Χριστὸν κατὰ τὸ φάσκον θεῖον ῥητόν· *Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ*· φέρε καὶ σήμερον τὴν δικτυακὴν ἀκοὴν, τὴν ψυχικὴν φημὶ καὶ τὴν σωματικὴν, εὐρυχωρότερον εὐτρεπίσωμεν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, ὅπως τὸν λόγον ὡς σπόρον δεξάμενοι, δυνηθῶμεν καρποφορῆσαι τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιμέλειαν ἐν τριάκοντα, καὶ ἐν ἑξήκοντα, καὶ ἐν ἑκατὸν τὸν τῆς ὑπακοῆς πολύκοκκον στάχυν. Ἦκουες γὰρ ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ βοῶντος· *Ἐμβὰς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον. Καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους*.

Εἶδες διδασκάλου θεσμήνυτον διδασκαλίαν; εἶδες ὄχλου ἐράσμιον ὄχλησιν; εἶδες μαθητῶν ψυχωφελῆ σπουδήν; εἶδες ἀνθρώπων ἐμμισθον παραμονήν; Μή τις τῶν ἀκουόντων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἠχθοδίκησεν, ἢ ἀπέστη τῆς λίμνης, ἢ κατῆλθε τοῦ ὄρους, ἢ ἠτήσατο λέγων καθὼς τινες [τῶν παρόντων· Τί πλατύνεις τὸν λόγον, διδάσκαλε; ἔχω τι διαπράξασθαι, συντυχία με περιμένει, οὐδὲν οὔπω τῶν ἐν τῷ ἀρίστῳ ἠγόρασα, ἡ ὥρα τοῦ λουτροῦ παρῆλθε, λοιπὸν ὁ καύσων συνέχει με. Μή τις τῶν παρόντων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἶπε πρὸς τὸν Δεσπότην τούτων τι; Οὐ μὴν οὐδαμῶς. Διὰ τί; Ὅτι ᾔδεισαν τὸν εἰρηκότα πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. Εἰσῆλθες εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἠξιώθης τῆς τοῦ Χριστοῦ συντυχίας· εἰ μὴ ἀπυλυθῇς, μὴ ἐξέλθῃς· ἐὰν γὰρ πρὸ τῆς ἀπολύσεως ἐξέλθῃς, ὡς δραπέτης εὐθύνεις τὴν ὁδόν. Ἐξ ἡμέρας ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀναλίσκεις, καὶ δύο ὥρας ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀσχόλει. Μὴ ὧδε δριμύττου, καὶ ἔξω φαιδρύνου· μὴ ὧδε τὸ νεῦμα, καὶ ἔξω τὸ σκέμμα· μὴ ὧδε ἐπαίνει, καὶ ἔξω λοιδόρει. Τὰ τοῦ Κυρίου παριστῶμεν· μὴ γὰρ μύθους λαλοῦμεν; τὰ τῶν προφητῶν ἀναγινώσκομεν· μὴ γὰρ τοὺς δικαίους βδελυσσόμεθα; τῶν ἀποστόλων μεμνήμεθα· μὴ γὰρ τοὺς πατέρας ἐξουθενοῦμεν; Εἰς θέατρον πολλάκις ἀνέρχῃ, καὶ ἕως τῆς ἀπολύσεως οὐ κατέρχῃ· καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχῃ, καὶ πρὸ τῶν θείων μυστηρίων ἐξέρχῃ; Φοβήθητε τὸν εἰρηκότα· *Ὁ καταφρονῶν πράγματος, καταφρονηθήσεται ὑπ' αὐτοῦ*. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς φησιν; *Ἐγένετο ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι τῷ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γενησαρέτ*. Ὦ τῆς εὐτέχνου τοῦ Κυρίου διδασκαλίας· ὁ ποταμὸς [252] παρὰ τὴν λίμνην εἱστήκει· μᾶλλον δὲ ὁ τῶν ἀνθρώπων ἁλιεὺς ἦλθε παρὰ τὴν λίμνην, ἵνα τοὺς θηρευτὰς τῶν ἰχθύων θηρεύσῃ. Οὐδὲν γὰρ ἀργὸν παρὰ τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, οὐ τόπος, οὐ λόγος, οὐκ αἴνιγμα, οὐ βῆμα. Ἐπειδὴ γὰρ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τὴν λίμνην Γενησαρὲτ ἀνίχνευον ἁλιευτικὴν τέχνην μετιόντες, ἐν ἀδήλοις τὴν ἐλπίδα ἔχοντες, διεφθαρμένα δίκτυα χαλῶντες, ἀμετρήτῳ βυθῷ συνερίζοντες, μὴ ἰδόντες πόθεν δεῖ τραφῆναι, κλέπτοντες μᾶλλον ἢ κάμνοντες, δελεάζοντες ἢ πείθοντες· ἄνευ γὰρ ἀπάτης ἰχθὺς οὐ θηρεύεται· τούτους ὁ Κύριος κατανοήσας τῷ θείῳ καὶ ἁπλανεῖ βλέμματι, ἐπιτηδείους πρὸς τὴν τῶν ἰχθύων ἄγραν ὄντας, παρεγένετο ἐπὶ τὴν λίμνην ἀντισαγηνεῦσαι τούτους, οὐ δικτύῳ βεβαμμένῳ χρώμενος, ἀλλὰ καθηγητικῷ λόγῳ. Καὶ ὅτιπερ οἱ προλεχθέντες ἀπόστολοι ἐπὶ τοῖς λιμνοδρόμοις πλοίοις θαρροῦντες, οὐκ ἐγίνωσκον τὸν τῆς λίμνης καὶ πάντων Δεσπότην· τούτου χάριν παρεγίνετο ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν λίμνην, ἵνα τοὺς μὲν ὄχλους διδάξῃ, τοὺς δὲ ἁλιεῖς ἀγκιστρεύσῃ. Τί οὖν ὁ εὐαγγελιστής; *Ἐμβὰς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον*.

Ὁρᾷς πῶς ἐμβαίνει πλοίῳ ὁ μὴ χρῄζων πλοίου, ἵνα τὸν τοῦ πλοίου δεσπότην κερδάνῃ. Διὰ τί δὲ καὶ παρακαλεῖ τὸν Σίμωνα ὁ Κύριος; Διὰ τί; ἄκουε συνετῶς. Ὁ Σίμων, καθὼς ἀρτίως ἤκουες, διὰ πάσης τῆς νυκτὸς κοπιάσας, καὶ μηδὲν ἀνύσας, ἄπρακτος ἐμεινεν. Ἐδυσφόρει δὲ σφόδρα κενοῖς χερσὶν ἀποπλύνων τὰ δίκτυα, καὶ κόπον κόπῳ συνάπτων, καὶ κέρδος μὴ βλέπων. Τούτου χάριν ὁ Κύριος θεωρήσας τὸν Πέτρον καταστυγνάσαντα, παρακαλεῖ αὐτόν· *παρακλήτωρ γὰρ τῶν τεθλιμμένων ἐστί*. Μόνον γὰρ εἶδεν ὁ Κύριος τὸν Σίμωνα τεθλιμμένον, καὶ προτρεπτικῷ λόγῳ ἀποχρι-

[a] Interserendum μαθητήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quia *Ascendo ad Patrem meum* : si enim ego non abeam, consolator ad vos non veniet. Ego abeo, et post decem dies mitto consolatorem, sanctum et vivificantem Spiritum. Atque illo hæc dicente, ecce angelorum multitudo circumcinxit eum, et Seraphim obumbrantes et dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum ; plena* enim sunt cœlum et *terra gloria ejus* (*Isai.* VI, 3). Ac statim nebula lucida obtexit montem, et chori prophetarum in monte congregabantur. David autem cum spirituali cithara in medio erat prophetarum omnium ; et Jesum hortans ut in cœlum ascenderet, dixit : *Exaltare super cœlos, Deus ; et in omnem terram gloria tua* (*Psal.* LVI, 12 *et* XCVIII, 6). Et apostolis dixit, *Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.* Et ecce, iis inspicientibus, sublatus est, et nebula lucida accepit eum. Atque iterum dicit Dominus discipulis : *Pax vobis : pacem meam do vobis* (*Joan.* XIV, 27). Cumque hoc dixerat, non amplius aspiciebatur. Cum autem David cerneret quod Dominus in cœlum ascenderat ; iterum delectatus, ac pulsans citharam spiritualem, dixit : *Ascendit Deus in jubilo, et Dominus in voce tubæ* (*Psal.* XLVI, 6). Pater desuper acclamans dixit, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (CIX, 1). Tu es *Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* (*Matth.* III, 17) ; tu es agnus meus, tu es *in principio Verbum* meum verum, tu es potentia mea, tu es sapientia mea. Et eo in cœlum ascendente, omnes Potestates adorabant illum ; seditque a dextris Patris, cum adimplesset omnem œconomiam, consubstantialis Patri existens, ejusdem potentiæ, una divinitas, una potestas, Patris et Filii et Spiritus sancti : quam Trinitatem nos fideles adoramus, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN CODICE MS. COISLINIANO, NUM. LXXVII, P. 147, HOMILIA SEQUENS HABETUR. EST AUTEM CODEX XI SECULI, MULTUMQUE DISCREPAT AB APOGRAPHO V. CL. DOMINI TAYLOR, QUI ILLAM EXSCRIPSIT EX CODICE, UBI MAGNA PARS HOMILIÆ IN FINE DESIDERATUR.

SANCTI PATRIS NOSTRI JOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, HOMILIA IN STAGNUM GENESARET, ET IN S. PETRUM APOSTOLUM.

Quando celebris est magister, tunc discipulus est obsequens, tunc discipulus bonam spem habet : quando magister est alacris, tunc idem magister lucrum percipit : cum discipulus diligentiam exhibet, tunc idem discipulus magistri artem excipit, quando exercitationem ut gratam amplectitur. Alias enim non potest unquam magister enitescere, nisi discipuli lucernam accensam inveniat oleo amoris disciplinæ irrigatam : et alias non potest discipulus splendere, nisi sapientiæ rivos abunde magister effundat. Nam utrique parti cursu opus est et diligentia, et ut melius ædificium construatur, utrumque oportet sua pro virili conferre : ita ut hic quidem linguam acuat, ille vero aures probe adhibeat : et hic quidem intellectum bene instructum habeat, ille vero mentem tranquillam præbeat. Hæc autem non solum in rebus corporeis necessaria sunt, sed etiam in spiritualibus curanda. Sicut enim in corporeis non aliter puer a virga liberatur, quam disciplinis invigilando : ita etiam in doctrinis spiritualibus, non aliter a condemnatione absolvitur homo, nisi in lege Domini, ut ait propheta, meditetur die ac nocte. Cum hæc igitur ita se habeant, et omnes hic præsentes simus Christi condiscipuli ; unum enim et eumdem habemus omnes institutorem et doctorem, Christum, secundum illud divinum dictum, *Et erunt omnes docibiles Dei* (*Joan.* VI, 45) : age, hodie quoque duplicem auditum, spiritualem nempe et corporeum, latius aparemus ad doctrinam Domini ; ut verbum quasi semen excipientes ex fructuosa illa obsequentiæ spica, possimus fructum proferre vel trigesimum, vel sexagesimum, vel centesimum. Audisti enim modo Lucam evangelistam clamantem : *Ascendens autem Jesus in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum* (*Luc.* V, 3). *Et sedens docebat de navicula turbas.*

Vidisti Magistri divinam doctrinam ? vidisti turbæ amabilem collectionem ? vidisti discipulorum animæ utilem diligentiam ? vidisti hominum mercede dignam perseverantiam ? Num quis ex audientibus verbum Dei affectus est tædio, vel a stagno abiit, vel a monte descendit, vel rogavit dicens, ut aliqui præsentium : Cur sermonem extendis, magister ? habeo quod agam, exspectat me societas quædam, nondum ad prandium necessaria emi, lavandi tempus præterit, demum æstus me invasit. Num quis ex præsentibus, illo tempore, Domino horum quidpiam dixit ? Nequaquam profecto. Quare ? Quia noverant ipsum bona omnia dicere in tempore suo. Introiisti in ecclesiam Dei, dignus habitus es Christi congressu : nisi dimittaris, ne exeas ; si enim ante dimissionem exeas, ut fugitivus viam dirigis. Sex diebus in corporalibus occuparis, et duabus horis in spiritualibus versare. Noli hic contristari, et foras hilaris esse ; ne hic nutatio, et foris attentio ; noli hic laudare, et foris vituperare. Res Domini apponimus : an vero fabulas loquimur ? prophetarum verba legimus : an vero justos fastidimus ? apostolorum mentionem habemus : an vero patres nihili facimus ? In theatrum sæpe ascendis, et ante dimissionem non descendis ; in ecclesiam vero intras, et ante divina mysteria egrederis ? Metue illum qui dixit : *Qui contemnit rem, ab illa contemnetur* (*Prov.* XIII, 13). Quid ergo dicit Lucas evangelista ? *Factum est cum turba irrueret in Jesum, et ipse stabat secus stagnum Genesaret* (*Luc.* V, 1). O peritam Domini doctrinam ! fluvius secus stagnum stabat ; imo vero hominum piscator venit ad stagnum, ut piscium captores caperet. Nihil enim inutile apud Dominum Christum : non locus, non sermo, non ænigma, non suggestus. Quia enim Petrus, Andreas, Jacobus et Joannes in stagno Genesaret piscatoriam artem exercebant, in occultis spem habentes, scissa retia jacientes, cum immenso profundo concertantes, nescientes quorsum vertere se oporteret, furantes magis quam laborantes, inescantes potius quam suadentes : nam sine fraude piscis non capitur : hos Dominus, divino et erroris experte intuitu, ad piscium capturam aptos cognoscens, ad stagnum venit ut illos vicissim sagena caperet, non jacto reti usus, sed sermone ad persuadendum opportuno. Et quia supradicti apostoli, naviculis stagnum percursantibus fidentes, non cognoscebant et stagni illius et universorum Dominum ; idcirco venit Dominus in stagnum, ut et turbas doceret, et piscatores hamo caperet. Quid ergo dicit evangelista ? *Ascendens autem Jesus in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum.*

Vides quomodo in navim ascendit, qui navi non indigebat, ut dominum navis lucraretur. Cur vero Simonem rogat Dominus ? Cur ? audi cum intelligentia. Simon, ut modo audisti, cum per totam noctem laborasset, et nihil cepisset, re infecta mansit. Gravissime autem rem ferebat, lavans rena, et laborem labori addens, lucrumque nullum respiciens. Idcirco Dominus, cum videret Petrum in mœstitia, consolatur ipsum : consolator enim afflictorum est. Statim enim ubi vidit Dominus Simonem consternatum, hortatorio sermone dixit ei : Pro tantillo tempore mihi mutuo da navigium tuum, nauta, ut ingressus doceam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erudiamque multitudinem, quam me sequentem vides : navigium tuum mihi fiat ecclesia, nauta : audi verbum Dei. Noli me importunum putare : veni enim ut te meliorem reddam. Relinque vanam spem corpoream, spiritualemque portionem circumspice : paululum mihi mutuo da navigium tuum, nauta. Simon vero adhuc immersus in mœstitiam ob frustra susceptum laborem, respondens Domino dixit : Unde ad me venisti, homo peregrine ? cur mihi molestus es ? aliam circumspice scapham, si vis in stagno commorari. Vides me lugentem, utpote pane indigentem, et verbum Dei te allaturum promittis ? Non circumspiciam unde argentum mutuo accipiam, ut socrum et uxorem meam alam ; sed tibi navigium substernam, ut die nocteque frustra laborem ? Si naulum affers, inscende, in naviculam ; sin minus, abi obsecro : me enim donum alit, non sermo. Tum Dominus ad Simonem : Ne ægre feras, Simon ; vere ut nauta loqueris. Verbum Dei ad alimentum plus quam panis confert : abunde te alam ; sum enim panis vitæ. Ne meam præsentiam putes tibi detrimento esse : quantum volueris accipe : divitis enim patris filius sum locuples.

His auditis Simon, ac vultu paulo hilarior, in navicula Dominum excipit, remosque movens dixit illi : In medio sede, homo peregrine. Quasi vectorem ferens affectus erat, nesciens se eum qui fert omnia ferre. Ingressus igitur Jesus in navigium Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Simone autem illum ducente spe recipiendæ mercedis, sedens Jesus docebat de navicula turbas. Quid vero docebat ? Caritatem sine simulatione, fidem sine dubitatione, pacem sine fraude, fraternum amorem inseparabilem, pietatem non fucatam, Dei cognitionem sine argenti cupidine, virginitatem sine macula, ascesin sine anxietate, conjugium indivisum : omnem laborem pro veritate suscipiendum esse, non timendos esse eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Hæc Domino docente, etiamque alia addente : Qui amat animam suam, perdet eam ; ac rursum, Qui vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me ; et iterum, Nolite possidere aurum, nec argentum, neque pecuniam in zonis vestris, nec peram, neque sacculum, neque duas tunicas : hæc Domino docente, Simon audiens, qui putabat se navigium mercede conduxisse Domino, murmurare cœpit, et intra se dicere : An ab isto mercedem nos accepturos esse sperabimus ? in damnum noctis et diei incidi. Quisnam mihi hodie occurrit ? Hic de possessionum abjectione disserit, nemine quidpiam habendum esse docens. Fortasse vult me navigium vendere, ut pretium pauperibus distribuam : ab ipsone mercedem me accepturum esse sperem ? Hæc Simone apud se ratiocinante, Dominus docendi munus perficit, ut miraculum exhibeat, Simonemque certiorem faciat : labor enim est idiotam verbo persuadere. Deinde cum Dominus sermonem perfecisset, et tota multitudo delectaretur, accedens Simon Domino dixit : Verba quidem tua pulchra sunt, vox tua dulcis, et doctrina tua veneranda ; attamen mihi pactum serva ; jube mercedem me accipere pro vectura, ut ego quoque cum multitudine gaudens, ad domum meam revertar.

Tum Dominus ad Simonem : Sicut modo audivisti, Simon, mercedem tuam visne accipere ? *Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam* (*Luc.* V, 4), et accipe mercedem a me tibi promissam. Simon autem Domino : Iterumne piscabor et retia laxabo ac laborem sustinebo ? Utinamne per noctem quidem ea vacuis manibus tetigissem ! An vero peritior me es in arte nautica ? an aliquid in profundo invisibili possides ? Doctor esse potes ; an etiam piscium captator ? Exi a me ; video enim te nihil ferentem. Cur tempus perdo ? nonne ab initio hæc tibi testificatus sum ? Dominus autem ad Simonem : Noli me ut inopem spectare, Simon, noli manus meas et sinum meum considerare : non in manibus meis, sed in ore meo mercedem tuam fero. Tota nocte laborasti, nihil cepisti : nox enim inopiæ sunt cogitationes Judaicæ. In die gratiæ laxa retia : lux enim boni fructus sunt Christiana obsequia. *Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam.* Tunc Simon ad Dominum : Ut modo audivisti, *Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus ; in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam : rumpebatur autem rete* (*Luc.* V, 5 *et seqq.*). O res admirandæ ! non deest Petro cura : *Rumpebatur rete.* Et Christum circumspiciebat, et pisces perpendebat, remque considerabat. Non potuit pondus attrahere, et adjutores advocabat : *Innuebant* enim, inquit, *sociis, qui erant in alia navi*, ubi erant Jacobus et Joannes, *qui venerant ut adjuvarent eos.* Innuebant, non clamabant nautæ, qui sine clamore et tumultu nihil facere solent. Quare ? Quia rei novitas vocem ipsis sustulerat. Quid opus erat ut clamarent, cum satis esset innuere, divinum mysterium videntes ? Concurrentes autem et illi, qui erant in altera navi, ubi erant Jacobus et Joannes, cœperunt pisces colligere, et quo magis colligebant, tanto magis multiplicabantur. Certabant enim pisces, quis primus mandato Domini obsequeretur : parvi magnos prætercurrebant, medii majores e latere præcedebant, magni supra parvos insiliebant : manus piscatorum non exspectabant, se in navigium saltando projiciebant. Stagni fundum non commovebatur, piscis nullus infra manere sustinebat : noverant enim eum qui dixit : *Producant aquæ reptile animæ viventis* (*Gen.* I, 20). Quid ergo Simon, qui in duos casus inciderat, qui tota nocte laborans nihil ceperat, et in die ad verbum Domini omnia ceperat ? Ut vidit retia scissa, et multos alios pisces foris stantes, hiantesque ut caperentur, nec procul a retibus manere sustinentes, quasi vim passus procidit ante Dominum, dicens : *Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.* Scio demum quis sis : nunquam vidi talem piscium capturam. Mos est, Domine, pisces intra sagenam includere : at contrarium nunc video, pisces foris sagenam occupant. Exi a me, obsecro. Cohibe demum divinum tuum mandatum : relinque stagno duos saltem pisces ad generandum. Exi a me : non te repello, sed me miserum prædico : *Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.* Dominus vero Simoni dixit : Exeam, ex navicula tua, Simon, egrediar ; in te autem introibo : hac de causa ad te veni. Nam cum caperes, captus es. Quod tu facis, id tu passus es. Sed tu a vita in mortem trahis ; ego vero a morte in vitam. *Ne timeas*, Simon : *ex hoc jam homines eris capiens* (*Luc.* V, 10). Stagnum relinque, orbem sagena cape ; calamum confringe, et crucem appara ;... discerpe, et pietatem prædica ; hamum projice, et morbos cura ; retia odio habe, et cœlestes claves fabrica ; ex navi egredere, et intra in Ecclesiam. *Noli timere*, Simon : *ex hoc homines eris capiens.* O Domini potestatem ! o Petri prudentiam ! Non dixit piscator ille qui captus est : Quam absurda est illa Magistri adhortatio ! homines capiam ! et quodnam rete apparabo ? ubinam texuntur hæc retia homines ut feras capientia ? num abripiet me hic sermo hami instar ? Nihil horum dixit Simon ; tantum audivit, statim obsecutus est : non vendidit pisces, non defuit illi abundantia rerum, non cum uxore rem composuit. Non dixit Domino, Serva mihi saltem mediocria, Domine : componam cum negotiatoribus ; parvos sumptus domesticis meis reliquam. Nihil horum Simon dixit : Petrus enim revera erat. Neque Petrus tantum dominico præcepto obedivit, sed etiam Andreas et Jacobus et Joannes : hæc enim sunt paria duo fidelia amborum fratrum.

Vidistin' Domini negotiationem ? qua de causa in stagnum se contulerit ? ut et turbas doceret, et piscatores hamo caperet. Audisti igitur evangelistam dicentem : *Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus, secuti sunt Jesum* (*Luc.* V, 11). Quid vero Dominus ? oportet enim sermoni finem imponere. Ut vidit apostolorum alacritatem, quod relictis omnibus secuti essent ipsum, ad curationem festinat, ne diabolus incredulitatis ansam inveniret : facile namque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θεις πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν · μικρόν μοι δάνεισον τὸ πλοιάριόν σου, ναῦτα, ὅπως εἰσελθὼν διδάξω καὶ κατηχήσω ὅπερ βλέπεις κατακολουθοῦν μοι πλῆθος · ἐκκλησία γένοιτό μοι τὸ πλοιάριόν σου, ναῦτα · ἄκουσον λόγον Θεοῦ. Μὴ φορτικόν με νομίσῃς · ἦλθον γὰρ βελτιῶσαί σε. Κατάλιπε τὴν σωματικὴν ματαίαν ἐλπίδα, καὶ περίβλεψαι τὴν πνευματικὴν μερίδα · μικρόν μοι δάνεισον τὸ πλοιάριόν σου, ναῦτα. Ὁ δὲ Σίμων ἔτι βεβαπτισμένος τῇ λύπῃ τῆς ἀποτυχίας, ἀποκριθεὶς πρὸς τὸν Κύριον ἔφη · Πόθεν παραγέγονας, ξενοπρόσωπε ἄνθρωπε; τί μοι δι' ὄχλου γίνῃ; ἄλλην περίβλεψαί τινα σκάφην, εἴ γε βούλει τὴν λίμνην περιαυλίζεσθαι. Ὁρᾷς με πενθοῦντα, ὡς ἄρτον μὴ εὑποροῦντα, καὶ λόγον Θεοῦ χορηγεῖν ἐπαγγέλλεις; Οὐ περιβλέψομαι πόθεν ἀργύρια δανείσωμαι, ἵνα τὴν πενθεράν μου καὶ τὴν γυναῖκά μου θρέψω, ἀλλά σοι τὸ πλοιάριον ὑποστρώσω, ἵνα καὶ τὴν ἡμέραν ὅλην καὶ τὴν νύκτα ματαιοπονήσω; Εἰ ἐπιφέρεις ναῦλον, ἐπίβηθι τὸ πλοῖον · εἰ δὲ μὴ βαστάζεις, ἄπελθε, παρακαλῶ · ἐμὲ γὰρ δόσις, οὐ λόγος τρέφει. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Σίμωνα · Μὴ δυσχέραινε, Σίμων · [253] ὄντως ὡς ναύτης λαλεῖς · Θεοῦ λόγος θρεπτικώτερος ἄρτου · θρέψω σε δαψιλῶς · ἄρτος γάρ εἰμι ζωῆς. Μή μου ζημίαν τὴν παρουσίαν ἡγήσῃ · ὅσον ἂν βούλῃ κομίζου · πλουσίου γὰρ πατρὸς εὔπορον τέκνον εἰμί.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Σίμων, καὶ μικρὸν ἱλαρυνθεὶς τῷ προσώπῳ, ἐν τῷ πλοίῳ τὸν Κύριον ὑποδέχεται, κώπαις ἐλαύνων, ἔφη τε πρὸς αὐτόν · Μέσον καθέζου, ἄνθρωπε ξένε. Ὡς ἐπιβάτην φέρων διέκειτο, μὴ συνορῶν ὅτι φέρει τὸν τὰ πάντα φέροντα. Ἐμβὰς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοῖον ὃ ἦν τοῦ Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον. Τοῦ δὲ Σίμωνος ἐπαναγαγόντος τῇ ἐλπίδι τῆς μισθαποληψίας, καθίσας ὁ Ἰησοῦς ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους. Τί δὲ ἐδίδασκεν; Ἀγάπην ἀνυπόκριτον, πίστιν ἀνενδοίαστον, εἰρήνην ἀπανούργευτον, φιλαδελφίαν ἄτμητον, εὐσέβειαν ἀκαπήλευτον, θεογνωσίαν ἀφιλάργυρον, παρθενίαν ἀῤῥύπωτον, ἄσκησιν ἀλύγιστον, συζυγίαν ἄσχιστον · πάντα πόνον ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὑφίστασθαι, μὴ δειλιᾷν ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Ταῦτα τοῦ Κυρίου διδάσκοντος καὶ ἔτι μετὰ προσθήκης λέγοντος · Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτὴν · καὶ πάλιν · Ὁ θέλων ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι · καὶ αὖθις · Μὴ κτήσασθε χρυσὸν, μὴ ἄργυρον, μὴ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν, μὴ βαλάντιον, μὴ δύο χιτῶνας · ταῦτα τοῦ Κυρίου διδάσκοντος, ὁ Σίμων ἀκούων, ὁ δόξα, τὸ πλοῖον μεμισθωκέναι τῷ Κυρίῳ, ἤρξατο γογγύζειν καὶ λέγειν ἐν ἑαυτῷ · Παρὰ τούτου μισθὸν προσδοκήσομεν λαβεῖν; ἐπιζημίᾳ νυχθημερινῷ περιέπεσα · τί; μοι συνήντησε σήμερον; οὗτος περὶ ἀκτημοσύνης διαλέγεται · μηδένα μηδὲν ἔχειν διδάσκει. Τάχα ἐμὲ θέλει καὶ τὸ πλοῖον πωλῆσαι, ἵνα πτωχοῖς διανέμω · παρ' αὐτοῦ μισθὸν προσδοκῶ λαβεῖν; Ταῦτα τοῦ Σίμωνος διαλεγομένου ἐν ἑαυτῷ πληροῖ τὴν διδασκαλίαν ὁ Κύριος, ἵνα τὴν θαυματουργίαν ἐπιδείξηται, καὶ τὸν Σίμωνα πληροφορήσῃ. Κόπος γάρ ἐστιν ἰδιώτην λόγῳ πεῖσαί ποτε. Εἶτα τοῦ Κυρίου τὸν λόγον πληρώσαντος, καὶ τοῦ πάντος πλήθους ἀνεσθέντος, προσελθὼν ὁ Σίμων τῷ Κυρίῳ ἔφη · Τὰ μὲν ῥηματά σου καλὰ, καὶ ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ διδασκαλία σου τιμία, ἀλλ' ὅμως ἐμοὶ τὸ τῆς συντάξεως πλήρωσον · κέλευσόν με λαβεῖν τὸν μισθὸν τῆς ναυτιλίας, ὅπως κἀγὼ σὺν τῷ πλήθει χαιρόμενος εἰς τὸν οἶκόν μου ἀπέλθω.

Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Σίμωνα · καθὼς ἄρτιος ἦκουες, τὸν μισθόν σου βούλει λαβεῖν, Σίμων; *Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν*, καὶ κομίζου τὸν ἐπηγγελμένον σοι παρ' ἐμοῦ μισθόν. Ὁ δὲ Σίμων πρὸς τὸν Κύριον · Πάλιν ἁλιεύσω καὶ δίκτυα χαλάσω, καὶ κόπον ὑπομενῶ; Εἶθε μηδὲ τὴν νύκτα κεναῖς χερσὶν ἐψηλάφησα. Μὴ γὰρ τεχνικώτερος εἶ τῆς ἐμῆς ναυτιλίας; ἢ κέκτησαί τι [254] ἐν τῷ ἀφανεῖ βυθῷ; Δύνῃ διδάσκαλος εἶναι · μὴ γὰρ καὶ ἰχθύων θηρευτής; Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ · βλέπω γάρ σε μηδὲν βαστάζοντα. Τί καὶ τὸν καιρὸν ἀπόλλω; ὡ ταύτα παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐμαρτυράμην σοι; Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Σίμωνα · Μὴ ὡς ἄπορόν με πρόσεχε, Σίμων · μὴ τὰς χεῖράς μου καὶ τὸν κόλπον μου κατανόει · οὐκ ἐν ταῖς χερσὶν, ἀλλ' ἐν τῷ στόματί μου τὸν μισθόν σου βαστάζω. Πᾶσαν τὴν νύκτα κοπιάσας, οὐδὲν ἔλαβες· νὺξ γὰρ ἀπορίας τὰ Ἰουδαϊκὰ φρονήματα. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς χάριτος τὰ δίκτυα χάλασον · φῶς γὰρ εὐκαρπίας τὰ Χριστιανικὰ πειθαρχήματα. *Ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος, καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν.* Τότε ὁ Σίμων πρὸς τὸν Κύριον · Καθὼς ἀρτίως ἤκουες, *Ἐπιστάτα, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες, οὐδὲν ἐλάβομεν, ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὰ δίκτυα. Καὶ τοῦτο ποιήσαντες, συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολύ · διερρήγνυτο δὲ τὸ δίκτυον.* Ὦ τῶν παραδόξων πραγμάτων! οὐ λείπει τῷ Πέτρῳ φρονεῖς · *Διερρήγνυτο το δίκτυον.* Καὶ τὸν Χριστὸν περιεβλέπετο, καὶ τοὺς ἰχθύας κατενόει, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐνενόει. Οὐκ ἴσχυσε τὸν φόρτον ἐκλῦσαι, καὶ βοηθοὺς ἐπεσπάσατο · *Ἐνένευον* γὰρ, φησὶ, *τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, ἐν ᾧ ἦν Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτούς.* Ἐνένευον, οὐκ ἐκραζον, οἱ ἄνευ κραυγῆς καὶ θορύβου μηδὲν διαπραττόμενοι ναῦται. Διὰ τί; Ὅτι τὸ ξένον τοῦ πράγματος εἰς ἀφωνίαν αὐτοὺς ἤγειρεν. Τί γὰρ εἶχον κράζειν, εἰ μὴ μόνον ἐννεύειν, ὡς θεῖον μυστήριον ὁρῶντες; Συνδραμόντες δὲ καὶ οἱ τοῦ ἑτέρου πλοίου, ἔνθα ἦν Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, ἤρξαντο τοὺς ἰχθύας συλλέγειν, καὶ ὅσον συνῆγον, τοσοῦτον ἐπληθύνοντο. Ἔσπευδον γὰρ οἱ ἰχθύες τίς πρῶτος ὑπουργήσει τῷ προστάγματι τοῦ Δεσπότου · οἱ μικροὶ τοὺς μεγάλους παρέτρεχον, οἱ μέσοι τοὺς μείζονας ὑπερεπλεύριζον, οἱ μεγάλοι τοὺς μικροὺς ὑπερήλλοντο · τὰς χεῖρας τῶν ἁλιέων οὐ περιέμενον, ἑαυτοὺς ἐκυβίστευον ἐπὶ τὸ πλοῖον. Ὁ πυθμὴν τῆς λίμνης οὐκ ἐκινεῖτο, οὐδεὶς τῶν ἰχθύων κάτω μένειν ἠνείχετο · ᾔδεισαν γὰρ τὸν εἰρηκότα · *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν.* Τί οὖν ὁ Σίμων, ὁ δυσὶ πράγμασι περιπεσὼν, ὁ τὴν νύκτα κοπιάσας καὶ μηδὲν πιόσας, καὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐπὶ τῷ ῥήματι τοῦ Ἰησοῦ τὰ πάντα θηρεύσας; Ὡς εἶδε τὰ δίκτυα διερράγότα, καὶ ἄλλους πολλοὺς ἰχθύας ἔξωθεν ἑστῶτας καὶ πρὸς τὸ θηρευθῆναι κεχηνότας, καὶ πόῤῥω τῶν δικτύων μένειν μὴ ἀνεχομένους, ὡς βίαν ὑπομένων, προσέπεσε τῷ Κυρίῳ λέγων · *Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, Κύριε, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι.* Ἔγνων λοιπὸν ὅστις εἶ · οὐκ εἶδον ἰχθύων ἄγραν ποτὲ τοιαύτην. Ἔθος, Δέσποτα, τοὺς ἰχθύας τῇ σαγήνῃ ἔνδον ἀποκλείειν · τοὐναντίον δὲ νῦν βλέπω · ἔξωθεν οἱ ἰχθύες τὴν σαγήνην κρατοῦσιν. Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, παρακαλῶ. Ἐπίσχες λοιπὸν τὸ θεῖκόν σου πρόσταγμα · κατάλιπε τῇ λίμνῃ κἂν δύο πρὸς γονὴν ἰχθύας. Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ · οὐ σὲ ἀπωθοῦμαι, ἀλλ' ἐμαυτὸν ταλανίζω. *Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι, Κύριε.* Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Σίμωνα · Ἔξελθω, τοῦ πλοιαρίου σου, Σίμων, ἐξέρχομαι · ἐν σοὶ δὲ εἰσελεύσομαι · τούτου χάριν καὶ παρεγενόμην [255] πρὸς σέ. Θηρεύων γὰρ ἐθηρεύθης · ὃ ποιεῖς, πέπονθας. Σὺ μὲν γὰρ ἀπὸ ζωῆς εἰς θάνατον ἕλκεις · ἐγὼ δὲ ἀπὸ θανάτου εἰς ζωήν. *Μὴ φοβοῦ, Σίμων, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.* Τὴν λίμνην κατάλιπε, τὴν οἰκουμένην σαγήνευε · τὸν κάλαμον σύνθλασον, καὶ τὸν σταυρὸν εὐτρέπισον · τὴν [1] ὁρμαΐαν διάσπασον, καὶ τὴν εὐσέβειαν κήρυξον · ῥῖψον τὸ ἄγκιστρον, καὶ νόσους θεράπευσον · τὰ δίκτυα μίσησον, καὶ τὰς οὐρανίους κλεῖς χάλκευσον · ἔξελθε ἀπὸ τοῦ πλοίου, καὶ εἰσέλυε εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. *Μὴ φοβοῦ, Σίμων, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν.* Ὦ τῆς τοῦ Κυρίου δυνάμεως! Ὦ τῆς τοῦ Πέτρου συνέσεως! Οὐκ εἶπεν ὁ ἁλιεὺς ἁλιεύς, Τί τὸ ξένον τῆς τοῦ διδασκάλου παραινέσεως; ἀνθρώπους ζωγρήσω, καὶ ποῖον δίκτυον εὐτρεπίσω; που δὲ καὶ νίθοντα * τὰ ἀνθρωπόθηρα ταῦτα δίκτυα; μὴ ἁρπάζει με λόγος ἀγκιστρεύσας με; Οὐδὲν τούτων εἶπεν ὁ Σίμων, μόνον δὲ ἤκουσεν, εὐθέως ὑπήκουσεν · οὐ τοὺς ἰχθύας ἐπωλησεν, οὐ τῆς εὐπορίας ἐδεήθη, οὐ τῇ γυναικὶ συνετάξατο, οὐκ εἶπε πρὸς τὸν Δεσπότην, Σῶσόν μου τὰ μέτρια, Δέσποτα · λογοθετήσω τοὺς συναλλάκτας, μικρὰ ἀναλώματα τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου καταλείψω. Οὐδὲν τούτων · ὁ Σίμων ἔφρασε · Πέτρος γὰρ ἦν τὸ ὅλον. Καὶ ὅτιπερ οὐ μόνον Πέτρος ὑπήκουσε τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι, ἀλλὰ καὶ Ἀνδρέας, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης · αὗται γάρ εἰσιν αἱ ἀδελφαὶ καὶ πίσται δύο ζυγαδες.

Εἶδες τὴν τοῦ Κυρίου πραγματείαν; τίνος χάριν ἐπὶ

* Νίθονται

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν λίμνην παρεγένετο; ἵνα τοὺς μὲν ὄχλους διδάξῃ, τοὺς δὲ ἁλιεῖς ἀγκιστρεύσῃ. Ἦκουες οὖν ἀρτίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· *Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα αὐτῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ.* Τί δὲ ὁ Κύριος; δεῖ γὰρ συμπεραίνειν τῷ λόγῳ. Ὡς εἶδε τῶν ἀποστόλων τὴν προθυμίαν, ὅτιπερ ἀφέντες ἅπαντα, ἠκολούθησαν αὐτῷ, ἐπὶ θεραπείαν ἐπείγεται, ἵνα μὴ ὁ διάβολος ἔκκωμα [a] ἀπιστίας εὕρῃ· εὐμεταμέλητον γὰρ τὸ γένος τὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ πρὸς ἀντιταλάντευσιν ἕτοιμον. Ἔμελλον γὰρ λέγειν οἱ ἀπόστολοι τοῦ Κυρίου, εἰ μηδὲν ἕτερον σημεῖον ἐθεάσαντο· μὴ ἄρα μάτην καταλιπόντες τὴν ὕπαρξιν ἡμῶν ἠκολουθήσαμεν αὐτῷ; καὶ ἡ συνδρομὴ τῶν ἰχθύων κατά τινα τρόπον γεγένηται, οὐχὶ δὲ κατὰ θεῖον κέλευσμα. Ὅπως οὖν μὴ τοιούτοις σκεύμασι [c] μολυνθῶσιν οἱ ἀπόστολοι, μόνον ἀπέστη τῆς λίμνης, καὶ ἐν μιᾷ τῶν ἐγγύθεν πόλεων ὄχλου συνδεδραμηκότος θεοθεράπευτον ἰατρεῖον ἀνοίγει, καὶ εὐθὺς θελήματι μόνῳ ἀποδύει τὸν λεπρὸν, καὶ τὴν κατάστικτον αὐτοῦ μηλωτὴν τῆς λέπρας ἐκαθάρισεν· ἵνα γνῷ Πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ὅτι οὐ μόνον οἱ ἔμψυχοι ἰχθύες ὑπακούουσι τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄψυχον πάθος τῷ νεύματι αὐτοῦ φυγαδεύεται. Ἦκουες δὲ ἀρτίως βοῶντος τοῦ λεπροῦ· *Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.* Ὦ λεπροῦ εὐσεβοῦς δόγματος γνῶσις. Οὐκ ἐσπίλωσεν αὐτοῦ τὴν ὀρθόδοξον γνώμην ἡ ὁλόρρυπος τῆς λέπρας [256] δορά· ἔξωθεν ἦρπε τὸ πάθος· ἔνδον γὰρ οὐχ εὗρε νομήν· τὸ σῶμα κατεδόσκετο, τῆς δὲ ψυχῆς οὐχ ἥπτετο· ἐφύβριστον τίτλον ἐβάσταζεν, ἀλλ' οὐκ ἤγγισεν ἡ συνοδοιπόρος· πλήρης ἦν λέπρας, ἀλλ' ἐμίσει τὸν παράνομον Ὀζίαν· ἡ συναγωγὴ αὐτὸν ἀπωθεῖτο, ἀλλ' ἡ Ἐκκλησία αὐτὸν περιεπτύσσετο· ὁ Μωϋσῆς αὐτὸν ὕβριζεν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐθεράπευεν. Ὥδε θεραπεύεται, κἀκεῖ τὰ δῶρα τῆς θεραπείας προσφέρειν κελεύεται. Διά τί; Ἵνα καὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὸ φιλάνθρωπον γνωσθῇ, καὶ τῶν φιλαργύρων Ἰουδαίων τὸ φιλέμπορον φανῇς. Τί οὖν ὁ κακοδόξων ἔλεγχος λεπρός; *Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.* Οὐ λέγω, παρακάλεσον, ἀλλ' αὐθέντισον· οὐ λέγω, πρόσευξαι, ἀλλ', ἴασαι. Ἴδιον γὰρ Θεοῦ ἰδίῳ θελήματι θεραπεύειν, οὐχὶ δὲ ἀλλοτρίῳ νεύματι. *Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι.* Ἤκουσα γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν.* Ἐπεὶ οὖν πάντα θελήσει παρήγαγες εἰς τὸ εἶναι, καὶ οὐρανοὺς μὲν ἐξέτεινας ὡσεὶ δέρριν, γῆν δὲ ὑφήπλωσας ὡς σινδόνα, τὰ μεταξὺ δὲ τούτων πολυμόρφως ἀμφιάσας· ἀπόδος κἀμοὶ τὸ τῆς φύσεως ἱμάτιον, ὅπως τὸν μὲν νόμον ὡς φορτικὸν ἐκκλίνω, τὴν δὲ χάριν ὡς φιλάνθρωπον δοξάσω, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Conjectum est ἔκκαυμα.
[c] Conjectum ὑποπτεύμασι, vel, σκέμμασι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mutatur humanum genus, et ad contraria eligenda pronum. Dicturi namque erant apostoli Domino, si nullum aliud signum viderent : Num frustra relinquentes facultates nostras secuti sumus eum ? et concursus piscium alio quodam modo factus est, non ex divino jussu. Ne igitur talibus suspicionibus fœdarentur apostoli, a stagno tantum recessit, et in una vicinarum civitatum, turba concurrente, divinam aperuit medicinam : statimque ex sola voluntate leprosum spoliat, et ejus meloten maculis distinctam a lepra purgat : ut sciret Petrus et qui cum illo erant, non solum vivos pisces obsequi mandatis Domini, sed etiam inanimatum morbum ejus nutu fugari. Audisti modo clamantem leprosum : *Domine, si vis, potes me mundare* (*Luc.* V, 12). O leprosi scientia pii dogmatis ! orthodoxam ejus mentem maculis non fœdavit pellis illa tota lepræ punctis horrida : extrinsecus repebat morbus, intrinsecus vero locum non reperit : corpus corrodebatur, sed animam ægritudo non attingebat : contumeliosum titulum gestabat, sed non appropinquabat comes lepra : plenus erat lepra, sed odio habebat improbum Oziam : synagoga illum repellebat, sed Ecclesia ipsum amplectebatur : Moyses ipsum contumelia afficiebat, sed Christus sanabat. Hic curatur, et illic curationis dona offerre jubetur. Quare ? Ut Domini Christi amor erga homines nosceretur, et pecuniæ amantium Judæorum cupiditas appareret. Quid igitur leprosus ille, qui prave sentientes omnes confutabat ? *Domine, si vis, potes me mundare.* Non dico, Roga, sed, Cum auctoritate jube : non dico, Precare, sed, Sana. Proprium enim Dei est sua voluntate sanare, non alieno nutu. *Domine, si vis, potes me mundare.* Audivi enim Prophetam dicentem : *Deus noster in cœlo et in terra omnia quæcumque voluit fecit* (*Psal.* CXIII, 3). Quoniam igitur omnia ut essent produxisti, ac cœlos extendisti sicut pellem, et terram subtus expandisti velut sindonem, et quæ intermedia erant, variis formis exornasti ; tribue quoque mihi naturæ vestimentum, ut legem, utpote onerosam, declinem, gratiam vero, ut hominum amantem glorificem, in Christo Jesu Domino nostro, cum Patre et Spiritu sancto, in secula seculorum. Amen.

SYNOPSIS
EORUM QUÆ IN OPERIBUS CHRYSOSTOMI
OBSERVANTUR.

Prologus.

Rem operosam atque hactenus intentatam aggredimur, cum ad lectoris commodum ea quæ in tam ampla tot voluminum mole dispersa sunt, secundum materiæ ordinem, unum sub conspectum ponere destinamus. At enim non iis modo, queis immensa illa opera legere non vacat per otium, sed iis etiam qui diuturna lectione totos duodecim tomos evolvent, difficile admodum esset omnia secundum argumenti rationem excerpere et in certa capita distribuere ; nimirum quæ ad doctrinam et theologiam, quæ ad disciplinam et ritus varios tum Antiochenos tum Constantinopolitanos ; innumera illa quæ de hæreticis et hæresiarchis passim occurrunt; miscellanea multa quæ in argumentum aliquod redigere in promptu non est. Demum digressiones frequentissimas quas in similitudinibus adhibet Chrysostomus, ubi infinita pene ad ritus et mores sui temporis pertinentia, quæ ad religionem non spectabant, in comparationibus recenset. Hæc omnia in diatribas quinque distributa jam proferemus. De stylo etiam ejus aliqua discere animus erat : sed quia in præfatione primi tomi hac de re luculenter actum est, id retractare supervacaneum fore diximus.

DIATRIBA I.

De iis quæ ad doctrinam spectant et ad theologicas opiniones illius ævi.

De substantia Dei deque Trinitate Personarum ea non raro profert Chrysostomus, quæ Christiani omnes profitentur. De incarnatione vero Christi et ejus cum Patre æqualitate innumeris in locis agit ut Anomœorum tela propulset, qui tunc Antiochiæ et Constantinopoli contra Catholicos velificabantur : neque est ea in re diutius immorandum. Contra Anomœos autem concertans, duas in Christo voluntates fuisse pugnat, et Monothelitarum qui postea exorti sunt, quasi data opera, hæresim profligat (*T.* I, col. 765-766).

Baptismi ritum ita describit Chrysostomus : Qui baptizandi erant, per dies triginta ad sanctum illud lavacrum apparabantur : antequam tingerentur, hæc verba proferebant : *Abrenuntio tibi, satana, et pompæ tuæ et cultui tuo, et conjungor tibi, Christe* (*T.* II, col. 239) : illis vero addere jubebantur, *Credo in resurrectionem mortuorum* (*T.* X, col. 348). Posteaque ter in unda mergebantur. In homilia vero sexta in Epistolam ad Colossenses, ita refert verba ab eo qui baptismum accepturus erat prolata (*T.* XI, col. 342) : *Abrenuntio tibi, satana, et pompæ tuæ et cultui tuo et angelis tuis.* Illud vero, *et angelis tuis*, in præcedenti non habetur : sed illa prior Antiochiæ descripta fuit, posterior vero Constantinopoli, ubi fortasse levis illa diversitas in usu erat. Baptismus vero, inquit ille, non dabatur in Pentecoste, quam vocat ille metropolin festorum (*T.* IX, col. 22) : quia nempe fideles, Spiritus sancti descensui unice addicti, cætera in tempus aliud mittebant (*T.* II, col. 463).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Sæpe vero carpit eos, qui baptismum usque ad mortem differebant, ac quæ hinc mala et pericula sequantur recenset (*Tomo secundo et Tomo octavo*). Baptismi vero nomina multa erant, inquit (*Tomo secundo*), nempe lavacrum regenerationis, illuminatio; vocabatur etiam sepultura, circumcisio, crux; imo alia quoque nomina pro baptismate in usu erant.

De Eucharistiæ sacramento nullus patrum veterum est, qui luculentius verba fecerit. Libro namque tertio de Sacerdotio, postquam sacerdotum dignitatem extulerat, qui stant, inquit, prope illam immortalem naturam, paulo postea dicit : *Nam si non potest quis intrare in regnum cœlorum, nisi per aquam et spiritum regeneratus fuerit, etiam qui non manducat carnem Domini, nec bibit ejus sanguinem, æterna vita privatur* (*Tomo primo*). In Homilia item de Proditione Judæ dicit hæc verba, *Hoc est corpus meum* (*Tomo secundo*), transformare ea quæ proposita sunt, et diabolum insiliisse in Judam postquam mensæ divinæ particeps fuerat, non corpus Domini, quod ille acceperat, despiciens, sed ipsius Judæ impudentiam contemnens. Corpus et sanguinem Christi vere in Eucharistia esse bis dicit etiam in Homiliis in Matthæum. Commentario autem in Epistolam secundam ad Corinthios in hæc verba (*Tomo septimo*), *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* hæc clarissime dicit, *Hoc quod in calice est, illud ipsum est quod ex latere fluxit* (*Tomo decimo*). Cum majori etiam ἐναργείᾳ, hæc de corpore Christi in Eucharistia loquitur in Homil. secunda in Epistolam secundam ad Timotheum (*Tomo undecimo*) : *Et hoc igitur corpus Christi est et illud. Qui vero putat hoc minus illo esse, is nescit Christum etiam nunc adesse et operari.* Hic vero loquitur de sacerdote sacrificium offerente.

Circa pœnitentiæ sacramentum de confessione loquens, lucifugis errandi materiam, recte sentientibus scrupulum injecit Chrysostomus, cum Oratione quinta de Incomprehensibili dicit : *Non te in theatrum conservorum tuorum duco, neque hominibus peccata revelare cogo : conscientiam tuam expende coram Deo, ostende ipsi vulnera, et ab eo medicamenta postula* (*Tomo primo*). Hac de re non paucos hærentes vidi, nonnullosque dubitantes an illo ævo confessio peccatorum sacerdoti facienda in usu esset Antiochiæ, ubi hæc dicta protulit Chrysostomus. Non advertentes ipsum libro tertio de Sacerdotio dicere, sacerdotes prorsus purgandi potestatem accepisse, et post regenerationem admissa peccata condonare posse (*Tomo primo*) : atque adeo, cum de confessione peccatorum loquitur, id sæpe de hoc sacerdotum ministerio intelligendum esse ; ut cum dicit, post peccatum ad confessionem esse pergendum, et confessionem communioni esse præmittendam (*Tomo primo*). Clarius rem profert, cum sacerdoti ulcera esse manifestanda pronuntiat (*Tomo secundo*) : per confessionem enim, inquit, peccatorum sarcina deponitur. Licet vero passim dicat ille, in precibus confessionem Deo emittendam esse, in memoratis locis confessionem etiam sacerdoti faciendam esse declarat.

Jam ad quæstionem veniamus, quæ haud diu post obitum Chrysostomi agitata fuit, imo in extremis ejus vitæ annis suborta est ; quæque ævo nostro per integrum pene sæculum multorum ingenia exercuit ; de gratia nempe et libero arbitrio. Julianus enim et Anianus Pelagiani, Chrysostomum sibi favere dictitabant : et Cassianus, qui Chrysostomo hæserat, Semipelagianorum hæreseos auctor habetur. Qui autem hujusmodi hæresibus nomen dederant, tantum doctorem putabant in homiliis suis favere sibi, ejusque testimoniis utebantur, ut dictis suis auctoritatem conciliarent : et loca haud dubie proferebant, quæ videbantur suæ tuendæ sententiæ opportuna. Cum enim circa gratiam et liberum arbitrium nihildum esset ortum vel scrupuli vel disceptationis, neque esset res tam difficilis certis vocum limitibus circumscripta : quid mirum, si Chrysostomus in concionibus, quas plerumque ex tempore pronuntiavit, quædam protulerit circa gratiam Dei, quæ, si secundis curis et accuratius tractasset, emendavisset haud dubie ? ut et Augustinus quæ pridem de gratia Dei senserat, abjecit omnino, cum ea de re tot scribendis libris operam dedit.

Chrysostomi loca hic referimus : Homilia in dictum illud Pauli, *Habentes autem eumdem Spiritum fidei*, etc. (*Tomo tertio*), hæc habet : *Illud nimirum ostendere volens, quod initio credere, et parere vocanti, nostræ est bonæ mentis : at postquam jacta fuerint fidei fundamenta, jam opus est auxilio Spiritus, ut in nobis perpetuo maneat inconcussa et inexpugnabilis. Neque enim Deus, neque Spiritus gratia nostrum prævenit propositum ; sed tametsi vocet, exspectat tamen, ut sponte et propria voluntate accedamus, ac tum demum cum accesserimus, nobis suum totum exhibet auxilium.* Simile quidpiam dicit Homil. in Joannem hæc Evangelii verba explicans (*Tomo octavo*) : *Conversus autem Jesus, et videns eos sequentes, dicit eis : Quid quæritis?* Pergit ille : *Hinc docemur Deum donis non prævenire voluntates nostras ; sed ubi nos incepimus, cum voluntatem præmisimus, tunc plurimas dat ille nobis salutis occasiones.*

Homilia autem 59 in Genesim rem ita explicat, ut secum ipse pugnare videatur (*Tomo quarto*). Nam de Jacobo Isaaci filio loquens hæc habet : *Licet superno præsidio fretus fuerit, attamen quod suum erat prius exhibuit. Ita sane et nos persuadeamus nobis, licet millies enitamur, nihil tamen prorsus recte agere posse, nisi superno auxilio adjutos. Sicut enim nisi ille subsidio fruamur, nihil unquam possumus recte agere : ita, nisi quod nostrum est attulerimus, non poterimus supernum auxilium obtinere.* Si namque initium et fundamenta fidei sine Dei auxilio ponere possumus, ut ille supra dixit, quomodo verum esse poterit illud quod hic adjicit, nos nempe *nihil unquam* recte agere posse, nisi superno auxilio adjutos ?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quia enim de gratia et libero arbitrio nihildum in Ecclesia statutum fuerat, non tanto scrupulo quæ sese menti offerebant, orator noster ea de re enuntiabat, qui si ea ad trutinam excussisset, saniora haud dubie dedisset ; sed non licebat oratori quotidie ferme et ex tempore sæpe declamanti serio verbis et dictis omnibus advigilare, in rebus maxime quæ nondum publicis Ecclesiæ legibus assertæ fuerant (*Tomo tertio*). Cæterum quam a Pelagiana hæresi aversus esset ipse testificatur in fine Epistolæ quartæ ad Olympiadem, dicens : *De Pelagio monacho magno dolore affectus sum : cogita igitur quot quantisque coronis digni sint qui fortiter in acie steterunt, cum viros, qui in tanta pietatis exercitatione et tolerantia vixerunt, subripi videamus.*

Hic de Pelagio hæresiarcha agi cum multis viris doctis existimo. Erat enim ille monachus, erroresque suos spargere cœpit, quando Chrysostomus exsul extremum vitæ curriculum agebat anno circiter 407. Quæ omnia ad Pelagium hæreseos auctorem spectare videntur, atque ita cum illo consonant, ut non alius Pelagius quærendus videatur.

DIATRIBA II.

De disciplina ævo Chrysostomi, deque ritibus variis tum Antiochenis tum Constantinopolitanis : et de Liturgia.

Circa cultum venerabilis crucis Domini, sanctarum reliquiarum et imaginum, etiamque intercessionem et invocationem sanctorum, illa passim profert Chrysostomus, quæ hodiernum Ecclesiæ morem prorsus exprimant. Singulare prorsus est id, quod de S. crucis cultu dicit ille (*nempe in Tomo primo*) : *Nihil Imperatoriam coronam sic exornat ut crux, universo mundo pretiosior ; et ejus figura, quam olim omnes exhorrescebant, ita certatim exquiritur ab omnibus, ut ubique reperiatur, apud principes et subditos, apud mulieres et viros, apud virgines et nuptas, apud servos et liberos : nam illud omnes signum frequenter imprimunt in membrorum meliori parte, et in fronte ceu in columna figuratum quotidie circumferunt. Hoc in sacra mensa, hoc in sacerdotum ordinationibus, hoc rursum cum corpore Christi et mystica cœna refulget. Hoc ubique celebratum videre est, in domibus, in foro, in desertis, in viis, in montibus, in saltibus, in collibus, in mari, in navibus, in insulis, in lectis, in vestimentis, in armis, in thalamis, in conviviis, in vasis argenteis et aureis, in margaritis, in parietum picturis, in corporibus brutorum male affectis, in corporibus a dæmone obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in choreis tripudiantium, in sodalitiis sese macerantium : adeo certatim donum hoc mirabile, ejusque ineffabilem gratiam omnes perquirunt____ Ubique illa fulget, in parietibus domorum, in tectis, in libris, in urbibus, in vicis, in incultis, in cultis locis____ Illud vero ipsum lignum, in quo sacrum corpus passum et crucifixum est, cur certatim omnes adeunt ? cur particulam ejus multi sumentes auro inclusam, tum viri tum mulieres a collo suspendunt ad ornatum, etsi damnationis symbolum hoc lignum fuit ? Imo Imperatores posito diademate crucem suscipiebant* (*Tomo primo*).

Hæc sæpius dicit in orationibus contra Judæos, additque signo crucis adversariam potestatem omnem fugari (*Ibidem*). Singulare autem omnino est id, quod bis profert Chrysostomus, cujus hic verba adscribam (*Tomo quinto*) : *Sed ecce crux nunc ipsa vita evasit honorabilior et splendidior, et omnes eam in fronte circumferimus ; non solum non erubescentes, sed etiam gloriantes.* Alibi dicit illam in fronte fuisse depictam (*Tomo septimo*). *Idcirco*, inquit, *et domi, et in parietibus, et in fenestris, et in fronte et in mente, illam cum multo studio depingimus* (*Tomo quinto*). *Omnes eam in fronte circumferimus*, inquit, *non solum non erubescentes, sed etiam gloriantes. Non modo enim populares, sed et ii qui sunt diademate redimiti, eam potius in fronte gestant quam diadema.*

De honore atque cultu sanctorum, præcipueque martyrum reliquiis præstito frequenter agit Chrysostomus. Insignis locus ille est, ubi de sancto Babyla disserens talia fatur (*Tomo secundo*) : *At Deus ille clemens, qui infinitas nobis salutis occasiones contulit, hanc quoque nobis cum aliis aperuit viam, quæ nos possit ad virtutem evocare, sanctorum reliquias interim apud nos relinquens. Nam post sermonis virtutem, secundum tenent ordinem sanctorum sepulcra, quæ animos intuentium hominum ad imitationem concitent. Ac sicubi quis ejusmodi capsæ adstet, statim ejus efficaciam sensu percipit____ Probe autem animadvertet defunctorum phantasiam ex ipsis locis in viventium animis excitari, si quis cogitet quomodo ii, qui lugendi causa veniunt, statim atque ad sepulcra accesserunt, ac si vice urnæ eos, qui in urna jacent, stantes viderent, sic illos e limine statim compellent. Multi vero, intolerabili affecti dolore, prope sepulcra mortuorum domicilium sibi perenne constituerunt ; id nequaquam facturi, nisi ex loci conspectu quidpiam consolationis percepissent. Ecquid de loco et sepulcro loquor ? cum vestis sæpe sola mortuorum visa, aut verbum unum mente repetitum animum excitarit, et labentem memoriam reduxerit. Ideo reliquias sanctorum nobis Deus dimisit. Me autem non hæc frustra jactitare, sed ad utilitatem nostram ita provisum esse, fidem facere possunt miracula quæ a sanctis quotidie martyribus eduntur.*

Homilia vero in S. Eustathium Antiochenum hæc habet : *Idcirco sanctorum corpora et fontes et radices et unguenta nuncupo spiritualia* (*Tomo secundo*). Plebs vero Antiochena in vicinos urbi campos, ubi sepulchra martyrum erant, libenter confluebat. Quia vero martyrum monumenta cum hæreticorum sepulchris intermixta erant (*Ibidem*) ; ideo Flavianus, ut devotæ plebi consuleret, ossa illa martyrum delegit, ac seorsum in puro mundoque loco collocavit. Ipse quoque Chrysostomus exsul Rufino presbytero reliquias martyrum misit, minime dubias, inquit, quas ab Otreio Arabissi episcopo acceperat (*Tomo tertio*). Plura possemus addere, sed hæc satis sunt. Cultum

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста ABBYY FR

enim ille reliquiarum adeo frequenter celebrat, ut nihil ea de re dubii supersit.

Nec minus clare loquitur de invocatione et intercessione sanctorum et martyrum. Cum Antiocheni adversa valetudine laborantes ad Judæos, qui præstigiis ad morbos depellendos utebantur, confugerent, ut a talibus illos avertat, his avocat verbis (*Tomo primo*) : *Proinde tu quoque, si videris te puniri a Deo, ne profugias ad ejus inimicos Judæos, ne magis etiam illum in te provoces ; sed ad amicos illius martyres, atque sanctos, qui illi placuerunt, quique multum apud illum habent auctoritatis.* Homilia vero in sanctum Meletium (*Tomo secundo*) : *Oremus itaque omnes simul tam magistratus, quam privati, tam servi quam liberi, beatum ipsum Meletium harum precum socium accipientes.* Et alibi clarissime (*Tomo quarto*) : *Id scientes, dilecti, confugiamus ad sanctorum preces, et oremus ut pro nobis intercedant. Sed non illorum precibus tantum confidamus, sed et ipsi nostra, ut oportet, dispensemus recte, et ad meliora converti nitamur, ut locum demus orationi, quæ pro nobis funditur.* Alia non pauca proferenda suppeterent; sed in re certissima non est diutius immorandum.

Ecclesiæ multæ illo ævo martyria appellabantur. Martyrium vero initio ecclesiam martyrum significasse videtur; ac semper frequentius pro ecclesia martyrum accipitur, sed pro aliis etiam ecclesiis nonnumquam adhibetur (*Tomo secundo. Vide notam et Glossarium Cangii Græco-Latinum*). Illo autem ævo tum ecclesiis, tum martyriis magnus exhibebatur honor et reverentia. Cum in ecclesiam intrarent, manus abluebant, itemque antequam precarentur (*Tomo octavo*) : *Quemadmodum enim,* inquit, *solenne est ut fontes præsto sint ante oratoria, ut adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant : ita pauperes fontium vice ante fores collocaverunt majores nostri; ut quemadmodum manus abluimus aqua, sic prius per beneficentiam abstersa anima, tum demum preces nostras offeramus.* In more erat etiam, ut qui in ecclesiam intrarent ejus vestibula oscularentur. Intra ecclesiam vero mulieres tabulis ligneis a viris sequestrabantur : quam rem a majoribus constitutam ita profert Chrysostomus (*Tomo septimo*) : *Oporteret utique intus esse murum qui vos a mulieribus sequestraret : quia vero id non vultis, necessarium esse putarunt patres nostri, ut saltem ligneis tabulis vos separaremus. Ut a senioribus ego audivi, initio hi parietes non fuere.*

Rem singularem docet Chrysostomus quod nempe in mysteriis Christiani Antiocheni se mutuo amplecterentur (*Tomo octavo*); ut multi unum efficerentur, atque communes preces funderent pro non initiatis, pro infirmis, pro orbis fructibus, pro terra, pro mari. Morem autem veterem, quem mirabilem dicit, in memoriam revocat (*Tomo tertio*) : *Coacti autem,* inquit, *tunc fideles omnes post auditam doctrinam, post orationes, post mysteriorum participationem, soluta synaxi, non statim domum concedebant; sed divites et opulentiores, alimenta et fercula e domibus suis afferentes, pauperes advocabant, communique simul mensa fruebantur, communibus epulis atque conviviis in ipsa ecclesia.* Ait porro celebritates illas in meridie plerumque solvi.

De præcipuis per annum diebus festis non semel agit doctor noster. De natali vero die Christi hæc narrat in concione quam habuit anno 386 : illam nempe solennitatem nuper ac nondum elapsis decem annis ab Occidente, ubi ab exordio celebrata fuerat, Antiochiam allatam fuisse (*Tomo secundo*). Quia vero plurimi diem festum hujusmodi quasi novum ac nuper inductum detrectabant, multis argumentis probat ille natalem Christi in vigesimam quintam Decembris incidere. Veteres tamen Ægyptii et Orientales omnes, ut concors omnium sententia est, simul Epiphaniæ Natalisque Domini festum die sexta Januarii celebrabant : at circa medium sæculi quarti invecta easdem in regiones consuetudo fuit ut vigesima quinta Decembris natalem diem celebrarent. Verum priscam illam consuetudinem ad ætatem usque suam in Ecclesia Jerosolymitana obtinere testis est Cosmas Ægyptius, quem edidimus anno 1706 : idipsumque confirmat Joannes Nicænus, dum ait asseverare Jerosolymitanos, Jacobum fratrem Domini, primum Jerosolymorum episcopum, ad natalem Christi celebrandam Januarii sextum diem assignavisse.

Verum diu ante in Antiochenam Ecclesiam invectus fuerat ritus celebrandi natalem Christi die 25 Decembris. Ait enim ille Homilia in S. Philogonium : (*Tomo primo*) : *Instat enim festum, omnium festorum maxime venerandum atque tremendum : quod si quis appellet omnium festorum metropolin, haudquaquam aberret. Quodnam autem hoc est? Christi in carne Natalis. Ab hoc autem festum Epiphaniorum vel Theophaniorum, sacrum Pascha, Ascensio et Pentecoste originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset Christus, non baptizatus fuisset; nam id festum Theophaniorum est : nequaquam fuisset crucifixus, quod est festum Paschæ : non misisset Spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes.*

Post Natalem ergo Christi dies Epiphaniæ, seu Theophaniorum (nam utroque nomine appellatur) magno cultu celebrari solebat. Illo die baptismatis Christi quoque festum agebatur, et ad mysteriorum participationem advocabantur fideles omnes (*T. undecimo*). De Paschatis festo quædam supra dicit Chrysostomus quæ explicatione opus habent : Si Christus, inquit, secundum carnem natus non esset, non fuisset crucifixus, quod est Pascha. Queis significare videtur, Christum in die Paschatis crucifixum fuisse. Ubi observandum illud est, quod in secunda parte octavi tomi diximus in Monito ad sermonem de Paschate, quem inter spuria locavimus (*Tomo octavo, in Spuriis*). Scriptor enim ille videtur omnino distinguere Pascha a Dominica Resurrectionis. Neque modo in Oriente, sed etiam in Occidente talem fuisse distinctionem comperimus. Gregorius enim Turonensis, ordinem a Perpetuo antecessore suo statutum referens, Resurrectionem Domini prius quam Pascha

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

celebratam exhibet hoc pacto (*Greg. Turon. p.* 531):

Sexto Calendas Aprilis Resurrectione Domini nostri Jesu Christi, ad Basilicam Domni Martini.

Pascha, in Ecclesia.

Die Ascensionis in Basilica Domni Martini.

Ubi notat Ruinartius noster: *Festum Paschatis a festo Resurrectionis distinguitur in vetustioribus Kalendariis, ubi Resurrectionis festum die 27 Martii recolitur; Pascha autem, ut omnes norunt, pro varietate lunæ semper celebratum in Ecclesia fuit.* An quid simile tempore Chrysostomi observatum Antiochiæ fuerit videant eruditi. Diem vero natalem Christi vocat supra Chrysostomus metropolin festorum: in loco etiam supra memorato Pentecosten quoque vocat metropolin festorum: sed talis appellatio utrique competere potest, quia dies natalis est fundamentum, Pentecoste vero complementum festorum.

• De diaconis loqui videtur, quando dicit illorum officium esse, ut improbos et palam scelestos arceant a participatione corporis et sanguinis Christi (*Tomo septimo*). Additque illos tunica alba et splendente amictos in ecclesia circuire. Cætera quæ ad diaconos spectabant mox adferemus, ubi de Liturgia.

Catechumeni qui Mysteriis initiabantur (*Tomo nono*), in mystica precatione hæc primo verba proferebant: *In quo clamamus, Abba pater* (*Tomo octavo*). Cum initiabantur autem, hæc pacta cum sacerdotibus inibant: Satanæ et angelis ejus abrenuntiabant, promittebantque se ad illos numquam esse deflexuros. Quapropter mulieres et parvuli, ut contra diaboli insidias in tuto essent, evangelia e collo suspendebant, atque ad majorem custodiam ubique circumferebant. (*Tomo secundo*).

Recens natis pueris ad libitum parentum nomina imponebantur: quidam sanctorum, alii avorum et proavorum nomina indebant, vel eorum qui genere clari fuerant (*Tomo quarto*). Verum hortatur Antiochenos Chrysostomus, ut sanctorum qui virtutibus fulserunt filiis nomina tribuant. Illud vero factum deprehenditur in Encomio S. Meletii, antequam hoc consilium daretur (*Tomo secundo*). *Nam cum eum* (*Meletium*) *a principio*, inquit, *in civitatem ingressum accepissetis, unusquisque filium suum ejus nomine appellabat, per appellationem existimans se in domum suam sanctum introducere, missisque patribus, avis et proavis, matres beati Meletii nomen imponebant liberis, quos pepererant.*

Mos erat Antiochiæ, ut adolescentes ad monasteria mitterentur, ut ibi per quoddam tempus ad mores informandos degerent (*Tomo primo*). Qua de re Chrysostomus: *Ergo nec filios nostros a deserti commoratione ante tempus abducamus; sed sinamus disciplinas altius imprimi, et plantas radicibus firmari. Etiamsi decem, etiamsi viginti annos in monasterio ali oporteat, ne turbemur, nec mœrore afficiamur; quanto enim diutius in gymnasio exercitabitur, tanto majores adipiscetur vires.*

Erant illo ævo virgines Christianæ multæ, quæ per totam vitam a nuptiis abstinerent, ac virginitatem perpetuam profiterentur. Constantinopoli vero quidam virgines nonnullas secum inducebant domum, specie quidem, ut ceu fratres cum sororibus caste viverent; sed ex tali consortio quanta parerentur mala, haud difficile est augurari. Has vero virgines *subintroductas*, vel simul inductas appellabant (*Tomo primo*). Erant item aliæ virgines opibus pollentes, quas *regulares* vocabant. Hæ cultui corporis admodum studebant, et viros inducebant ut secum domi manerent. Contra tam exitialem pestem pro more suo declamat Chrysostomus.

De funebri luctu, qualis suo tempore in usu erat, hæc ille refert (*Tomo sexto*): *Nos qui jam sub gratia sumus, sub certa spe resurrectionis, quibus omnis tristitia interdicitur, qua fronte mortuos nostros gentilium more plangimus, ululatus insanos attollimus, veluti alio genere bacchantes, conscissis tumicis pectora nudamus, verba inania et nænias circa corpus et tumulum defuncti cantamus? Postremo etiam qua ratione vestes nigras tinguimus* (sic), *nisi ut nos vere infideles et miseros, non tantum fletibus, sed etiam vestibus approbemus?* Nemo tunc sepulcra in urbibus construebat. Qui mos ab antiquis manarat tam Græcis, quam Romanis (*Tomo septimo*), ut vidimus in Antiquitate explanata Tomo V. Constantinopoli vero Imperatores, qui in ecclesia SS. Apostolorum tumulabantur, non prope Apostolos, sed foris ad ipsa limina optaverunt corpora sua sepeliri, atque ita pergit Chrysostomus, Imperatores piscatorum ostiarii facti sunt (*Tomo primo*).

Litaniæ, memorantur a Chrysostomo in concione, quam Constantinopoli habuit in die Paschatis anno 399, cujus locum totum hic afferendum putamus (T. *sexto*): *Ante tres dies, irrumpente pluvia, atque omnia secum trahente, et ab ore, ut ita dicam, agricolarum mensam rapiente, comatas spicas dejiciente, cæteraque omnia per humidæ materiæ copiam devastante, litaniæ et supplicationes fuere, totaque civitas nostra quasi torrens ad loca Apostolorum currebat, advocatosque implorabamus sanctum Petrum et beatum Andream, item par illud apostolorum, Paulum et Timotheum.* Hic litaniæ processionem cum cantu haud dubie significant, qua populus Chrysostomo pastore et duce ad ecclesias properabat: quæ *litaniæ*, *litæ* etiam alibi vocantur.

Lectoris vero officium sic ille describit in Homilia octava in Epist. ad Hebræos Constantinopoli habita (*Tomo duodecimo*): *Atqui singulis hebdomadis hæc vobis vel ter leguntur: et cum lector, ascenderit, dicit primum cujus sit liber, nempe hujus vel illius prophetæ, aut apostoli, aut evangelistæ: tunc illa dicit, ut ea vobis clariora sint, et non solum sciatis quæ illic scita sunt, sed et causam eorum quæ scripta sunt, et quisnam ea dixerit.*

Liturgia.

Liturgiam nomine Chrysostomi dedimus in fine duodecimi tomi, qualis diu post Chrysostomi ævum in usu fuit; in qua, ut notavit Savilius, multa habentur quæ infimi ævi notam præ se ferunt: quæ nihil pene

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста АВК/ГК

refert eorum, quæ variis in locis Chrysostomus de sui temporis Liturgia commemorat. Quapropter e re fore visum est, si ea hic recenseamus, quæ passim in ejus operibus de Liturgia occurrunt. Et quidem ipsum Liturgiæ ordinem in hac recensione servare peroptassem; verum id admodum difficile est, imo fieri omnino nequit : loca enim illa Liturgiæ ita excerpta sæpe adducuntur, ut nescias ad quam Liturgiæ partem pertineant.

Liturgia vero, quam Pascha vocat Chrysostomus, ter et aliquando quater in hebdomade celebrabatur. Ejus verba referre ne pigeat (*Tomo primo*). *Non enim*, inquit, *idem sunt Pascha et Quadragesima; sed aliud Pascha, aliud Quadragesima; siquidem Quadragesima semel in anno fit, Pascha vero ter in hebdomada, nonnumquam etiam quater, vel potius quotiescumque volumus. Est enim Pascha non jejunium, sed oblatio et sacrificium, quod in singulis fit collectis.*

Mysteria januis clausis celebrabantur, et non initiati abigebantur (*Tomo septimo*); nesciebant enim virtutem calicis (*Tomo secundo*). Sacerdos autem *manum tollens in altum, altius et ipse stans, in tremendo illo silentio vociferans, alios quidem vocabat, alios vero arcebat : non hoc manu faciens, sed lingua clarius et apertius quam manu. Nam vox illa in nostras aures incurrens, tamquam manus alios quidem expellit et ejicit, alios autem introducit et sistit* (*Tomo duodecimo*).

Quæ de Liturgia in tanta operum sylva hinc et inde refert Chrysostomus, vix, ac ne vix quidem, ut jam dixi, suo ordine recensere possumus. De hujusmodi ordine quidpiam commemorare videtur homilia decima octava in Epist. secunda ad Corinthios (*Tomo decimo*) : *Omnibus*, inquit, *unum corpus, unum poculum proponimus : in precationibus quoque populum videtis multum conferre. Etenim pro energumenis, et pro iis qui in pœnitentia sunt, communes et a sacerdote et ab ipsis preces fiunt : atque omnes unam eamdemque precem emittunt, precem, inquam, misericordia plenam. Rursus cum eos, qui sacrosanctæ mensæ participes esse nequeunt, a sacris septis arcemus, ineunda est altera oratio, in qua omnes humi jacemus, omnes æque consurgimus. Ad hæc, cum pax danda vicissimque accipienda est, omnes mutuo nos exosculamur. Jam in tremendis quoque mysteriis, ut sacerdos pro plebe, ita plebs pro sacerdote vota facit. Hæc enim verba : Et cum spiritu tuo, nihil aliud quam hoc significant. Rursus ea oratio, qua Deo gratiæ aguntur, communis est. Neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs universa. Nam cum prius illorum vocem sumpsit, atque illi assenserunt id digne et juste fieri, tum demum gratiarum actionem auspicatur.*

De sacerdote mysteria celebrante hæc dicit homilia tertia in Epist. ad Colossenses (*Tomo undecimo*) : « Cum ingressus fuerit is qui præest Ecclesiæ, statim dicit, *Pax omnibus;* quando concionatur, *Pax omnibus*, quando benedicit, *Pax omnibus;* quando jubet salutare, *Pax omnibus;* quando peractum fuerit sacrificium, *Pax omnibus.* Et rursus in medio, *Gratia vobis et pax.* »

Verum hæc pauca nobis subindicant de sacerdotis in Liturgia dictis et gestis, deque eorum inter se ordine. De Liturgiæ certe initio, deque precibus et aliis, quæ Præfationi, ut vocamus, præmittebat sacerdos, nihil habet Chrysostomus. Præfationis autem hæc verba refert : Sacerdos dicebat : *Sursum habeamus mentem et corda* (*Tomo secundo*). Respondebat populus, *Habemus ad Dominum.* Ut vero liquidum videtur ex præcedentibus, pergebat sacerdos, *Gratias agamus Domino Deo nostro :* populus vero, *Dignum et justum est.* Id vero significat ille, cum dicit supra : *Atque illi assenserunt id digne et juste fieri.* Pergit ille : *Tum demum gratiarum actionem auspicatur.* Præfationem nimirum proferebat sacerdos nostræ non absimilem.

In oblatione vero dicebat sacerdos : *Sive volentes, sive inviti peccavimus, condona* (*Tomo duodecimo*) : queis similia habentur in Liturgia illa, Chrysostomi nomine a nobis publicata Tom. 12. Quandonam autem hæc verba diceret, *Oremus omnes communiter*, non indicatur a Chrysostomo qui illa profert (*Tomo undecimo*).

Martyres etiam in Liturgia memorabantur. Nomina quoque patronorum et benefactorum semper in sacris oblationibus proferebantur, additis precibus pro vitis eorum et prædiis (*Tomo nono*). Mortuorum etiam memoria celebrari solebat *in venerandis atque horrificis mysteriis* (*Tomo undecimo*).

Hæc de sacerdote sacra peragente : nec pauciora de diacono refert, qui divinis mysteriis intererat, sæpeque alta voce populo monita dabat, quæ illo, quo dicebantur, ordine recensere in promptu non est. Clamabat autem, *Erecti stemus probe* (*Tomo primo*) : quibus verbis, non ut corpus modo, sed ut animum etiam erigeret, adstanti plebi significabat. Subinde etiam alta voce sic plebem monere solebat *Ibidem*) : *Alii alios noscite;* ut videlicet internoscerent, num impii, scelesti, vel judaizantes secum intermixti essent.

Precationem autem, dum sacra peragerentur, plebi suggerebat, quam ipsis verbis retulit Chrysostomus : *Oremus pro episcopo et senectute et patrocinio, ut recte tractet verbum veritatis, et pro iis qui hic sunt et ubique terrarum* (*Tomo sexto*). Addebat etiam : *Pro iis qui in Christo defuncti sunt, et pro iis qui illorum memoriam faciunt* (*Tomo nono*).

Vocem porro, quam sæpe clamando repetebat diaconus hæc erat, *Attendamus* (*Ibid.*) : quam ego sæpe audivi Romæ a diacono dictam, cum Liturgiæ Græcorum animi causa interforem. Observandum autem est, quod hic addit Chrysostomus, nempe post illam vocem, lectorem incipere prophetiam Isaiæ; quæ vox præmissa fuerat, ut attentiore animo plebs prophetam audiret. Hæc porro adjicit etiam S. doctor in sermone de Ascensione : *Audi in precatione diaconos semper dicentes, Angelum pacis rogate* (*Tomo secundo*).

Diaconi officium erat tumultum compescere, si cubi in ecclesia oriretur (*Tomo nono*) : quamobrem monet ille ut, si quis alium dicteriis impetat, vel risui, cachinnis et fabulis incumbat, diaconus advo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cetur, qui sedet futilia illa, et modeste agere compellat.

De sacerdotibus autem et diaconis hæc continenter refert Chrysostomus (*Tomo primo*) : *Sacerdotes etiam cum benedicturi sunt, ubi prius pacem vobis apprecati fuerint, deinceps incipiunt benedicere. Et vero diaconus, dum cum aliis precari jubet, hoc quoque imperat in oratione, ut angelum pacis rogemus, et quæ proposita sunt, cuncta pacifica : et ab hoc conventu vos dimittens hoc vobis precatur dicens : In pace discedite.*

Neque prætermittendum est id quod dicit Chrysostomus de dæmoniacis et mente captis, vel energumenis, qui antequam mysteria celebrarentur, a diacono inducebantur et capita inclinare jubebantur, tunc oratio pro illis fieri solebat, quæ cæteras omnes præcedebat (*Tomo primo*). Graviter autem carpit ille eos, qui hanc orationem cum aliis non proferebant, vel qui tunc mutuo fabulabantur. *Prima precatio*, inquit ille, *quam pro energumenis adhibemus, misericordiæ commemoratione plena est : secunda quoque pro iis, qui in pœnitentia sunt, multam misericordiam postulat. Tertia demum pro nobis ipsis est : et hæc populi infantes innocentes inducit, Deum ad misericordiam provocantes. Quia enim nos peccata nostra damnamus, pro iis qui multum peccarunt et accusari debent, nos precamur : pro nobis vero pueri, quorum simplicitatis imitatores regnum cælorum exspectat* (*Tomo septimo*).

DIATRIBA III.

De hæreticis et hæresiarchis quos frequenter memorat Chrysostomus, deque illorum hæresibus.

Non minoris operæ erit ex tanta operum sylva ea, quæ passim Chrysostomus memorat de hæresiarchis, de hæresibus et erroribus, qui ævo suo in Ecclesia Orientali grassabantur, omnia excerpere et suo ordine recensere. Præter eos enim qui ævo suo exorti fuerant, ut Anomœi, Macedoniani, Photiniani ; vetustiores etiam multos inducit, quorum secta adhuc vel numerosa, vel nundum exstincta erat. Ad hæc vero errores circa fidem quamplurimos, qui apud vulgus illo tempore spargebantur, in concionibus suis exagitat ac refellit. Observandum autem in hæresibus illis quæ ante finem tertii sæculi exortæ fuerant, multos hic deprehendi errores a scriptoribus istius ævi nusquam memoratos. Eos enim qui semel ab Ecclesiæ Catholicæ auctoritate, quæ est una veræ fidei norma, deflexerant, in novos quotidie lapsus incidisse nihil mirum.

Docitas non semel perstringit ille, sive illos qui dicebant Christum δοκήσει, id est, *specie*, tantum sive *apparenter*, ut alii dicunt, aut *putative*, ut ait Irenæus, in mundum venisse. Adventum enim, vitam et mortem Christi φαντασίαν, *phantasiam* tantum, non rem vere gestam fuisse putabant. Chrysostomus vero cum dicit, Christum sepultum tribus diebus et tribus noctibus *in corde terræ* mansisse, addit, *et nemo id specie tantum* factum fuisse suspicetur (*Tomo septimo*). Hæc quippe hæresis quæ jam apostolicis temporibus orta fuerat, ævo Chrysostomi adhuc vigebat, ut videre est homilia quarta in Epist. ad Hebræos (*Tomo duodecimo*) : *Præ pudore se abscondant qui dicunt eum advenisse per speciem, non ipsa rei veritate.* Qui prior hujus hæresis mentionem facit est Ignatius Martyr in Epistola ad Trallianos et in Epistola ad Smyrnæos. Memoratur etiam ab Irenæo, Clemente Alexandrino, qui hæreticos hujusmodi Docitas vocat, ab Origene item et Eusebio.

Alii vero dicebant Christum per Mariam quasi aquam per canalem transiisse tantum, id est, corpus ejus non in utero Virginis crevisse, uti solet fieri, sed jam formatum transiisse tantum, velut aquam per canalem : quem errorem rejicit Chrysostomus (*Tomo septimo*). Irenæus vero hanc hæreticam opinionem Valentinianis adscribit (*Irenæus p.* 33), atque ex Irenæo Epiphanius id ipsum profert (*Epiphan. p.* 172). Imo erant quidam hæretici qui eo impietatis irrumperent, ut dicere ausi sint, incarnationem Christi esse fabulam (*T.* 7).

Gnosticos semel tantum commemorat Chrysostomus, quos hoc nomine sese appellavisse dicit, quia se scire putabant plus quam cæteri scirent (*Tomo undecimo*). Sed de Valentinianis, qui et ipsi in Gnosticorum numero censebantur, multa profert variis in locis, quæ plerumque cum Marcionistarum et Manichæorum hæresi consentiunt. Dicebat porro Valentinus materiam ante creationem mundi præexstitisse, quem et alios similia proferentes validissimis argumentis confutat ille (*Tomo quarto*). Deum vero Creatorem esse negabat : erat enim ex numero eorum qui Æonibus omnia adscriberent (*Ibidem*). Cum Marcionistis autem et Manichæis dicebant Valentiniani deum veteris Testamenti auctorem esse malum : et sic duos admittebant deos, deum nempe novi Testamenti, quem bonum putabant, et deum veteris Testamenti, quem malum, imo Manichæi diabolum esse dicebant, et sic legem a Moyse prolatam, ut a malo deo datam ex Scripturarum catalogo expungebant (*Tomo primo et Tomo septimo*).

Incarnationem vero Christi cum Marcione, Manichæo et aliis negabat Valentinus (*Tomo tertio*), *per os diaboli dicens, eum neque incarnatum esse, neque carnem induisse, sed speciem id quamdam fuisse, phantasma, simulationem : tametsi passiones et mors et sepulcrum et fames reclamabant : si nihil horum contigisset, nonne multo amplius diabolus hæc impietatis pessima dogmata disseminasset?* Quod ipsum alibi repetit Chrysostomus (*Tomo primo*).

De Marcione et Manichæo innumera pene habentur in Chrysostomi operibus ; itemque de Marcionistis et Manichæis. Illi vero hæretici in multis consentiebant ; sed quia utrique multa habebant sibi peculiaria, de ambobus separatim agendum. Marcioni, Maneti et Valentino errandi causam fuisse dicit, quod quænam sit malorum causa quæsierint, et per hanc

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quæstionem innumeras hæreses suscitarint (*Tomo primo*). Dicebat item Marcion materiam ante creationem mundi præexstitisse (*Tomo quarto*). Marcionistæ vero putabant Creatorem justum quidem esse, sed non bonum (*Tomo decimo*).

Iidem vero legem Moysis ex catalogo divinarum Scripturarum expungebant (*Tomo primo*). Dicebat enim Marcion, non esse eumdem veteris et novi Testamenti Deum (*Tomo tertio*). Nam licet id non expresse feratur, verisimile prorsus est illum, perinde atque Manetem, deum malum et deum bonum admisisse, ac deum malum pro creatore mundi habuisse, atque sic intelligendus erat cum diceret Deum non esse creatorem mundi (*Tomo quarto*).

Marcion Ponticus dicebat Christum nonnisi per speciem advenisse (*Tomo tertio*), qua in re consentiebat non modo cum Manichæis et Valentinianis, sed etiam cum vetustioribus hæreticis qui putabant Christum specie tantum et per phantasiam venisse. Incarnationem vero Christi negabat, qua in re a Chrysostomo validissime confutatur (*Tomo sexto et Tomo septimo*).

Negabat quoque Christum vere passum esse (*Tomo septimo*). Quapropter dicit sanctus doctor eos qui Marcionis morbo laborant filios diaboli esse (*Ibidem*). Dicebat etiam Patrem ignotum esse Filio Dei. Marcionistæ affirmabant Christum non esse Creatorem : quos egregie refellit Chrysostomus (*Ibidem*). Negabant etiam quod ex Maria Virgine natus esset, ac quod vere resurrexisset a mortuis (*Tomo octavo*).

Gehennam nullam post mortem fore dictitabant Marcionistæ, quorum impudentiam comprimit doctor noster (*Tomo nono*). Pauli dictis utebatur Marcion, sed truncatim et concise (*Tomo decimo*). Marcionistæ vero unum tantum evangelistam recipiebant, quem ipsum tamen arbitratu suo mutilaverant et commiscuerant.

Marcionistæ Salamine erant in Cypro, et totam illam civitatem opprimebant, inquit : cui malo remedium afferre parabat Chrysostomus, et rem omnem feliciter confecturus erat, nisi ejectus et in exsilium missus fuisset (*Tomo tertio*).

Marcionistarum vero usum quemdam ridiculum ita describit sanctus doctor (*Tomo decimo*). *Postquam*, inquit, *catechumenus quispiam apud illos defunctus est, sub lecto mortui absconso aliquo vivente, accedunt ad mortuum, et alloquuntur ipsum, rogantque velitne accipere baptismum. Deinde illo nihil respondente, qui absconsus est pro illo dicit se velle baptizari : et sic eum baptizant pro eo qui excessit ; ac si in scena luderent : tantum valuit diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, obtendunt hoc verbum, Apostolus, inquiunt, dixit,* Qui baptizatur pro mortuis (*1. Cor. 15. 29*).

Alias quoque Marcionis et Marcionistarum sententias et dicta affert Chrysostomus. Non poterat, inquiebat Marcion, Deus, assumpta carne, manere mundus. Ex iis vero, quæ de Marcionistis passim dicit, liquidum est Marcionistarum hæresim suo tempore viguisse : imo disputationem quam cum Marcionista quodam habuit refert Homilia tertia in Epist. ad Philemonem (*T. undecimo*). Cum enim probare vellet, Deum etiam cum pœnas expetit, bonum et clementem esse, et hunc locum afferret : *Solem oriri curat super malos et bonos, pluit super justos et injustos :* Marcionista qui aderat respondit : Si peccatorum rationem non expeteret, id bonitatis fore ; si expetat, id jam bonitatis non esse. Contra vero Chrysostomus probavit, Deum, si rationem non expetat, non esse bonum, et quia expetit, ideo bonum esse. Quia vero argumenta ejus omnia referre longioris esset operæ, ad locum ipsum mittimus (*Tomo quarto*).

Manes et Manichæi, quos passim insectatur Chrysostomus dicebant, ut Marcion et Valentinus, materiam ante mundi creationem exstitisse (*Tomo tertio*). Non poterat enim Deus, inquiebant, mundum creare absque materia. Bonum et malum deum admittebant : malum deum veteris Testamenti auctorem esse affirmabant, bonum autem novi Testamenti (*Tomo septimo*) imo veterem legem ex diabolo esse dicebant. (*Tomo primo*) Patriarchas autem et prophetas ideo spernebant, quod in veteri lege fuissent. (*Tomo quarto*) Deum vero creatorem esse negabant (*Ibidem*); imo naturam quasi non factam *honorabant* (*T. octavo*). Neque tamen sibi constabant, si de illis intelligendum sit id quod dicit Chrysostomus, ut omnino verisimile est : *Quidam*, inquit (*Ibid.*), *alium esse mundi creatorem dicunt, operaque visibilia non ejus esse, sed alterius Dei, ipsi contrarii.* Ideo autem reprobatam fuisse veterem legem dicebant, quia a malo deo facta, mala et ipsa erat, atque hoc Apostoli dicto utebantur : *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem et inutilitatem* (*Hebr. 7. 18*). Ecce Paulus, inquiebant illi, malum dicit mandatum (*Tomo duodecimo*). *Sed attende diligenter*, reponit Chrysostomus : *non dicit quod sit vitiosum et pravum, sed propter infirmitatem ejus et inutilitatem.*

Naturam nostram esse malam affirmabant (*Tomo secundo*) : tamenque quia non potest impietas secum semper consentire, *in canes et simias ferasque omnis generis divinam essentiam inducebant, dicentes ferarum omnium animas ex divina essentia esse ;* ita ut longe nobiliores animæ ferarum essent animabus hominum. Creaturam vero *Manichæi* (*Tomo tertio*), *et alii hæretici quidam, dei non boni opus esse dixerunt : quidam unam ejus partem avulsam a cæteris, spontaneæ materiæ attribuerunt, eamque indignam esse Dei opificio judicarunt.* Licet autem Manichæos non nominet in libro de Prophetiarum obscuritate, illos tamen respicit cum impugnat eos qui dicebant corpus esse malum ; illorumque errorem depellit, quo affirmabant malam esse naturam (*Tomo septimo*).

Manichæus Persa incarnationem Verbi Dei negabat, ut et Marcion et Valentinus, dicebatque Christum nonnisi per speciem advenisse, sicque Docetarum hæresin renovabat (*Tomo tertio*). Idemque Manichæus perinde atque Marcion, Christum non esse creatorem asseverabat (*Tomo septimo*).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Manichæi, inquit Chrysostomus, canes muti et rabidi speciem quidem præ se ferunt modestiæ, intus vero gravem canum insaniam fovent, et ovis pelle lupum occultant (*Tomo quarto*) : ex hoc loco, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* (*Luc.* 23. 43), inferebant, retributionem illam animæ latronis integram factam fuisse et numquam fore corporum resurrectionem : quos egregie refellit idem S. doctor, ut quisque videre possit. Dicebant quoque per resurrectionem intelligi mortem et liberationem a peccatis (*Tomo decimo*).

Affirmabant, inquit Chrysostomus (*Tomo septimo*), Manichæi malitiam esse immotam vel immobilem, neque posse superari et avelli, *diaboli rem agentes*, ait ille, *et eorum, qui virtuti operam dare vellent, manus dissolventes, vitamque omnem evertentes. Nam qui hæc persuadere conantur, non futura tantum pessumdant, sed præsentia quoque susdeque vertunt.* Imo dicebant malum esse ingenitum. Quanti autem hinc errores sequerentur probat ille et lucifugas depellit (*Tomo nono*). Alibi quoque hæc profert : *Per putidum os Manichæorum diabolus se ingenitum esse dicit : nam*, inquit ille, *Manichæi dicebant apud Paulum deum hujus sæculi significare diabolum* (*Tomo decimo*).

Encratitas una cum Marcionistis et Manichæis commemorat Chrysostomus (*Tomo undecimo*). De hac autem hæresi rarissime verba facit; tamenque suo tempore Encratitæ adhuc Antiochiæ erant, teste Epiphanio. Encratitas non semel commemorat Clemens Alexandrinus, qui libro 7 Stromatum ait, illos ἀπὸ ἐνεργείας, ἀπὸ ἐγκρατείας sic appellari. Origenes contra Celsum dicit ipsos non admisisse Epistolas Pauli. Narrat vero Eusebius Hist. Eccl. p. 149, hujus hæreseos auctorem fuisse Tatianum. Idque confirmat etiam Epiphanius, qui addit illos Tatiani doctrinæ quædam adjecisse, scripturis apocryphis usos fuisse, nempe Actis Andreæ, Joannis et Thomæ; nuptias ex diabolo esse docuisse, animata repudiavisse, aquam solum adhibuisse in mysteriis, vinum esse diabolicum putavisse, resurrectionem tamen fore credidisse, temperantiam simulavisse.

Multi erant tempore Chrysostomi, qui genesi sive genethlialogiæ dabant operam, quique ex astrorum cursu et conjunctione futura prædicebant, et ut credere est, multos alliciebant, qui ut futura sibi vel bona vel mala prænoscerent, ad astrologos illos properabant, ut data mercede, quæ sibi eventura erant ediscerent (*Tomo septimo*). Hos vehementer insectatur Chrysostomus (*Tomo duodecimo*) : *Usquequo*, inquit, *ludetis revolutionem et genesim inducentes?* Ex falsis vero prædictionibus, quas sæpe protulerant, quam vana sit ars hujusmodi probat, nihilque non agit ut auditores suos a curiosa et inani perquisitione avertat. Quidam vero ex magis et stella quæ apparuit in ortu Christi, probare nitebantur astrologiam veram esse disciplinam, quos strenue refellit et confutat Chrysostomus.

Insana quoque Anthropomorphitarum hæresis ævo illo vigebat. Hi ex hoc Genesis dicto, *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* 1. 26), Deum humana forma et corpore præditum fuisse inferebant (*Tomo quarto*). *Hic insurgunt hæretici alii*, inquit ille, *Ecclesiæ dogmata impugnantes, et dicunt, Ecce dicit, Secundum imaginem nostram; et inde volunt Deo humanam formam tribuere; id quod extremæ fuerit amentiæ, ut is qui forma specieque caret, et nulli mutationi obnoxius est, sub humanam redigatur formam, et incorporeo membra et lineamenta attribuantur : quæ huic insania par fuerit?* Quia vero Anthropomorphitæ hinc suam confirmare sententiam posse putabant, quod in Scriptura sacra diceretur Deus manus, pedes et oculos habere, quæ dicta humanam formam exprimere sibi videbantur (*Tomo quinto*) : illos profligat Chrysostomus, hæc vicissim objiciens : Ergone Deum, quia in Scriptura dicitur arcum tendere et sagittas emittere, sagittarium; et quia gladium vibrare fertur, militem putabimus? annon illa omnia, quæ *metaphorice* tantum dicta sunt, sic ad litteram interpretari extremæ dementiæ fuerit?

Sabellius, inquit doctor noster (*Tomo primo*), *genere Afer, cum audisset, Ego et Pater unum sumus*, et, *Qui vidit me, vidit Patrem* (*Joan.* 10. 30; 12. 45), *ex hac verborum propinquitate, qua ad genitorem accedere videbatur, occasionem impietatis arripuit, ita ut unam esse personam, et hypostasim unam censeret. Spiritum quoque sanctum non unam constituere Trinitatis personam affirmabat* (*Tomo octavo*), *dicebatque Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nuda esse nomina uni personæ imposita* (*Tomo undecimo*), nempe secundum differentiam operationum : quam hæresim, ut ævo suo vigentem, passim ille depellit et exagitat (*Tomo duodecimo*).

Frequentioribus vero telis Paulum Samosatenum impetit et ejus asseclas, qui tunc magno fuisse numero videntur. Dicebat autem Paulus Samosatenus Christum, imo Verbum Dei, tunc solum cœpisse, cum Maria ipsum genuit (*Tomo tertio*). *Cum enim*, inquit Chrysostomus, *ea quæ in deserto gesta sunt, ante Mariam facta sint, et Christus* (*nempe Dei Verbum*) *secundum Pauli vocem illa omnia fecerit, necesse est illum fuisse et ante partum et ante parturitionem.* Dicebant quippe Paulus Samosatenus et ejus sequaces, quos Paulianos vocat sanctus doctor, Verbum Dei non ante sæcula, imo nec ante Mariæ partum fuisse. *Si enim*, ait ille, *ante Mariæ partum, et antequam in carne se videndum præberet, non erat* (*Ibidem*); *quomodo legem ferebat, cum non esset? quomodo autem dicebat* (*Tomo quinto*) : « *Testabor vobis testamentum novum, non sicut testamentum, quod testatus sum patribus vestris* (*Jer.* 31. 31. 32)? » *quomodo enim testamentum dabat patribus eorum, cum nondum esset, ut illi affirmant?*

In mulieris cujusdam gratiam, inquit, salutem suam prodidit Paulus Samosatenus; illa autem Zenobia erat regina Palmyræ, quæ Paulo Samosateno favebat. De illius vero erroribus non paria omnino referuntur a

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES

Digitized by Google Распознавание текста АВК/РК

scriptoribus ecclesiasticis, Athanasio, Eusebio, Epiphanio et Philastrio. Quidam putant illum, perinde atque Sabellium, *identitatem* personarum Patris et Filii et Spiritus sancti, neque tres personas admisisse. Theodoretus vero lib. 1 de Hæreticis fabulis, dicit Paulum Samosatenum negasse quod Jesus Christus fuerit Deus, idque clare dicit Philastrius. Illam vero sententiam oppugnat et carpit ex his Chrysostomi verbis (*Tomo undecimo*) : *Qui descendit ipse est, et qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia.*

Cum iis etiam Paulum Samosatenum annumerat, qui resurrectioni non credebant (*Tomo quinto*).

Melchisedecitarum quoque hæresis vigebat Chrysostomi ævo, quos Melchisedecianos vocat Epiphanius (*Tomo sexto*). Hi dicebant Melchisedecum Christo majorem esse. Alii rursus dicebant Melchisedecum esse Spiritum sanctum, cujus erroris auctorem Hieracem profert Epiphanius. Hoc autem argumentum objiciebant Melchisedeciani; in Psalmis de Christo dicitur : *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec* (*Psal.* 109. 4) : unde inferebant eum qui in ordine Melchisedeci esset, ordinis capiti et principi inferiorem esse. Respondet Chrysostomus Melchisedecum figuram tantum fuisse Christi, et cum panem et vinum obtulit, sacrificium a Christo offerendum prænuntiasse ; ac cum Apostolus dicat, *In nomine Jesu omne genu flectatur* (*Philipp.* 2. 10), hinc consequi etiam Melchisedecum genua flexisse ante Christum. De Melchisedecianis agit etiam Theodoretus Hæreticarum fabul. l. 11, et Joan. Damascenus Hæresi 55 (*Ibid. d. e.*). Judæi vero dicebant Melchisedecum ex fornicatione natum fuisse, ideoque sine genealogia esse, quod etiam refert Epiphanius. *Quibus nos dicemus, quod ipsi perperam loquantur : Salomonis enim, qui ex adultera Uriæ uxore natus est, genealogia tamen ducitur. Sed quoniam Melchisedec typus erat Domini, et imaginem ferebat Christi, quemadmodum et Jonas, ideo Scriptura ejus patrem tacuit, ut in illo tamquam in imagine Christum, qui vere sine patre et sine genealogia est, intueamur.*

Catharos etiam sive Puros non semel impugnat, quod se Catharos sive puros dicerent, qui omni sorde pleni essent, nec alio usquam nomine appellat (*Tomo undecimo et Tomo duodecimo*). Erant autem illi Novatiani, de quorum origine multa profert in Epistolis suis S. Cyprianus, ac post eum Eusebius Pamphili in Hist., demumque Epiphanius ac post eum Philastrius : quæ simul omnia recensere non est instituti nostri. Ex iis vero, quæ concionatus est anno 399 Constantinopoli, argui videtur multos tunc fuisse in illa urbe Novatianos seu Catharos qui se hoc nomine compellabant (*Tomo duodecimo*). Auditores enim rogat et obsecrat ut a tali jactantia se eximant, et illorum arrogantiam devitent, ac potius delicta sua abluant et peccata confiteantur.

Arium et Arianos infrequenter memorat Chrysostomus, quia Anomœi, ex Arianorum stirpe prognati, tunc per Orientem grassabantur et catholicos doctores exercebant : indeque fit ut contra Anomœos ille perpetuo velificetur. De Ario autem ait ille (*T. 1. p. 410. a*) : *Instat Arius in diversitatem substantiæ personarum distinctionem trahens.* Dicebat enim Dei Verbum non semper fuisse, sed ex nihilo factum et creatum, non æternum, non Patri simile secundum substantiam, neque verum Dei Verbum, aut sapientiam, sed *catachrestice* ita vocari : esse natura mutabile, neque nosse Patrem, imo ne suam quidem ipsius naturam : propter nos factum fuisse, ut illo ceu instrumento nos conderet Deus ; neque creandum fuisse, nisi nos Deus condere voluisset.

Hanc porro sententiam quasi ab Ario prolatam refert Chrysostomus (*Tomo undecimo*) : *Non poterat Deus generans generare impatibiliter.* Ideoque ne passionem quamdam in Deo admitteret, dicebat Verbum a Deo non genitum, sed factum creatumque fuisse. « Arius Filium quidem fatetur, sed tantum nomine : creaturam enim esse dicit et Patre longe minorem » (*Ibidem*).

Arius vero et ejus sequaces Filium rem creatam et dissimilem esse Patri profitebantur : quia tamen post exortum suum a Catholicis acrius impetebantur, inde factum ut in fidei formulis ac controversiis quædam celarent, alia mitigarent, idque vafre et fraudulenter metu impendentium malorum, ut paulum tempori concederent. Postea vero cum imperante Constantio, suæ sectæ addicto, majore fruerentur libertate, Filium Patri dissimilem, *anomœum*, publice et in formulis fidei dicebant, indeque factum, ut *Anomœi*, appellarentur. Erant autem magno numero tum Antiochiæ, tum Constantinopoli, et quotidie cum Catholicis decertabant. Joannes vero noster multas adversus illos conciones habuit (*T.* 1), nempe Antiochiæ decem continenter, quas, interpositis aliis diversi argumenti, partim anno 386, partim ineunte 387, pronuntiavit. Alias quoque annis sequentibus conciones habuisse videtur, quarum unam eamque egregiam detexi, et a Bentzelio nuper editam multis in locis emendavi (*T.* 6).

Quia vero Constantinopoli etiam Anomœorum frequentia erat ; secunda, quam illa urbe Præsul habuit concio, contra Anomœos erat. Alteram, quam etiam contra Anomœos Constantinopoli habuit, continenter posuimus, forteque alias contra hæreticos illos homilias dixit, quæ vel latent in Oriente, vel prorsus amissæ sunt.

Anomœi eo arrogantiæ, imo impudentiæ venerant, ut dicerent se omnem scientiam accepisse, seque ita Deum nosse, ut ipse se noverat (*Tomo primo*). Filium non substantia similem Patri esse affirmabant (*Ibidem*). Ideo autem dicebant ipsum Patri parem non esse, quia Patrem precabatur (*Ibidem*). Inæqualem esse Patri passim asserebant (*Ibidem*). Addebant quoque Christum supremam judicii ferendi potestatem non habere. Quapropter Anomœorum sectam apposite carpsit Chrysostomus cum dixit (*Ibidem*) : « Anomœorum hæresim plantavit ratiociniorum intempestiva curiositas. » Argumenta autem eorum tam probe et perspicue depellit in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

concionibus suis, ut vix uspiam quid perfectius hoc in genere videre possis : ab iis vero referendis abstinemus, ne longiores simus.

Macedonium quoque impetit et Pneumatomachos, *qui Paracleto bellum inferebant* (*Tomo secundo*). Contra Pneumatomachum enim agit, cum explicans illum Pauli locum, *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (1. *Cor.* 12. 11), talia fatur : « *Hæc porro omnia operatur unus et idem Spiritus.* Sed motus, inquies, a Deo, Verum hoc nusquam dixit, sed tu illud effingis. Quando enim dicit, *Qui operatur omnia in omnibus* (*Ibid. v.* 6), de hominibus hoc dicit : nusquam cum hominibus Spiritum annumerat, etiamsi millies amenter loquaris et insanias. Qui enim dixit alibi, *Per Spiritum*, ut ne putes illud, *per*, imminutionis esse vocem, nec illum moveri ad operationem, subjungit operari Spiritum, non ad operationem moveri ; et operatur ut vult, non ut jubetur. Quemadmodum enim de Patre Filius dicit, *Excitat mortuos et vivificat* (*Joan.* 5. 21) : similiter et de seipso, *Quos vult vivificat* ; sic et de Spiritu, alibi quidem quod cum potestate omnia faciat, et nihil sit quod impediat, » etc.

De Marcello Ancyrano et Photino ejus discipulo hæc narrat Chrysostomus, ipsos nempe eadem asseruisse et prædicasse, quæ Sabellius, qui dicebat Filium et Patrem et Spiritum sanctum unam esse personam (*Tomo duodecimo*). De Marcelli vero doctrina longam diatribam edidimus anno 1707 : ubi ejus sententiam ex Eusebio Pamphili exceptam sic expressimus (*Collectio Nova Patrum t.* 2. *initio*) : *Unus ab æterno Deus exsistit : cujus Ratio, aut Verbum, nam utroque modo exprimitur, pariter æternum, unum est cum Deo ipso substantia et hypostasi, ita ut nulla sit inter utrumque distinctio : estque verbum silens, internum. Spiritus item sanctus in Deo ab æterno fuit, nulla similiter nisi nominis et rationis distinctione. Cum autem Deus operatur et loquitur, tunc Verbum ceu quædam emissio, extensio et dilatatio deitatis prodit, et post gestum opus ad Deum revertitur, et in pristina conditione manet. Pariter emissum fuit Verbum, ut carnem assumeret ; tuncque Filius Dei effectum est, Rex item, Christus, imago Dei invisibilis, et Primogenitus omnis creaturæ, cum antea nihil eorum fuisset : ac post judicium hæc omnia amissurum, atque ut prius unum cum Patre futurum est. Ut autem Verbum est extensio et dilatatio Dei, sic et Spiritus sanctus ulterior extensio et dilatatio est, qui pariter a Deo emittitur et ad Deum revertitur ut Verbum, unusque est cum Deo et Verbo sine ulla distinctione.*

Hæc Marcelli sententia est secundum Eusebii explicationem, cui, sed non ita clare, adstipulantur Basilius et Theodoretus, quibus in loco supra memorato succinit Chrysostomus. Si porro talis ejus doctrina fuit, in nullo vere differebat a Sabellio et Patripassianis ; et Epiphanio teste, suspectus etiam fuit Athanasio pridem sibi amico. Verum in ejus scriptis illos tantos errores deprehendere difficile fuerit. Utut res est, Marcellus cum se videret a Basilio et aliis damnari, et apud magnum Athanasium suspectum haberi, Eugenium diaconum ipsi misit cum fidei confessione (*Collectio nova Patrum t.* 2. *p.* 1), qua se recte sentire, et a Catholicæ Ecclesiæ fide in nullo deflectere declarabat, cui subscripsere Athanasius et alii Ægypti episcopi. Post Marcelli vero mortem ejus discipuli in Diospolitana Synodo, similem fidei confessionem proferentes, ad communionem et a Synodo et a Basilio admissi sunt. Rem antea intricatam, luculenter a nobis explicatam habes in memorato libro.

Photinus autem Marcelli discipulus dicebat Christum nullo modo exstitisse antequam in Maria Virgine originem duceret. Illum cum Paulo Samosateno consentire putabant multi : Chrysostomus supra Sabellii errori addictum fuisse dicit perinde atque doctorem suum Marcellum, qui Sabellium in multis sequebatur, si vere illa senserit, quæ Eusebius ipsi supra adscribit. Verum Marcellus in extremo vitæ cursu Catholicam emisit fidei professionem. Photinus vero illa omnia scripsisse videtur, quæ doctori ipsius Marcello Eusebius adscribit.

Præter hæc, alia refert Chrysostomus circa errores multos qui suo ævo apud Antiochenos vigebant, quorum aliquot, ut ex dictis ejus percipitur, in ore vulgi ferebantur.

« Plurimi tunc erant, qui futuri sæculi et resurrectionis doctrinam admittere pertinaciter renuebant » (*Tomo primo*). Ii haud dubie putabant animas mori cum corpore. Guillelmus vero Pastrengicus (*Tomo decimo*) Veronensis in opere, *de Originibus rerum et de Scripturis virorum illustrium*, Venetiis cuso anno 1547, ubi refert opera S. Joannis Chrysostomi, librum ejus memorat hoc titulo : *Adversus Arabes de Resurrectione mortuorum libri duo, qui dicebant animas mori cum corpore.* Qui Chrysostomi libri, si vere istius sancti doctoris fuerint, vel latent alicubi, vel prorsus interierunt. Eusebius vero in Hist. Eccl p. 133, dicit, Arabas Origenis tempore palam dixisse, animas mori cum corpore, et cum eo resurrecturas esse : atque adversus illos coactam fuisse Synodum, cui adfuit Origenes.

Verum Antiocheni illi qui, teste Chrysostomo, futurum sæculum negabant, neque animas neque corpora resurrectura esse putabant. Insignem quoque alium Antiochenorum complurium errorem commemorat Homilia 28 in Matthæum. *Sed cur*, inquit, *dæmones in sepulcris libenter versantur* (*Tomo septimo*) ? *Ut perniciosam doctrinam multorum mentibus inserant, nempe animas mortuorum dæmonas fieri, quod ne cogitet quispiam absit. Sed quid dicas*, inquiunt, *de præstigiatoribus multis, qui captos pueros jugulant, et animam postea sibi ministrantem habeant ? Nam quod jugulent, hoc multi dicunt ; quod autem cæsorum animæ cum ipsis sint, unde, quæso, nosti ? Ipsi*, inquiunt, *dæmoniaci hoc dicunt : Ego sum anima illius cujuspiam. Verum hæc fraus et fallacia diabolica est : neque enim anima mortui est quæ clamat, sed dæmon, qui hoc simulat ut auditores decipiat. Nam si posset anima in dæmonis substantiam ingredi, multo facilius in corpus suum ingrederetur. Præterea quis ratione præ-*

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста АВК/ТР

ditus credere possit animam læsam, se lædenti sociare? aut hominem posse vim incorpoream in alteram mutare substantiam? Nam si in corporibus id fieri nequeat, nec quisquam possit corpus hominis in corpus asini mutare, multo magis in anima invisibili id fieri nequit, nec quis possit illam in dæmonis substantiam vertere.

Antiochenis etiam dicit nonnullos hæreticos esse qui affirmarent aliud corpus cadere, aliud resurgere. « Quomodo ergo resurrectio fuerit » (*Tomo decimo*)? inquit, « si nempe aliud cadat, aliud resurgat? unde hoc quæso? aliudne peccavit, et aliud punitur? aliud recte fecit, et aliud coronatur? » Apud Constantinopolitanos etiam multi erant qui dicerent alios resurrecturos, alios non resurrecturos esse, quos validissimis argumentis confutat Chrysostomus(*Tomo duodecimo*).

Erant etiam quidam qui dicebant animam nostram ex substantia Dei esse; et in alios errores temere ferebantur: qua de re audiendus est Chrysostomus. In hæc Geneseos verba (*Tomo quarto*): *Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem*, ait ille : *Hic quidam male feriati, propriis moti ratiociniis, nihilque Deo dignum cogitantes, neque verborum attemperationem secum reputantes, dicere audent animam ex Dei substantia esse. O insaniam! o amentiam! Quot perniciei vias diabolus paravit cultoribus suis? Id ut discas, perpende quam diversis incedant viis. Nam alii ex hoc verbo*, inspiravit, *ansam arripientes, dicunt animas ex substantia Dei esse; alii rursum dicunt, in vilissimorum brutorum substantiam ipsas transire: qua amentia quid deterius esse possit? Quia enim obtenebrata est ratio eorum, et verum Scripturæ sensum ignorant, quasi excæcati mentis oculis in diversa feruntur præcipitia, dum alii illam supra dignitatem efferunt, alii autem infra dignitatem deprimunt: illi videlicet qui metempsycosin inducebant, seu transitum animæ hominis in feras et bruta animalia.*

Multi erant Chrysostomi ævo, qui divinam providentiam negantes, omnia fato ferri dicebant, putabantque nos ex fati necessitate vel bonum vel malum perpetrare; ita ut omnem arbitrii libertatem tollere viderentur, hominemque a studio sectandæ virtutis et nequitiæ fugiendæ avertere: qua peste quæ possit esse major? Quapropter hujus opinionis assertores vehementer exagitat Chrysostomus. Erant enim nonnulli qui dicebant philosophos præclara quædam invenisse et præstantiora iis quæ de resurrectione dicebantur (*Tomo sexto*); illos nempe philosophos, qui fatum inducebant, docentes res hujus mundi omnes nulla geri providentia, nullamque nobis rerum curam esse debere (*Tomo undecimo*). Addebant insuper omnia constare ex atomis. Alii vero dicebant Deum esse et metempsychosin admittebant, hominibusque suadebant talem vel talem aliquando fuisse canem, vel piscem vel leonem. Erant quippe illo ævo philosophi gentiles multi, qui tribonio induti, et prolixa barba instructi, populi venerationem sibi conciliabant, plebemque tali imbuebant disciplina, quæ ad Christianum sæpe populum transibat. Fati opinio inter cæteras eminebat, quam non raro insectatur Chrysostomus.

Ingens erat apud Orientales illos opinionum et errorum diversitas: levissimis enim moti conjecturis, quæ in mentem veniebant, temere et incaute proferebant in medium, et statim sectatores habebant. Inde factum ut Occidentales tam levia et mutabilia apud illos videntes opinionum divortia hoc dicto uterentur, *Orientalis levitas*. Illi vero contra reponebant *Occidentale supercilium*, superbiæ incusantes eos qui sibi levitatem objicerent. Quæ sane levitas tanta erat, ut quotidie in religione monstra pareret. Erant autem apud illos qui dicerent omnia casu exsistere (*Tomo duodecimo*). Eamdem, sed diversis verbis, proferebant sententiam cum dicerent res creatas automata esse. « Alii, » pergit Chrysostomus, « dæmonibus attribuunt mundi creationem et providentiam, quod peccatum vix veniam admittat » (*Tomo undecimo*).

Necromantiam etiam illa tempestate quosdam exercuisse dicit, qui absurdissima multa tentabant: ad hæc pulverum et cinerem adhibentes, ut scilicet arcana et futura hac arte divinarent (*Tomo septimo*).

Alios commemorat Chrysostomus qui dicerent mundum esse deum (*Tomo decimo*); sed hic puto agi de priscis illis philosophis tum Græcis tum Latinis, quorum non pauci putabant mundum esse deum. Pergit autem ibidem S. doctor : « Alii ita mundi pulchritudinem ignorarunt, ut Dei creatione indignum haberent, ac perniciosæ cuidam materiæ magnam ejus partem assignarent. » Hanc vero opinionem tenebant Valentinus et alii hæretici, ut vidimus supra.

Malam hæresim vocat eam qua sola aqua adhibebatur ad mysterium calicis, quam hæresim Tatiano et Encratitis adscribit Epiphanius, ut supra vidimus (*Tomo septimo*).

Circa angelos autem quædam dicit, quæ hic referenda putamus, Commentario in Genesim in hunc locum (*Tomo quarto*): *Ut viderunt filii Dei filias hominum quod pulchræ essent, sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant* (*Gen.* 6. 2). « Singulas, » inquit, « dictiones diligenter consideremus, ne quid in fundo latens nos prætereat. Operæ pretium enim fuerit bene scrutari hunc locum, ut subvertamus fabulas omnia inconsiderate loquentium. Et primum efferenda ea quæ dicere audent, et monstrata eorum, quæ ab illis dicuntur, absurditate, germanus quoque Scripturæ sensus vestræ caritati aperiendus est, ut ne simpliciter et facile aures accommodetis tam blasphema dicentibus, et adversum capita sua blaterare audentibus. Asserunt enim hoc non de hominibus dictum esse, sed de angelis: hos enim, aiunt, filios Dei appellavit. Primum ostendant ubi angeli filii Dei appellati sint: sed non poterunt usquam monstrare. Homines quidem filii Dei dicti sunt, angeli autem numquam. Atqui de angelis dicit, *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* (*Psal.* 103. 4). De hominibus autem, *Ego dixi, Dii estis* (*Psal.* 81. 6): et iterum, *Filios genui et exaltavi* (*Isai.* 1. 2) : et iterum,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Primogenitus filius meus Israel (*Exod.* 4. 22). Angelus autem nusquam vocatus est filius, neque filius Dei. Profecto angeli quidam erant; sed quia ad iniquum hoc opus descenderunt, dignitate sua exciderunt, » etc.

Hic aspere agit Chrysostomus in eos qui supra memoratum locum de angelis intellexere, atque ipsos filios hominum in uxores accepisse, corporeque præditos illos angelos fuisse. At multorum veterum hæc opinio fuit, nempe corporeos ipsos fuisse, et cum filiabus hominum rem habuisse: illosque angelos quidam vocarunt *vigiles*. Josephus Antiq. l. 1. c. 4: *Multi angeli Dei cum mulieribus mixti*. Idipsum fere Justinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Theognostus apud Photium et alii. Quam rem persequutus est Josephus Scaliger in notis ad Eusebii Chronicon, et post eum alii innumeri, quos longum esset recensere.

Ait vero Chrysostomus: *Ostendant ubi angeli filii Dei appellati sint?* Nusquam certe apud LXX Interpretes, quos solos legebat Chrysostomus. Verum in Hebraico textu libri Job c. 1, v. 6, angeli filii Dei vocantur, בני־אלהים: et in Vulgata quoque *filii Dei*. Nihilominus hic probe confutat Chrysostomus eos qui dicerent, hosce filios Dei fuisse angelos.

DIATRIBA IV.

Miscellanea multa.

Narrat Chrysostomus, suo ævo totum orbem, sic ille, ad Bethleem confluxisse, non alia de causa, quam ut locum viderent ubi natus repositusque fuerat Christus (*Tomo primo*).

De Jobi fimo hæc perquam singularia profert (*Tomo secundo*): *Multi nunc longam et transmarinam peregrinationem a terræ finibus in Arabiam suscipiunt, ut fimum illum cernant, et conspicati terram deosculentur, quæ illius victoris certamina et cruorem omni auro pretiosiorem suscepit. Neque enim tantum radiaret purpura, quantum illud corpus tunc resplendebat, non alieno, sed proprio tinctum sanguine. Ulcera vero illa gemmis omnibus erant cariora.*

Ait ipse Chrysostomus, reliquias arcæ Noæ *hactenus* servari in montibus Armeniæ ad nostram admonitionem (*Tomo sexto*).

Non prætermittenda sunt quæ de terra Sodomorum dicit (*Ibidem*): *Verum hæc nunc est omnium desertorum desertissima: stant enim arbores et fructum habent, at fructus ille iræ divinæ monimentum est: stant malogranata splendida, facie spem bonam ignorantibus præbentia, manibus autem accepta et fracta, fructum quidem nullum, sed pulverem cineremque multum intus positum exhibent. Talis est terra, tales lapides, talis ipse aer: omnia incensa sunt, omnia in cinerem redacta, præterquam iræ monimenta, futuri supplicii indicia.*

Dicit etiam doctor noster, a decennio homines peccatorum rationem reddituros esse: *Ut palam faciunt*, pergit ille, *pueri, qui quod Elisæum irridere ausi essent, ab ursis devorati sunt.*

De mendicis, quo pacto scilicet tunc temporis stipem cogerent, multa dicit quæ non sunt silentio prætereunda (*Tomo undecimo*). Principio quidem mendici, ut a prætereuntibus unum vel duos obolos acciperent, per Dominum adjurabant, ut metum inculerent, præcipue matronis et puellis, quæ opulentiæ speciem præ se ferebant: sed cum hac via parum vel nihil expiscarentur, aliud tentabant, quod sic exprimit Chrysostomus: *Nam quoniam verbis utentes vehementibus et acribus, non tangunt animum; ad hanc viam properant, per quam maxime delectant, et eum qui est in calamitate et fame cruciatur, cogit improbitas nostra encomium dicere: et utinam hoc solum! sed alterum quoque genus hoc acerbius, nempe præstigiatores cogit esse pauperes, scurras et risum moventes. Quando enim calices, hederaceas pateras et pocula digitis inserens et imponens, ludit cymbalis, et fistulam habens, turpia cantica et amore plena per eam cantu et voce clamat: tunc multi circumstant, et alii quidem frustum panis, alii vero obolum, alii quidpiam aliud præbent, et diu retinent, et delectantur viri et mulieres: quid est hoc gravius?*

Ex mendicis autem illis quidam improbi ac scelesti erant, de quibus ait Chrysostomus (*Tomo primo*): *Annon vides mendicorum plurimos inter pressuras ipsas et angustias innumera perpetrantes scelera, quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Audivi ego quosdam, qui dicerent hujusmodi homines mulierem quamdam honestam et forma liberali in solitudine nactos, ei violenter ac petulanter illusisse. Atqui qua necessitate, qua calamitate ad hoc inducti sunt?*

Alios etiam memorat *narsupiorum sectores*, qui in ecclesiam conveniebant, ut cum divitibus in concione intermixti, crumenam et aurum ipsis subriperent (*Ibidem*).

Narrat Judæos templum suum restaurare sæpe frustra tentavisse (*Ibidem*); imo Julianum Apostatam illud operis suscepisse. *Nam ætate nostra*, inquit, *imperator qui omnes impietate superabat, et facultatem tunc Judæis dedit, et cooperatus est. Opus illi incepere, ac ne vel minimum progredi ultra potuere, sed ignis a fundamentis exsiliens omnes fugavit. Quod autem voluerint, hoc indicium est, quod hactenus fundamenta nudata appareant: ut videas ipsos quidem fodere cœpisse, sed ædificare non potuisse, obsistente Christi sententia.... Atqui si non divina virtus colluctaretur, quid obstaret? annon magna vis pecuniarum illos est? annon ab omnibus undique tributa colligens patriarcha, immensos possidet thesauros?*

De Judæorum moribus et ritibus multa profert Chrysostomus in concionibus adversus Judæos (*Ibidem*): singulare vero illud est, quod non semel narrat, Judæos nempe, quando jejunabant, nudis pedibus in foro saltare consuevisse.

Non semel queritur quod Christiani quidam judaizarent, Judæorum conventibus ac festis diebus interessent, nec paucos esse qui hoc morbo laborarent (*Ibidem*). *Quinam est morbus iste*, inquit, *Feriæ Ju-*

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста АВКДЕЖ

dæorum miserorum instant, eæque continuæ ac frequentes, tubæ, scenopegiæ, jejunia: et multi nostri ordinis, qui se nobiscum sentire dicunt, partim spectatum illas ferias prodeunt, partim etiam una celebrant, una jejunant, quam pravam consuetudinem nunc ab Ecclesia volo arcere.

Quidam etiam eo dementiæ processerant, ut cum quempiam ad jurandum compellere vellent, illum ad ædem Judæorum inducere conarentur, quod putarent juramentum ibi datum magis formidandum esse: quam rem supra pluribus enarravimus in Vita S. doctoris. Erant etiam qui sabbata cum Judæis observarent, imo et S. Pascha celebrarent cum iisdem Judæis (*Tomo decimo*). Qua de re actum supra in Vita Chrysostomi ad annum 387.

Non pauci quoque erant qui gentilium multa observarent (*Ibidem*): *sortilegia nempe, auguria, omina ac dierum observationes, superstitiosam super genesi curam, et omnis impietatis plenas literas, quas puerorum, protinus ut nati sunt, capitibus imponunt; ab ipso statim exordio docentes illos virtutis adipiscendæ studium abjicere, et ad fallacem fati tyrannidem illos adducentes.*

Ex iis vero, quæ Chrysostomus narrat in fine Homiliæ quartæ in Epist. ad Ephesios, palam est inter Christianos Antiochenos plurimos fuisse qui genethlialogiæ operam darent.

Erant etiam non pauci Christiani Antiocheni, qui una cum gentilibus ad Daphnen properarent. Erat autem Daphne suburbium Antiochenum, sic nuncupatum a Daphne puella, quam mythologi Ladonis fluvii filiam dicunt. Hæc cum Apollinem libidinis causa se insequentem ultra effugere non posset, implorato paterni numinis auxilio, in laurum conversa est. Erat porro Daphne suburbium, locus amœnus, fontibus, arboribus et cupressis ornatus. Ibi templum Apollinis, cujus statua elegans cum novem Musarum choro conspiciebatur. Illo properabant, colendi talis numinis causa, Antiocheni gentiles, quibus etiam intermixti erant non pauci Christiani, quos vehementer mordet et increpat Chrysostomus, Christianorum nomine indignos censens eos, qui a tali consortio non abhorrerent. Hoc vero templum cum Apollinis statua fulmine tactum fuit, qua de re Monodiam sive planctum edidit Libanius idololatra, cujus partem irridendi causa refert Chrysostomus.

Antiochia vero Orientis caput et metropolis erat, continebatque (*Tomo secundo*) ducenta hominum millia, ex quorum numero (*Tomo septimo*) centum mille circiter Christiani erant: majorque conventus (*Tomo primo*) Christianorum Antiochiæ erat, quam Constantinopoli (*Tomo septimo*).

Ecclesia vero Antiochena possidebat agros, domos, locationes ædium, vehicula, muliones, mulos et multa alia hujusmodi (*Ibidem*). Quibus instructa facultatibus Ecclesia ista arcam habebat alendis in opibus deputatam; *Et cogites velim*, inquit Chrysostomus, *quot viduas, quot virgines alat quotidie: earum certe catalogus ad ter mille pertingit. Ad hæc etiam in carcere vinctos, in xenodochio ægros, alios bene valentes, peregrinos, membris mutilos, altari assidentes alimenti vestisque causa, aliosque casu accedentes fovet quotidie: neque tamen ejus facultates imminutæ sunt. Itaque, si decem viri tantum paria subministrare vellent, nullus foret pauper.*

Morem Christianorum veterem commemorat alibi, qui ævo suo jam obsoleverat (*Tomo tertio*): *Mos quidam mirabilis*, inquit, *tunc inductus est: coacti namque simul fideles omnes post auditam doctrinam, post orationes, post mysteriorum participationem, soluta synaxi, non statim domum concedebant; sed divites et opulentiores alimenta et fercula e domibus suis afferentes, pauperes advocabant, communique simul mensa fruebantur, communibusque epulis atque conviviis in ipsa ecclesia; ita ut et a consortio mensæ, et a loci reverentia, caritas constringeretur, cum multa voluptate simul atque utilitate.*

De iis qui vel in carcerem trudendi, vel ad necem quæsiti, in ecclesiam confugerent, quædam nos dicturos esse polliciti sumus, cum de Eutropio eunucho ad necem quæsito ageretur (*Ibidem*). Sic vero legitur, *et ad sacra vasa confugit.* Sed quia hæc ad literam accipienda non videntur, et quia Chrysostomus paulo postea, *ipsum in sacrario excepimus*, seu in loco solis sacerdotibus destinato, alio modo res explicanda videtur. Quæri autem posset utrum veterum more ad aram accesserit, et aram tetigerit, quod non apud profanos modo, sed apud Christianos etiam in usu fuit, cum quis vel morte mulctandus, vel in carcerem conjiciendus perquireretur. Verum hæc quæstio non tanti esse videtur, et de Eutropio iis quæ Chrysostomus protulit, nonnisi divinando possumus quidpiam adjicere.

Dicit Chrysostomus Homilia 30 in Genesim (*Tomo quarto*): *Magnam vocamus hebdomadam, non quod longiores in ea sint horæ; sunt enim aliæ quæ multo majores horas habent.* Horas autem majores et minores necessario veteres admittebant, qui diem in duodecim, et noctem in totidem partes seu horas diviserunt: unde sequebatur diurnas hiberno tempore minores, æstivo autem majores esse. Unde Martialis l. 12, epigr. 1, horam æstivam sic commemorat:

> Hora nec æstiva est, nec tibi tota perit.

Virgilius autem,

> Jam nox hibernas bis quinque peregerat horas

Hominem *tricubitalem*, vocat Chrysostomus, ut etiam Geographus Nubiensis in climate tertio (*Tomo quinto et Tomo septimo*): alibique dicit doctor noster, homo, *intra tres cubitos sepelitur, nec quid ultra* (*Tomo quinto*).

Babylonios et alios Orientales sæpe vocat Chrysostomus (*Tomo sexto*).

Suspicabatur ille finem mundi instare et proximum esse (*Tomo septimo*). Finem mundi prænuntiant, inquit, bella, ærumnæ, terræ motus et exstincta caritas (*Tomo octavo*). Eam quam Paulus plenitu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dinem temporum vocat, jam advenisse putabat: *Ita si tot annorum quadringentesimum esse finem dixerimus, non aberrabimus.* Sed ut in supputatione temporum non ita accuratus fuit Chrysostomus, sic in hac prædictione longe aberravit: quod multis aliis sanctis viris contigit.

Cognatos Christi Desposynos appellatos multo tempore admirationi fuisse dicit, illorumque tamen nomina propria ignorari. Eusebius quoque l. I. Hist. Eccl. ait cognatos Christi Desposynos nuncupatos fuisse.

Homilia 41 in Acta Apostolorum rem narrat singularem (*Tomo nono*). *Erat cuidam prædium, in quo occultus thesaurus erat: emptor vero, cum terram foderet, thesaurum illum invenit. Re comperta is qui vendiderat, emptorem cogebat ut thesaurum redderet, dicens, se prædium vendidisse, non thesaurum: contendebat alter, se prædium cum thesauro emisse. Res in litem versa est, illo reddi sibi volente, altero negante. Incidentes autem in hominem quempiam, litigabant: deindeque interrogarunt illum, cui deberet thesaurus adjudicari. Ille vero sententiam non tulit, sed se litem soluturum esse, si thesaurus sibi maneret. Illis vero annuentibus, accepto thesauro innumera deinde mala passus est: et re didicit jure illos ab hoc abstinuisse.*

Nec minus observandum est id quod refert Homil. 13 in Epist. ad Romanos (*Tomo nono*). *Quæ enim ante nemini possibilia videbantur esse, virginitas, mortis contemptus, compluresque alii labores, hæc ubique terrarum jam præstantur, non apud nos tantum, sed etiam apud Scythas, Thraces, Indos, Persas, aliosque barbaros multos; et virginum chori, martyrum populi, monachorum sodalitates jam plures sunt, quam eorum qui connubio junguntur.*

Contra Christianos quosdam stylum acuit Chrysostomus, qui a Manichæis seducti, ut videtur, virilia sibi amputabant: quæ consuetudo tamen non diu viguisse videtur (*Tomo decimo*).

Infantes recens nati signaculum in fronte a sacerdote accipiebant (*Ibidem*).

Cælum esse sphæricum, et terram esse sphæricam negabat Chrysostomus (*Tomo duodecimo*): qua de re videnda sunt quæ diximus in Præfatione ad Cosmam Ægyptium, qui ad illam sententiam tuendam locum affert Chrysostomi ex Commentario in Epistolam ad Hebræos, quem videsis in edito Cosma p. 328. Plurimorum enim Patrum et scriptorum hæc opinio fuit.

Antiochiæ concionans dicit in more esse ut mulieres et parvuli e collo evangelia suspenderent (*Tomo secundo*).

DIATRIBA V.

Digressiones sive illa omnia quæ in similitudinibus frequentissime commemorat Chrysostomus, quæ ad rem Ecclesiasticam non spectant, et singularia sæpe complectuntur.

Genere Syrius erat Joannes noster et Antiochenus: familiareque est Syris, inquit Hieronymus, uti parabolis et similitudinibus. Hac in re perpetuo versatur Chrysostomus in concionibus suis. Exempla profert imperatorum, aulicorum, consulum, divitum et cujuscumque conditionis hominum: vestimenta depingit, suppellectilem, ædium formam et ornamenta: circenses ludos et hippodromum frequenter commemorat. Ut a theatralibus spectaculis populum avocet, quæ turpia illic gerebantur, minutatim describit. Hic videas nuptiarum ritus, præficarum morem: modo circulatorum gesta singularia, modo funambulorum artem; justitiæ exercendæ ritum, præstigiarum genera plurima, aliaque permulta. Quæ omnia, ordine quodam distributa, hic recensere operæ pretium esse duxi.

Imperatorum cultus, vestes, ornamenta, aulici, satellites.

Imperator coronam gestabat auream gemmis magnis et pretiosissimis intertextam: purpureo vestitu toto corpore fulgebat (*Tomo primo et Tomo tertio*). Soli autem Imperatori licebat gestare purpuram et diadema in capite. In vestibus ejus sericis dracones depictos videre erat (*Tomo sexto*). Aulici quoque et satellites ejus auro fulgebant, vestes eorum aureis filis intertextæ erant: horum lanceæ deauratæ: equi aureo freno, ephippia auro micantia.

Per urbem et campos exeuntem, scutatorum et hastatorum cohortes stipabant, qui et ipsi auro onusti clypeos gestabant aureis umbilicis decoratos; circum autem umbilicos aurei oculi visebantur; lora ad summas oras extensa lapillis ornata multis erant. Currus Augusti totus aureus, jugo albarum mularum auro fulgentium junctus erat (*Tomo primo*); ita ut mirarentur omnes, inquit Chrysostomus (*Tomo sexto*), purpuræ florem, gemmarum magnitudinem, mularum alborem, jugum aureum, et strati fulgorem, quod stratum niveum erat atque candidum (*Tomo octavo et Tomo nono*). In curru vero laminæ erant aureæ versatiles, quæ motu agitatæ micabant. Equi etiam Imperatoris auro onusti, et frena quoque aurea erant.

Depictis vero Augustorum imaginibus hæc refert ille (*Tomo tertio*): *Vidisti sæpe imperatoriam imaginem cæruleo tinctam colore: deinde vero pictorem albas lineas ducentem, et solium imperatorium, et equos adstantes, et satellites, et vinctos hostes atque subactos.*

Pari cultu consules incedebant, ut ipse ait (*Tomo duodecimo*): *Non videtis Imperatores et consules curru gestatos et auro ornatos, et satellites omnia habentes aurea, aureas lanceas, aureos clypeos, aureas vestes, equos aureis ornatos ephippiis?*

Imperatores præfectis suis aureas porrigebant tabellas in magistratus signum (*Tomo sexto*). Quando literas mittebant Imperatores sive in theatro sive alibi legendas, eæ cum magna reverentia exceptæ legebantur silentibus omnibus (*Tomo quarto*).

Optimatum et divitum luxus, opes, ædes, mensa, etc.

Optimatum quoque ac divitum fastum et luxum

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста АВК/ГК

perstringit Chrysostomus, describitque ædium magnificentiam, vestium cultum, mensarum apparatum, parasitorum agmina, famulorum ingentem numerum.

Optimates igitur et opulenti quique viri sericis induti vestibus erant auro intertextis et magnificis: unguenta et aromata semper olebant: zona præcincti aurea, calcei quoque auro fulgebant. Famulorum et eunuchorum turbam ingentem alere et ostentare summo studio curabant, quorum multi barbari erant. De opum grandi copia et famulorum numero hæc carptim dicit Chrysostomus (*Tomo septimo*): *Et tu quidem tot memoras terræ jugera, domos decem vel viginti, balnea totidem, servos mille aut bis mille, currus argenteis laminis vel auro opertos.* Eunuchi etiam et famuli auro fulgentes erant, horumque plurimi torquibus et armillis aureis decorabantur.

Ædium quoque splendorem et magnificentiam plerumque describit: *Splendidas*, inquit, *construunt domos, latas porticus, longa septa. Tectum autem ædium ex tabellis ligneis concinnatum, deauratum totum erat: januæ autem, etiam biſores, eburneæ erant. In triclinniis et cubiculis parietes marmore crustati: si quid vero lapidem compareret, illud aureis laminis et bracteis obtegebatur.*

Laquearia omnia aurea, seu potius, ut alibi explicat, auro oblita erant; pavimentum vero tesserulis et gemmis distinctum adornatumque, quod sæpe tapetibus operiebant elegantibus. Ibi videre erat columnas marmoreas aliquando miræ magnitudinis, quarum capitella aurea; imo aliquando tota columna erat aureis laminis operta; statuas quoque vidisses manu insigniorum illius ævi artificum adornatas, quas quidam idola, alii dæmonas appellabant. Ad hæc erant cubicula picturis et musicis operibus decorata.

Lecti quoque ut plurimum ex ebore, aliquando lignei et deaurati, vel argenteis tecti laminis: imo ex argento puro sæpe toti constabant, multisque in locis micabat aurum. Opulentiam item magnam præ se ferebat tota supellex; cathedræ quoque et scabella ex ebore erant: lebetes item, vasa, imo ipsæ matulæ ex auro vel argento conflatæ. Inter hæc vasa et alia ornamenta in pretio erant Laconica velamina, quæ dicit Chrysostomus in penuariis asservata fuisse, eductaque fortasse in conviviis et aliis celebritatibus.

In tantum luxum et fastum declamans Chrysostomus, refert alicubi historiam Aristippi, ut habetur apud Diogenem Laertium; sed tacito ipsius nomine. *Narratur*, inquit, *quempiam in domum splendidam venisse fulgentem marmoribus et columnarum pulchritudine; cum autem pavimentum etiam vidisset tapetibus stratum, in faciem domini ædium conspuit. Improperante autem illo, respondisse: quia in nulla alia domus parte id facere licebat, coactum se fuisse vultui ipsius hanc contumeliam inferre.*

His vero magnificis opulentorum hominum ædibus adjunctæ erant latæ porticus, aquæductus et fontes, suburbana balnea et ambulacra.

Longe plura refert de conviviorum et cœnarum sumptibus. Mensæ formam et apparatum depingit: erat illa vel auro fulgens, vel argento circumtecta, semicircularis, ut illa quam *sigma* vocat Martialis, ad formam nempe literæ C, quæ tunc *sigma* exprimebat, concinnata (*Tomo undecimo*). Ea vero tantæ molis erat, ut vix duo adolescentes ipsam movere possent: molli stragula undique sternebatur, ut ibi commode convivæ accumberent. Vasa omnia ex auro vel argento: phiala una erat aurea pondo dimidii talenti, quam vix duo juvenes movere possent: amphoræ autem auro splendentes ordine sitæ comparebant.

Aderant quoque ministri, non minus ornati vestibus et splendide amicti, anaxyridas, quas braccas vocant, laxas habentes, *visu pulchri, in ipso ætatis flore luxuriantes, bene curata cute et bonæ habitudinis.* Hic vidisses etiam musicorum turbam, tibias, citharas et fistulas, nec deerant unguenta et aromata Indica, Arabica, Persica.

Apponebantur eduliorum varietates, ciborum deliciæ: de apparatu ferculorum quædam dixit non prætermittenda. De pulmentariis, coquis, mensarum structoribus, placentarum artificibus, phasianis avibus loquutus, hæc addit: *Quasi rempublicam gubernantes et aciem instruentes, sic et isti hoc et hoc primum, hoc et hoc secundum constituunt: et alii quidem primum aves supra carbones assas, piscibusque fartas offerunt; alii alia initia immoderatarum cœnarum statuunt: multaque circa hæc est concertatio, et de qualitate, et de ordine, et de copia.* Vinum etiam exquisitum apponebatur, sed Thasium præsertim, seu ex insula Thaso: quod apud scriptores tum Græcos tum Latinos admodum celebratur.

Quando viri illi tum dignitate, tum opulentia præstantes, sive in curru auro fulgente, sive equo vecti, cujus frenum aureum, per urbem vel in foro incedebant, præibat præco, cultu instructus magnifico, qui adventum heri nuntiaret. Ipse vero balteo præcinctus et multis stipatus lictoribus, qui plebem arcerent, superbe gradiens, clientium et parasitorum turba cingebantur.

De mulierum ornatu, fastu et luxu frequentissime agit Chrysostomus. Ornatus mulierum, inquit ille, sunt torti crines, inaures ornamentaque alia in genis et collo: fuci et pigmenta oculorum, fuci item et pigmenta genarum, vestes auro intertextæ, palliolum capiti impositum; manus extrinsecus deauratæ, calceus nigro colore multum fulgens, in acumen desinens et picturarum decorem imitans. Alibi vero dicit: Mulieres mulos albos quærebant, et frena deaurata, obsequium eunuchorum, magnum ancillarum gregem et pompam ridiculam.

Adolescentes quoque exagitat superbe agentes in foro, cum hominibus, qui sumptuosis et magnificis vestibus operti erant. Iidem vero adolescentes calceos suos filis sericis et auro exornabant.

Circenses ludi, hippodromus.

Ad circum et hippodromum se conferre solebant Imperatores, ut ludorum et pugnarum spectatores es-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sent, et ante eos qui certaturi erant, coronas, bravia et vestimenta exponi curabant. In gymnicis vero certaminibus victores vel oleæ vel lauri ramis coronabantur.

Qui in spectaculis circensibus currebant, et nomen et genus et patriam et educationem equorum sciebant, et quam victoriam reportavissent (*Tomo tertio*). Cursores autem illi circenses ad solum Imperatorem attendebant, aliorum vero plausus non ita curabant. Tanta autem erat populi frequentia, ut non circus modo, sed etiam vicina cœnacula, domus, tecta spectatoribus plena essent. Inter spectatores autem meretrices erant et pueri molles.

Agonalium certaminum spectatores, si quando strenuum athletam jam coronatum accedere viderent, omnes accurrebant, ut ejus pugnas, artem, robur spectare possent. In hippodromo currentes inter se strenue concertabant, et alii aliorum currus subvertere conabantur. Hac de re singularem casum refert Chrysostomus (*Tomo duodecimo*) : *Cædes*, inquit, *in hippodromo heri patrata, tragœdia urbem totam implevit, mulierum choros circum attraxit, forum lamentis multis replevit, dum is qui a curribus ita miserabiliter concisus et discerptus fuerat, per medium forum gestaretur. Hic, ut novi, qui postridie nuptiales lampadas accensurus erat, cum apparati thalami essent, et omnia ad nuptias concinnata, sub præconis ordine in stadio locum habens, cum infra curreret, instantibus aurigis, et mutuo concertantibus, medius interceptus, violentam illam et miserabilem mortem subiit, capite et extremis membris abscissis.*

Qui autem in stadio multa vulnera acceperat, si victoriam obtineret, cum plausu domum deducebatur (*Tomo primo*).

Olympici ludi.

Olympica certamina Chrysostomi ævo admodum viguisse videntur, et cum apparatu maximo præmisso celebrata fuisse (*Tomo tertio*). *In Olympicis enim certaminibus*, inquit ille, *post triginta dies in urbe transactos, in suburbium illos eductos circumvehunt, et toto sedente theatro clamat præco : Num quis hunc accusat? Ita ut omni servilis conditionis suspicione depulsa, in certamina pedem inferat.* Rem clarius alibi explicat (*T. duodecimo*) . *In Olympicis certaminibus stat præco magna voce clamans : Numquid aliquis eum accusat, sitne servus, aut fur, aut malis moribus?*

Olympicorum ludorum athletæ in theatro nudi stabant, radiis solaribus expositi (*Tomo primo et Tomo tertio*). Spectatores autem a media nocte ad meridiem sedebant, ut viderent cui corona cessura esset. *Nonne videtis*, inquit (*Tomo primo*), *in Olympicis certaminibus, dum capite coronam gestans, amictus stola, virgam manu tenens agonotheta per forum incedit, quanta sit tranquillitas et modestia, dum præco voce denuntiat ut omnes sileant ac decenter quiescant.*

Ex spectatoribus vero alii aliis athletis favebant, ut in pari casu contingere solet (*Tomo primo*). Tota autem nocte præco admodum sollicitus erat, ne quis ex certantibus egressus, indecore se gereret. *Magister vero ludi*, inquit (*Tomo secundo*), *foris considens, sermonibus affert auxilium, eatenusque dumtaxat certantem juvat, quatenus acclamationibus sermonibusque valet : neque enim ulla ei lege permittitur propius assistere et manibus juvare. In Olympicis certaminibus*, ait ille, *luctator, pugil, pancratiasta diversis quidem temporibus certamen subeunt, sed uno temporis momento qui superarunt omnes a præcone victores pronuntiantur* (*Tomo tertio*).

Theatrorum spectacula.

In theatro, inquit (*Tomo septimo*), *velamina multa sunt, multique scenici ingressi histrionicam larvam in vultu habent, veterem fabulam tractant, resque gestas narrant, et alius quidem philosophum agit, alius regem*, etc.

Contra theatralia vero spectacula perpetuo declamat Chrysostomus; et jure quidem, non modo quia theatrales scenæ per se juventutem ad mollem vitam et dissolutos mores attrahere solent, sed etiam quia tunc temporis nulla in theatris erat pudoris cura, ut mox videbitur.

Alius juvenis cum sit, ait ille (*Tomo septimo*), *comam retro reductam habet, et naturam ipsam effeminat aspectu, habitu, vestimentis, demum omnibus, formamque teneræ puellæ affectat. Alius vero senex e contrario capillis novacula abrasis, renibus succinctus, postquam pudorem ante capillos succidit, stat ad alapas accipiendas, et ad omnia dicenda faciendaque paratus. Mulieres autem nudo capite, omni misso rubore, stant populum alloquentes, tantum videlicet impudentiæ studium habentes, omnemque petulantiam et lasciviam in auditorum animos infundentes. Illud unum studium habent, ut castitatem omnem radicitus evellant, naturam deturpent, mali dæmonis concupiscentiam expleant. Nam hic verba obscœna, habitus ridiculi, tonsura similis, incessus, vestitus, vox, membrorum mollities, oculorum inversiones, fistulæ, tibiæ, dramata, argumenta, omniaque demum extremæ lasciviæ plena sunt.*

In theatro *vides mulierem nudo capite cum impudentia magna intrantem, aureis indutam vestimentis, delicato mollique gressu utentem, cantica meretricia canentem, carmina lubrica, turpia verba proferentem* (*Tomo sexto*).

Nudæ etiam mulieres in theatris comparebant et aliquando natantes (*Tomo septimo*) : puellæque saltantes ibidem visebantur (*Ibidem*).

Funambuli.

Funambuli qui per funem ab imo in altum tensum ascendere ac descendere meditantur, si paululum deflexerunt oculis, inverso corpore deferuntur in orchestram pereuntque (*Tomo sexto*).

Funambuli per funem extensum ingressi et ambulantes, se induebant et exuebant, tamquam in lecto sedentes, etc. (*Tomo secundo et Tomo duodecimo*).

Circulatores.

In orchestra quidam membris ut alis utebantur (*Tomo*

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google Распознавание текста АВКУК

secundo) : *quidam in facie contum imponebant, et puer conto impositus innumeros motus agebat* (*Tomo secundo et Tomo duodecimo*).

Quidam perticam in fronte gestantes velut arborem in terra radicatam, sic immotam conservant. Neque id solum mirabile est, sed quod etiam puerulos parvos in summo ligno inter se concertare curent : ac neque manus, neque alia corporis pars, sed frons sola perticam illam gerit inconcussam.

Quidam erant qui clavos acutissimos deglutirent, qui calceos manderent et devorarent (*Tomo secundo*).

Erant qui hirundines circumferrent, et fuligine obducti, maledicta in omnes proferrent (*Tomo septimo*).

Erant quidam moriones, qui Cordaces vocabantur, quique ut risum moverent nihil non agebant (*Tomo undecimo*).

De tribunalibus et de judiciis atque suppliciis.

Judice prodituro, ut in excelso tribunali sedeat, carceris custodes, detentos omnes eductos domicilio, ante cancellos et tribunalis vela collocant, squalidos, sordentes, passis capillis, scissis pannis indutos, etc. (*T. primo*).

Sceleribus obnoxii et damnati ad mortem ducebantur, func ad os alligato (*Ibidem*). (De Theodoro agi putatur, qui tyrannidem affectaverat.)

Testamenta tabulæque de nuptiis, de debitis deque relictis contractibus, nisi in frontispicio Consulum annos habeant præscriptos, nullam ex sese vim habent (*Tomo sexto*).

Usura centesima a Chrysostomo memoratur, qua in fœnus accipiebant, illa conditione ut singulis mensibus centesimam partem solverent, ita ut centum exactis mensibus sors æquaretur (*Tomo septimo*).

De nuptiis, sive de ritibus vel profanis vel illicitis in nuptias invectis.

Nostræ ætatis homines in nuptiis hymnos in Venerem saltando canunt et adulteria multa, et nuptiarum violationes, et illegitimos amores, illicitosque coitus, et alia plurima impietatis et ignominiæ cantica (*Tomo tertio*).

In iis quæ nuptias contrahebant fucum et pigmenta superflua alia adhibebantur (*Tomo decimo*). Sponsa vero a viris ebriis per urbem et forum etiam noctu adducebatur cum impuris canticis et symphonia (*Tomo undecimo*). Meretrices etiam advocabantur ad nuptias; itemque tibiæ, cymbala et choreæ (*Tomo primo*).

Præstigiæ, incantationes, ligamina, superstitiones.

Ex frequentissimis Chrysostomi dictis et monitis palam est omnia præstigiarum genera admodum in usu fuisse ævo suo tum Antiochiæ tum Constantinopoli, quæ his verbis recenset ille Homil. decima in Epistolam 1. ad Timotheum : *Alia enim mitto lacrymis digna, ut auguria, vaticinia, observationes, geneses, symbola, ligamina, divinationes, incantationes, magicas artes* (*Tomo undecimo*).

Incantationibus et ligaminibus tunc multi utebantur ad morbos curandos (*Tomo primo*). De quibusdam etiam agit Chrysostomus (*Tomo undecimo*), qui carmina et ligaturas usurpabant ad tutelam, quique aurea Alexandri numismata capiti vel pedibus circumligabant (*Tomo secundo*). Erant etiam qui ad puerorum tutelam ligamina, crepitacula et stamina coccinea manibus ipsorum appenderent (*Tomo decimo*). Aliud ibidem refert superstitionis genus : *Lutum mulieres*, inquit, *in balneo accipientes, nutrices quoque et ancillæ digito tingentes, in pueri fronte imprimunt. Et si quis interroget, Quid sibi vult lutum, quid cœnum? Malum avertit oculum, inquiunt, livoremque et invidiam.*

Aliæ nomina fluviorum descripta manibus infantium apponebant; aliæ cinerem, fuliginem et sales adhibebant ut malum oculum averterent.

Præstigiarum genera omnia tunc vigebant, dierum observationes, auguria, veneficia, sortes, auspicia, omina; necnon fati opiniones (*Tomo undecimo*). De iis vero qui ominibus et fato dediti erant hæc refert Chrysostomus (*Ibid.*). *Multis terroribus plena est eorum anima; ut puta : hic aut ille primus mihi occurrit domo exeunti, omnino contingere mihi oportet mala innumerabilia. Nunc servus exsecrandus dans mihi calceos, primum porrexit partem sinistram : graves significantur calamitates et contumeliæ. Ego quoque exiens sinistro priori processi pede : hoc quoque est signum calamitatum. Et hæc quidem domi sunt mala : foras autem egresso dexter oculus mihi inferne salit : hoc est indicium lacrymarum. Mulieres quando sonant calami ad texturæ recta ligna allisi, vel cum ipsæ pectine discriminant, hoc pro signo habent. Rursus quando subtegmen pectine concutiunt, et id faciunt vehementius; deinde qui sunt superne calami ob intensum ictum edunt strepitum, allisi ad rectum texturæ lignum, hoc habent pro signo. Et alia innumerabilia digna quæ videantur. Et si asinus exclamaverit, et si gallus, et si quis sternutaverit, et quodvis aliud, tamquam decies mille vincti vinculis, tamquam qui teneantur in tenebris, omnia habent suspecta, et sunt magis serviles quam innumera mancipia.*

Ait vero Chrysostomus præstigiatores quosdam suo tempore fuisse qui signa facerent (*T. duodecimo*).

Funera.

Parentes, fratres et consanguinei decedentibus oculos claudebant et os componebant (*Tomo secundo*). Nemo in urbe sepulcrum construebat, ideoque defunctorum corpora extra urbem sepelienda exportabantur, qui mos antiquus erat, sed sæpe violatus fuerat (*Tomo septimo*).

Pullatæ seu nigræ vestes in funeribus adhibebantur (*Tomo sexto*); quam rem improbare videtur Chrysostomus (*Tomo undecimo*). *Cum corpus effertur*, inquit ille, *adhibentur planctus, ejulatus insani, stulta in sepulturis admissa, circa monumenta studium intempestivum, et ridiculum præficarum agmen, dierum observatio, necnon ingressus et egressus* (*Tomo decimo*).

De præficarum choris, quarum quædam gentiles erant, sæpissime agit Chrysostomus, vultque illas

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnino a funeribus arcen, et moderatius lugubria funera persolvi (*Tomo duodecimo*). *Lugeamus*, ait ille, *sed non vellentes capillos, non brachia nudantes, non lacerantes faciem, non pullas vestes induentes.*

Quidam etiam erant, qui in funeribus caput cinere conspergerent.

Viarum publicarum custodia.

Eadem distantia locorum, quæ olim tunc erat, nunc etiam est; itineris vero conditio non eadem est, quæ olim fuisse creditur. Nunc enim mansionibus perpetuis distinctum est iter, et urbibus ac villis frequentibus ornatum, viatoresque plurimos offendunt, qui illuc proficiscuntur, quod non minus ad securitatis rationem valet, quam mansiones, urbes atque villæ. Præterea ex provincia civitatum principes deligunt viros, corporis magnitudine et robore cunctis præcellentes, jaculoque et funda tantum valentes, quantum vel sagittarii sagittis, ver armati pilis : statutisque ducibus, quibus illi obtemperent, hoc eis unicum injungunt munus, solamque itineris tuendi curam custodiamque permittunt. Ad hæc aliam longe his omnibus diligentiorem curam excogitarunt. Habitacula enim mille passibus ab invicem distantia in itinere toto fabricantes, nocturnos illic statuere custodes, per illorum labores et vigilias maximum contra latronum impetus munimen viatoribus constituentes (*Tomo primo*).

Miscellanea.

Kalendæ, seu initium anni, sic celebrari solebant (*Ibidem*) : pernoctationes, cavillationes, convicia et saltationes nocturnæ, forum coronabatur, etc.

Antiocheni postquam Theodosium Imperatorem placaverant, in lætitiæ signum forum coronarunt, lucernas accenderunt, et lectos seu lectisternia ante officinas posuerunt (*Tomo secundo*).

Quidam externorum oratorum ex quadam stulta consuetudine dexterum eundo humerum assidue movebat (*Ibidem*) ; sed consuetudinem vicit, et gladios acutos utrimque humeris imposuit, ut vulneris timore membrum inepte se movens corrigeret.

Leones ovibus mansuetiores per forum ducebantur, et multi in officinis pecuniam eorum custodi numerabant, qui custodes multum hinc luerabantur (*Tomo quarto et Tomo nono*).

In agris termini columnæque non sinunt arva confundi (*Tomo sexto*).

Ursi etiam et ursæ ab Antiochenis domi servabantur (*Tomo septimo*). *Si ursa clam aufugerit, domos claudimus, per vicos currimus, ne in eam incidamus.*

Stadia quindecim sunt milliaria duo (*Tomo octavo*).

Pauperes quidam filios suos excæcabant, ut largiorem stipem cogerent. Alii cum nihil petendo impetrarent, missis supplicationibus, detritorum calceorum coria mandebant ; alii acutos clavos capiti infigebant ; alii in aquis gelu concretis nudo ventre immorabantur, et illis spectaculis majorem cogebant stipem (*Tomo decimo*).

Quid gravius et difficilius quam in ensibus sphera ludere (*Tomo duodecimo*).

Meretrix, πίτυλα ῥάψασα, id est quæ laminis et amuletis virorum salutem prosequitur (*Tomo tertio*).

Libri aureis literis memorantur a Chrysostomo, quales multi erant illius ævo, ut dicit Hieronymus (*Tomo octavo*).

In pugillari deleto, in palimpsesto (*Tomo septimo*). De palimpsesto post Ciceronem locuti sumus in Palæographia Græca.

Philosophorum coma, baculus, abolla (*Tomo primo*). Philosophi profunda instructi barba, pallia gestantes, et baculos, cynica piacula (*Tomo secundo*).

Duorum philosophorum scripta contra Christianos tempore Chrysostomi (*Tomo octavo*).

Persæ cum matribus suis miscentur, neque unus aut duo, sed gens universa (*Tomo decimo*).

Persas qui matres suas uxores non ducunt admiramur (*Tomo primo*).

Apud Persas ignis Deus esse putatur (*Tomo secundo*) contra eos qui ignem adorant.

Rex Persarum barbam habet auream, iis qui harum rerum sunt periti veluti sub tegmine illius pilis intra auri laminas involventibus (*Tomo undecimo*).

Hamaxobii, Scythæ et Nomades nullum struebant ædificium (*Tomo septimo*).

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN LIBRARIES
Digitized by Google
Распознавание текста АВК/ГК

TESTIMONIA VETERUM

MONITUM. — Eadem cautione utendum duxi in referendis veterum scriptis, qui Chrysostomi opera commemorantes, eorum etiam partem non minimam exscripsere, qua usus sum superius in deligendis vitæ ejus scriptoribus. Nam si vitam ejus ut a tot scriptoribus fuse contexitur, si testimonia omnia veterum et patrum de verbo ad verbum retulissem, hæc sane omnia decimum quartum tomum constituissent, imo vix potuissent uno comprehendi tomo, idque nullo fructu, ut jam supra diximus. Quamobrem ex

ΕΚ ΤΩΝ ΦΩΤΙΟΥ.

[257] Ἀνεγνώσθη ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου λόγων, οὓς εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον συνετάξετο· ὧν ἡμεῖς πέντε τέως εἴδομεν, ἐξ ὧν καί τινας ἐκλογὰς τὰς ὑποτεταγμένας παρεγραψάμεθα.

Ὅτι τῶν πέντε λόγων ὁ πρῶτος ἄλλον πρὸ αὐτοῦ δοκεῖ διαδέχεσθαι. ἡ μέρος αὐτοῦ εἶναι. Πλὴν διαλαμβάνει, ὅθεν τε μετάκλητος εἰς Κωνσταντινούπολιν ἦκε, καὶ ὅπως αὐτῆς ἀρχιερεὺς κατέστη, καὶ ὡς τὴν ἱερωσύνην καὶ ἀρχιερωσύνην εἰς τὸν ἀρχαῖον κόσμον ἐπανάγειν ἐπειρᾶτο σπουδῇ πάσῃ· καὶ ὅσα πρὸς Γαΐναν, τοῦτο μὲν ὁ γενναῖος ἐπιστομίζων Ἰωάννης, τοῦτο δὲ ὑπὲρ τῶν κοινῶν τῆς πολιτείας διαπρεσβευόμενος πραγμάτων διεπράξατο· καὶ ὡς φθόνος αὐτῷ τὴν ὑπεροψίαν ἐψηφίσατο. Καί τινα τῶν μέχρι τέλους ἱστορῶν τῷ θεσπεσίῳ ἀνδρὶ διηνυσμένων, τὰ πολλὰ, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα, παρατρέχει. Ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος ἐπαίνους τινὰς ὀλιγοστίχους, καὶ αὐτὸς ὀλιγόστιχος ὤν, διαπεραίνει, ἀρχόμενος ὧδε· « Πάλιν ἡμῖν Ἰωάννου τὸ μνημόσυνον. » Ὁ δὲ μετὰ τοῦτον ἐγκωμίων μὲν καὶ αὐτὸς ὑπέρχεται νόμους, διαφέρει δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τῇ καλλονῇ τῶν τε ῥημάτων καὶ τῶν νοημάτων. Προοιμιάζεται δὲ οὕτω· « Πολυστόμου τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν σάλπιγγος δεομένην ἐν παιδικῇ νῦν ὁρῶ κινδυνεύουσαν γλώττῃ, καὶ κάλλος ἀθλητοῦ μυρίαις συγγραφόμενον τέχναις ἀσθενεῖ νῦν, εἰς γραφὴν ἐμοὶ τεχνίτῃ προκείμενον. » Τὸ μὲν προοίμιον τοιοῦτον. « Ἄλλος αὐτὸν ἕλκει βοηθὸν, ἁρπαζόμενος, ἄλλος καλεῖ δικαζόμενος· σύνδικον· ἄλλος πεινῶν ὑπὲρ τροφῆς ἱκετεύει, γυμνὸς ὑπὲρ ἐνδύματος· ἄλλος αὐτὸν ἀποδύει· ἄλλος πενθῶν. εἰς παράκλησιν δεῖται· δεσμῶν ἕτερος ἀπολυθῆναι βοᾷ· ἕλκει τις αὐτὸν ἄλλον πρὸς νόσων ἐπίσκεψιν· ξένος αἰτεῖ καταγώγιον· ἕτερος παραστὰς χρέος ὀδύρεται· ἄλλος ἐπόπτην καὶ διαλλάκτην τῶν κατ' οἶκον μεταπέμπεται στάσεως· οὐδὲ δοῦλος πρὸς ἄλλον καταφεύγει, δεσπότου πικρὰν ὀλοφυρόμενος ἀγανάκτησιν· χηρα βοᾷ τὸ, Ἐλέησον· ἄλλη τὴν ὀρφανίαν ὀδύρεται. Μυρίαι τῷ πατρὶ καθ' ἑκάστην πρὸς ἑκάστους ὑπὲρ ἑκάστου τροπαί. Ἁρπάζεταί τις, καὶ συνήγορος ὁ πατήρ· λιμὸς ἐνοχλεῖ, καὶ τροφεὺς ἐκ συνηγόρου γίνεται· νοσεῖ τις, καὶ εἰς ἰατρὸν ὁ τροφεὺς μεταβάλλεται· πένθει τις περιπέπτωκε, καὶ ὁ νοσοκόμος εὑρίσκεται παραμύθιον· ξένων ἐπέστη φροντὶς, καὶ ξενοδόχος ὁ πάντα γεγονὼς ἀναδείκνυται. Καὶ τί χρὴ καθ' ἕκαστον λέγειν; ὅσα χρόνου μέρη τὸν ἐκείνου βίον διεμέτρησεν (ἵνα μὴ τὴν ἀρχιερωσύνην μόνην λέγω), τοσαύτη τοὺς ἀνθρώπους ἔργων σωτηρίων ποικιλία προιοῦσα οὐ διέλιπεν. Ὦ στρατιώτου καὶ μετὰ τελευτὴν ἀριστέως! ὦ λυπηροῦ τοῖς ἐχθροῖς [258] καὶ μετὰ τάφον ὁπλίτου! ὦ παναρμονίας λύρας, τελευτῇ λελυμένης! ὦ δικαστηρίων τηλικοῦτον ῥυθμιστὴν ἐζημιωμένων! ὦ σωτηρίου τοῖς ἀνθρώποις εἰς οὐρανὸν ἀναπασθείσης σαγήνης! ὦ δένδρου πρὸς οὐρανὸν καὶ γῆν μερισθέντος, καὶ τῇ μὲν τὸ σῶμα, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν παρασχόντος! ἐν τάφῳ τὸ τῆς Ἐκκλησίας συγκέκλεισται στόμα. Οἷος εὐσεβείας ἐξ ἀνθρώπων ὀφθαλμὸς ἀνηρπάσθη. Οὐ τέθνηκας, ὦ μακάριε πάτερ, ἀλλ' ὡς ἥλιος ἔδυς· οὐχ ὡς ἀποθανόντος ἀλγοῦμεν, ἀλλ' ὡς ἡμῖν κεκρυμμένου· οὐχ ὡς τεθνεῶτα ζητοῦμεν, ἀλλ' ὡς εἰς οὐρανοὺς μεταστάντα. » Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ τρίτος λόγος.

Ἐγκωμιαστικοῦ δὲ τύπον καὶ ὁ τέταρτος διασώζει, ἐκ τοῦ δεῖν τιμᾶν πατέρας τῶν ἐπαίνων ἀπαρχόμενος· οὗ ἐστι καὶ ταῦτα· « Τούτων τῶν ποιμένων εἷς καὶ ὁ Ἰωάννης, ἡ ἄκακος σύνεσις, ὁ πολυόμματος νοῦς, τῆς εὐαγγελικῆς ἐμπειρίας ἡ βίβλος, ὁ κηροῦ πρὸς διαλλαγὰς εὐπλαστότερος, τὸ πρὸς χαρίσματα πέλαγος, ὁ πρὸς δόλους πολεμούντων ἀκέραιος, τῆς Ἐκκλησίας ὁ περίβολος· οὐδεὶς ὑποκρίσεως αὐτὸν διελάνθανεν ὄφις. Πόθεν σοι βούλει δείξωμεν τὸν Ἰωάννην πολύτιμον; ἐκ φιλοξενίας; καὶ τίς Ἰωάννου φιλοξενώτερος; ἐκ τῆς ἐν προστασίαις στερρότητος; καὶ τίς αὐτὸν δυναστεία κατῄδεσεν; ἐκ τῆς περὶ τὴν Ἐκκλησίαν σπουδῆς; καὶ τίνος ἡ τῆς ψαλμῳδίας τῶν δημοτικῶν ταγμάτων μέχρι νῦν εὐρυθμία; » Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν καὶ οὗτος ὁ λόγος.

Ὁ δὲ ἐφεξῆς τοὺς αὐτοὺς μὲν τῶν ἐγκωμίων πλέκει στεφάνους, λαμπρότερον δέ πως τὴν τῶν νοημάτων ἰσχὺν ἀπαγγέλλει. Ἐοίκασι δὲ οὗτοι πάντες οἱ πέντε λόγοι μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὑπεροψίας ἀνακομιδὴν συντετάχθαι. Τοῦ δὲ νῦν λόγου μέρος εἰσὶν αἱ περικοπαὶ τῶν ὑποκειμένων ῥημάτων.

« Χρῆσον ἡμῖν, ὦ πάτερ, τὴν λύραν τὴν σὴν, τὸ σὸν εἰς τὴν σὴν εὐφημίαν δάνεισον πλῆκτρον. Εἰ γὰρ καὶ αἱ χεῖρες ἐλύθησαν τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἡ λύρα διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἦκεῖ τῷ δώρῳ τῆς χάριτος. Ἐκείνης ἡμῖν τῆς ἀθανάτου γλώττης μετάδος· μόνη γὰρ ἡ σὴ γλῶττα τῶν σῶν κατορθωμάτων ἄξια. Διὰ ταῦτα Ἰωάννης Ἰωάννην ἀπείληφεν, ὁ πεπαῤῥησιασμένος τὸν ζηλωτὴν, ὁ μετὰ θάνατον ἐλέγχων τὸν κηρύττοντα μετὰ θάνατον, ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης τὸν πάσης πόλεως σωφρονιστήν. Ἔχεις καὶ ἄλλην πρὸς τοὺς ἀποστόλους συγγένειαν. Πρῶτος παρὰ τοῖς ἀμαξοβίοις Σκύθαις θυσιαστήρια ἔπηξας· καὶ μόλις τῶν ἵππων ἀποπηδήσας ὁ βάρβαρος, ἔμαθε γόνυ κάμπτειν, καὶ εἰς ἔδαφος ἐξαπλοῦσθαι· καὶ ὁ τοῖς τῶν αἰχμαλώτων δάκρυσι μὴ καμπτό-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE S. JOANNIS CHRYSOSTOMI SCRIPTIS.

scriptoribus illis ea tantum referam, quæ aliquam rei, de qua auctores illi agunt, notitiam lectori dare possint. Incipiamque a Photio, qui sæpe Chrysostomi opera, et aliquando cum exquisito judicio, commemorat ; imo sæpe multa ex ejus scriptis ad litteram refert. Deindeque ordine temporum servato, cæteros scriptores referam qui Chrysostomi opera commemoravere.

Photii vero loca hic illo ordine referuntur quo a Savilio edita fuere, tom. VIII, p. 477 et seqq.

EX PHOTIO [a].

Legi ex libris B. Theodoreti, quos in sanctum Joannem Chrysostomum scripsit : quorum nos hactenus quinque libros vidimus, unde excerpta sequentia descripsimus.

Primus ex quinque illis libris vel alium ante illum fuisse indicare, vel pars illius esse videtur. Narrat vero, unde advocatus Constantinopolim venerit, et quomodo hujus civitatis archiepiscopus fuerit constitutus : et quomodo nihil non egerit ut sacerdotium et archiepiscopale munus ad priscum cultum revocaret : et quanta contra Gainam generosus ille Joannes egerit, tum ut illius os obturaret, tum ut apud illum publicam causam ageret : ac quomodo per invidiam in exilium Joannes pulsus fuerit. Et alia quædam a sancto viro ad finem usque vitæ peracta recensens, multa, imo plurima, transcurrit. Sequens liber laudes quasdam breviter (nam brevitati studet) persequitur, sic incipiens : « Rursus nobis Joannis memoria. » Qui hunc sequitur etiam liber, encomiorum modum et legem excedit, præcedentes autem libros antecellit elegantia verborum et sententiarum. Sic autem orditur : « Argumentum quod multiplici ore prædita tuba opus haberet, nunc video in lingua puerili periclitari : et athletæ decus mille artibus descriptum, nunc infirmatur mihi artifici impositum. » Hoc est procœmium : « Alius dum rapitur, illum in auxilium attrahit ; alius in judicium ductus, patronum advocat ; alius esuriens, cibum postulat ; nudus, vestem ; alius illum exuit ; alius lugens consolationem petit ; alius in vinculis clamat et solvi postulat. Attrahit illum alius ad morborum curationem ; peregrinus hospitium efflagitat ; alius se sistens de debito lamentatur ; alius illum arbitrum et pacificatorem domesticarum turbarum accersit : neque ad alium servus confugit, amaram heri indignationem deplorans : vidua clamat, *Miserere* ; alia de orbitate lamentatur. Innumeræ patri quotidie accidunt erga singulos et pro singulis mutationes. Rapitur quis, et patronus est pater : fames excruciat, et ex patrono nutritius efficitur : infirmatur quis, et in medicum nutritius mutatur : in luctum quis incidit, et nosocomii curator solatium affert : instat hospitum cura, et hospitum exceptor est is qui omnia effectus est. Et quid attinet singula dicere ? quot temporis momenta vitam ejus emensa sunt (ut ne solum ejus archiepiscopatum commemorem), tanta salutarium operum varietas homines in decursu nunquam reliquit. O strenuum militem etiam post mortem ! o pugnatorem post sepulturam hostibus formidabilem ! o lyram omni harmonia præditam, morte solutam ! o tribunalia tanto concinnatore orbata ! o salutarem hominibus sagenam in cœlum raptam ! o arborem in cœlum et in terram extensam, et huic corpus, illi animam tradentem ! in sepulcro os Ecclesiæ conclusum est. Qualis pietatis ex hominibus oculus raptus est ? Non mortuus es, sancte pater, sed ut sol occidisti : non ut mortuum, sed ut nobis absconditum lugemus : non ut mortuum te quærimus, sed ut in cœlos translatum. » Talia effert tertius liber.

Liber etiam quartus encomiorum formam retinet, laudum initium ducens ex honore parentibus exhibendo : in quo hæc leguntur : « Horum pastorum unus est Joannes, intellectus sine malitia, mens multis prædita oculis, evangelicæ peritiæ liber, cera mollior ad sedandas discordias, ad charismata pelagus, contra hostium dolos infractus, Ecclesiæ munimentum : nullus hypocriseos serpens ipsum latuit. Unde vis tibi monstremus Joannem admodum honorabilem ? ex hospitalitate ? quis Joanne magis hospitalis ? ex ejus in patrocinio ferendo firmitate ? ecqua illum potestas deflexit ? a studio in Ecclesiam ? cujusnam est illa concinna modulatio psalmorum in hanc usque diem publice instituta ? » Sed hæc quidem in hoc libro.

Qui sequitur autem easdem nectit laudum coronas, luculentiorem vero sententiarum vim enuntiat. Videntur autem illi omnes quinque libri post reditum ab exilio compositi. Hujus vero libri pars sunt excerpta sequentia.

« Commoda nobis, pater, lyram tuam, et tuum ad te laudandum concede plectrum. Etsi enim ex naturæ lege manus solutæ sunt ; at lyra ex dono gratiæ per

(a) Edit. Bekker. Cod. 273, p. 507, b.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

totum orbem sonat. Illam nobis immortalem linguam concede : sola enim lingua tua par est ad enarranda præclara gesta tua. Propterea Joannes Joannem reliquit ; orator intrepidus, æmulatorem ; qui post mortem reprehendit, eum qui post mortem prædicat ; deserti incola, cujusvis civitatis doctorem. Habes aliam cum apostolis cognationem. Primus apud Hamaxobios Scythas aras erexisti : et vix ab equis desiliens barbarus didicit genu flectere, et in pavimento extendi : et qui captivorum lacrymis non flectebatur, didicit pro peccatis lacrymari. Quin et sagittarium Persam prædicatione ceu sagitta impetiisti, et ferro armati crucifixum adorant. Vicit lingua tua Chaldæorum et magorum veneficia, et arida Persis orationis domos germinavit : a pio cultu Babylon jam aliena non est. Hæc te apostolis conjunxere. Adhuc apud nos linguæ tuæ semina florent ; et si quis Joannem nominet, magnus excitatur sonus. Ecclesiastica enim lyra antiquum plectrum cognoscit, et pro digitis sufficiunt syllabæ nominis tui. Vidit regina urbs Serum vela, et contempsit ; vidit Indicos lapides, et despexit ; nec Tyriæ purpuræ flos ipsam delectavit : luteam concupivit linguam, immortalia doctrinæ fluenta profundentem. Vidit te antiqua Ephesus, et Joannem novum appellavit : vidit, et evangelici recordata est tonitrui (*Marc.* III, 17). Hinc, dilecti, fluxus sermonis exasperatur. Sed ne fugiamus asperitatem, pace tandem fluxui viam sternente. Si quid enim, o pater, contra nautas tuos indignaris, si quid contra connavigantes moleste fers, cogita hiemis tempestatem et fluctuosum mare coegisse illos, vel invitos, Jonam in fluctus projicere (*Jon.* I, 15). Non eorum odium, sed tua exercitatio : non eorum bellum, sed tua certamina sunt ea quæ facta fuere : non illi fraterno calculo expulsi sunt, sed oportuit te stadium martyrum currere. Arcana quædam providentia stadia tibi et certaminis loca præparavit : omnino dictum est de te contra hominum communem hostem : *Nunquid considerasti servum meum* Joannem, etc. (*Job* I, 8)? Claræ vitæ mors etiam clara debebatur. Pugnabat contra Jobum diabolus, amici quoque videbantur adversari : ideo tandem Deus amicos ejus sanat, et amicis amicum Jobum reddit. Hoc nunc quoque factum opinor, o pater, et patrum dexteras invicem copulatas me videre puto. Accepit Job multiplicatas possessiones : recepisti tu quoque majorem ab omnibus honorem. » Hunc postremum sermonem inscriptio in apostolorum templo dictum fuisse indicat : proœmium vero subindicat scriptorem, postquam alii locuti fuerant, concionatum esse : sic enim ait : « Quoniam me quoque cœtus ad loquendum concitat, quoniam signo dato ad communem choream advocor, quia oportet me quoque ad paternas laudes modulationem pulsare ; et multi inexorabile debitum exigunt, cum nihil apud nos sit paternæ virtuti tuæ æquiparandum ; commoda nobis, o pater Joannes, lyram tuam. »

quando seductor et Samaritanus vocabatur, creaturam ab his tantisque et tam diuturnis morbis et maculis mundavit: quando veniet ut judex vivorum et mortuorum, quando angelorum innumeris stipatus ordinibus, quando omnium dominator et dominus, quando omnia horrore concutientur et tremore; quomodo mutatio a corruptione in incorruptionem, non videatur consecuta ea quæ Deo digna sunt? »

« Venit Servator, prædicentibus prophetis: ne quis putet, eodem modo, quo homo, a primo proposito et auxilio aberrans, ad secundum venit; ita etiam Deo eventurum esse. Ne quis igitur id suspicetur, diu antea prophetæ illius adventum prædixerunt, ut ostenderent, Deum non meditando invenire id quod opportunum sit, sed a principio omnia prævidisse. Nam nos quidem homines meditamur, et si a priori conatu aberremus, ad alium transimus: Deus vero non sic; sed dedit legem, prophetas, et postea Evangelium; non temporis decursu quid sit utile discens, sed ab initio videns, non aliter potuisse creaturam et in ea hominem fieri, vel institui, neque incorruptionis dignitatem accipere, nisi eo modo quo ineffabilis providentia et humanitas dispensavit. »

Si, inquiunt, Deus prævidit Adamum esse peccaturum, quare illum produxit? Et multæ sunt et pulcherrimæ hujus dubii solutiones; dicit itaque divina sapientia præditus Joannes Chrysostomus: « Non tantum dico quod hoc præsciverit, sed etiam quod lapsum hominem per œconomiam erecturus esset. Nec primo scivisset lapsum, nisi etiam præscivisset resurrectionem. Sciebat eum lapsurum esse, sed resurrectionis remedium præparavit, et permisit hominem ad mortis experientiam pervenire, ut disceret quid per se consequeretur, quid per Creatoris gratiam. Sciebat fore ut Adam caderet; sed videbat ex illo prodituros esse Abel, Enos, Enoch, Noe, Eliam, prophetas, admirandos apostolos, nobilitatem naturæ; vidit martyrum nubes, divinitus motas, pietatem distillantes. Vidit hæc, et ubi erat honestas, ubi justitia, ubi opus Deo dignum? an quia unus homo peccaturus erat, ex nihilo illum producere non debuit, et tot hominum, quorum ne uno quidem dignus erat mundus, fructum amputare ac radicitus demetere tantum generis humani germen et ornamentum, atque contra illud immittere falcem et iram: idque cum postea peccaturus esset, ac nondum peccasset, neque peccare cogitasset, quippe nondum existens? Si enim prudentium virorum est non ab eo pœnas exigere qui peccare quidem cogitavit, nondum tamen peccavit; quomodo Dei esse possit, ab eo, qui ne meditatus quidem sit peccare, pœnas peccatorum exigere? præsertim cum tunc grave peccatum esset: (quomodo enim non grave fuerit Domini præceptum despicere?) non incurabile vero peccatum futurum erat ex ineffabili Conditoris clementia, primum hominem ad pristinam dignitatem revocaturi. Itaque si non conditus fuisset primus homo, quia peccaturus erat; hinc sequeretur Deum punire eum qui nondum peccasset, et posteriore vocatione atque salute privare, et creaturam tot tantisque viris orbam ostendere. »

« Cum divinus Paulus dicat, *Primogenitus omnis creaturæ* (*Col.* I, 15), hæretici, » inquit, « non intelligentes de qua creatura loquatur, ad creaturam Filium insipientes deprimunt. Duplex autem est creatura: una quidem facta, altera renovata. Idem enim Paulus iterum clamat: *Si qua in Christo, nova creatura* (II *Cor.* V, 17). Utque clarius ostendat se Christum dicere renovatæ creaturæ primogenitum, addit, *Primogenitus ex mortuis* (*Coloss.* I, 18), ut in omnibus primas teneat. Primus est renovatorum, eorum qui ad incorruptionem vocantur, eorum qui a mortuis suscitantur: primus, non secundum deitatem, apage: contumelia enim est Deo vocari primum creaturarum, qui ineffabili ratione, et incomprehensibili excellentia super omnes creaturas ascendit sedetque; sed primus est secundum humanitatem, princeps factus nobis resurrectionis, et mutationis ex corruptione in incorruptionem. Si enim Elias filium viduæ excitavit, et Elisæus filium Sunamitidis, et ipse Servator quatriduanum Lazarum excitavit; at nemo eorum ad incorruptionem et immortalitatem excitatus est; iterum enim mors in illos dominium exercuit: Christus vero resurgens ex mortuis, non ultra moritur, mors illi non amplius dominatur; sed neque illis quos in secundo suo adventu suscitabit. O malam et insipientem mentem vestram! Venit Christus ad nos, dedit nobis spiritum suum, et assumpsit corpus nostrum, et contractus præcessit, et assumpta massa nostra exaltavit illam, et constituit in dextera Patris, et ingratus animus beneficium contumelia afficit. Accepit a nobis figmentum, et constituit ad dexteram Patris: accepimus ab illo spiritum, et injuriam facimus, in creaturarum et servorum ordinem illum redigentes. »

« Petitio quidem dicitur, » inquit, « quando quis Deum quidpiam rogat; precatio autem, quando Deum laudat; gratiarum actio, cum quis pro acceptis beneficiis gratias agit Deo; supplicatio, cum quis contra inique agentes accedit ad Deum, vocans illum ad ultionem. » « Supplicare vero non est precari, » inquit, « sed interrogare et responsum accipere. Dicit Deus Eliæ: *Quid tu hic, Elia* (III *Reg.* XIX, 9, 10)? Respondet propheta interrogatus: *Zelo zelatus sum pro Domino omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Israel*, etc. Non est hic precatio, sed interrogatio et responsio, et ex utroque fit colloquium. Et unde id probatur? Paulum dicentem audi: *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? quemadmodum interpellat adversum Israel* (*Rom.* XI, 2)? Igitur *interpellatio* non est *peccatio.* » Sed hæc Chrysostomus. Oportet igitur subtilius differentias dictorum nominum perpendere et considerare; ut non solum idonea sint quæ plebi dicantur, sed etiam iis qui eas voces volent acrius explorare, insuperabiles et inoffensæ remaneant.

Ex oratione, Quod veteris et novi Testamenti unus sit legislator, et in sacerdotum indumentum, et de Pœnitentia (*a*).

« Ait Paulus: *Non enim erubesco Evangelium: justitia enim Dei in eo revelatur* (*Rom.* I, 16). Quomodo igitur justitia Dei in eo revelatur? Quomodo? Quia prima lex Judæis solum data fuerat, licet alii homines ejusdem essent conditionis et naturæ; Evangelium vero omnibus æqualiter gentibus: jure merito in illo justitia Dei revelatur, et vocatur Evangelium justitiæ. In veteri igitur Testamento non erat vocatio justa: non enim similiter omnes vocabat et illuminabat, sed solos Judæos. Non erat igitur justa, sed œconomica, præparans viam justitiæ? Non dico hanc justam, illam vero injustam, sed illam viam hujus et præparationem. Opinabantur Judæi sibi solis evangelium datum iri, sicut et legem: sed exspectatio contra spem evenit. Ideo dicit David: *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio populi tui* (*Psal.* XLVII, 10, 11): deinde: *Secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua*, non solum in medio populi tui, sed etiam *in fines terræ*. Et ut ostendat quod misereri finium terræ justitiæ sit, addit: *Justitia plena est dextera tua.* »

« *Dominus regnavit* (*Psal.* XCII, 1), inquit. Quomodo regnavit Dominus? an quasi novam accipiens dignitatem regni? Si enim dixisset, Dominus regnat, æternam Domini potestatem ostendisset; cum dicit vero, *Regnavit*, ejus œconomiam per carnem significat, per quam natura nostra jugo diaboli, peccati, mortis, excusso, Creatorem cognovit, ut verum Regem, largitorem incorruptionis, resurrectionis. Nuntium igitur lætum affert David iis, qui a peccato, morte, diabolo olim regebantur, quod jugum illud contritum, imperium sublatum sit, et Dominus omnibus dominetur, ut ipse quoque post resurrectionem dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* (*Matth.* XXVIII, 18). Prius vero dominata est nobis mors et peccatum:

(*a*) Phot. Bekk., p. 320, b. Op. Chrysos. t. VI.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Regnavit enim *mors ab Adam usque ad Moysem* (*Rom.* V, 14), et postea. Et Servator de diabolo : *Si satanam satanas ejiciat, divisum est regnum ejus* (*Matth.* XII, 26). Itaque regnavit ante adventum Christi super genus humanum diabolus, imo et peccatum : dicit enim iterum Paulus : *Quemadmodum regnavit peccatum in mortali nostro corpore, sic et gratia regnabit per Christum* (*Rom.* V, 21). *Dominus regnavit;* finitum est imperium peccati, mortis, diaboli ; exultet igitur terra, natura terrigena, olim errans, nunc vero gloriosa ; olim in sepulcris, nunc in thronis. »

« Œconomiæ, » inquit, « erant plurima in veteri Testamento, sed non omnino gratia et beneplacita Deo erant : rerum futurarum figuræ et umbræ, sed non res ipsæ : et videre est in illis alias quidem figuras, alias vero notiones. Verbi gratia, non omnino placent Deo hyacinthus, purpura, coccus et byssus ; Deus enim animarum puritatem requirit, non corporum flores et splendores, sed in corporea elegantia imaginem virtutum depingit. Si enim vere stolis illis acquiescebat, quomodo Moysem ante Aaron non induit ; sed qua ille non vestiebatur, illa induit sacerdotes ? Et Moyses quidem aqua non lotus est, et lavit: quare ? Ut discas non hæc Deo potiora esse ; quoniam perfecto viro ad sui ornatum sufficit virtus, et quia hæc typus erant virtutis, non ipsa virtus. »

« In capite, » inquit, « ferebat pontifex tiaram (*Exod.* XXVIII, 39) ; quia oportebat eum qui caput omnium constitutus erat, in capite habere potestatem, et scire se, cum caput aliorum sit, omnium tamen Domino principi esse subjectum. Absoluta enim auctoritas, nec cujusquam imperio subjecta, dura est et intolerabilis. Ideo, in lege gratiæ, qui pontifices maximi sunt, Evangelium in capite recipiunt, ut sciat is qui eligitur, se veram Evangelii tiaram accipere, et etiamsi aliorum sacrum caput constituatur, iisdem tamen legibus esse subjectum ; et licet aliis imperet, sub legis imperio esse. Tiara namque potestatem designabat, et quam ipse in populum habebat, et qua ille Deo subditus ferebatur. »

« Aurea vero lamina, in qua Dei nomen insculptum erat (*Exod.* XXXII, 36), in pectore erat, typum ferens custodiæ cordis motuum, et quomodo oporteat eos hæc ad Dei nutum aptare ac referre. In humeris erant smaragdi duo, quorum alter sex tribus, totidem alter exhibebat : erant autem symbolum summi pontificis præsentis. Habet enim smaragdus et viriditatem decentem et puritatem splendentem, speculi vim referens. Oportet enim sacerdotem et in exercitatione vigilem sobriumque esse, et vitam subditis suis quasi speculum offerre. Erat vero smaragdus in humeris, quia operum signum est : agendi enim potentia ab humeris dependet. Ideo Deus ad Jerusalem dicit : *Pone cor tuum super humeros tuos, filia despecta, quia Dominus creat te ad salutem* (*Jer.* XXXI, 21). Etenim manus et humeros pro actionibus Scriptura accipit, ut cum de Davide dicit, *Et in intellectu manuum suarum deduxit illos* (*Psal.* LXXVII, 72; *Exod.* XXVIII, 17). Inerant etiam in Rationali in pectore posito duodecim lapides aptati, qui duodecim tribus significabant. Et vide : supra quidem et in humeris una erat natura lapidum, smaragdus ; infra vero et in pectore, duodecim : quo ænigmatice significabatur, nos primitus ab una omnes prodiisse natura, progressu vero temporis diversis opinionibus fuisse divisos : et hoc quidem tribuit opinioni, illud vero naturæ. Sub fimbria sacerdotis, quæ dicitur ora, flores, aurea mala punica, corymbi et campanulæ pendebant. Et quomodo hæc, ut prius diximus, Domino placebant ? Sed in vestitu sacerdotis virtutes effingi jussit ; infra flores et fructus, virtutum opera : quæ sunt eleemosyna, justitia et humanitas, et chorus reliquorum ipsis affinium. »

« *Ne mutes*, inquit, *verba Dei vivi.* In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizatus es : cur tollis nomina viva, et inducis nomina cogitationum tuarum, dicens ingenitum, genitum : semper existens, et non semper existens ? Deusne hæc mania verba tolerat ? Unum verbum ut mutaret propheta, olim de vita periclitatus est. Et vide unius exigui verbi accurationem. Verba prophetarum vocarunt quidam, per ignorantiam, *onus Domini.* Dicit Dominus per Jeremiam : *Si interrogaverit te populus, vel sacerdos, vel propheta, et dixerit tibi : Quod est onus ? dic illis, Onus Domini vos estis: assumam enim vos, et dirumpam vos* (*Jer.* XXIII, 33), ne dicatis, *onus.* Unum verbum ne mutetur comminatur Deus, et tu totam dogmatum accurationem commutans, putas te manus Dei effugere posse ? »

Ejusdem in illud (II *Cor.* XII, 9) : Sufficit tibi gratia mea ; virtus enim mea in infirmitate perficitur (*a*).

« Venit, » inquit, « a Patre Christus ad homines legatus ; occisus fuit legatus, et tunc pax fuit. Sed legati venientes, et dona ferunt, et dona accipiunt : quod igitur donum tulit, et quod donum accepit ? Inexspectatum est donum, ut inexspectatus est legatus : sanguinem suum in donum, et corpus suum in donum ferens venit. Et quod a me donum accepit ? Fidem. Et quid pro illa mihi dat ? Gratiam. Credidi ego, gratiam dedit ille : soluta est inimicitia. Cum venit legatus ad aliquam gentem, non dignatur cum aliquo forensi vel paupere loqui, sed statim ad regem accedit : hic vero legatus venit, et statim cum meretrice, latrone, publicano et magis locutus est. Viden' legati benignitatem ? non enim ad unum aut alterum venit, sed ad communem naturam ; et venit mea veste indutus, ne nuda divinitate accedens prædam terreret. »

Ejusdem in dictum Apostoli (I *Cor.* V, 17) : Si qua in Christo, nova creatura : vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia (*b*).

« Gentes ac Judæi dicunt, Quid gloriatur Paulus ? dicens : *Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia. Si qua in Christo, nova creatura.* Ego enim, inquit, nihil novum video. Neque enim habes oculos ut hæc videas : accede, et faciam tibi oculos. Quid vides ? et tu facis oculos ? Etiam. Et creator es ? Omnino. An demens es ? Nequaquam. Igitur fac oculos corporis. Nequaquam ; sed, quod majus est, oculos mentis. Et facies mihi oculos ? Ita. Non enim habeo ? Nequaquam. Tu vero habes ? Ita. Quomodo ? dic mihi. Cum abieris in templum, ibique nudam statuam videris, lapideinque mutum, et dixeris, Hic deus est ; num oculos habes ? an aliquid utile provenit ex oculis exterioribus, si cæci sint interiores ? Viden' opus esse ut tibi faciam oculos, ut videas lapidem esse lapidem, et lignum esse lignum ? Oculosne habes, cum vides lignum et adoras ? Si ego illud accipiens comburam, num oculos habes, qui id quod combustum est, deum vocas ? Cum passiones et vitia deos facis, an oculos habes ? Ebrius est homo, et circumagitur, et irridetur, et pro homine fit irrationabilis : tu vero dicis, Ebrietas deus Bacchus est ; furtum, deus Mercurius. Viden' tibi oculis opus esse ? Lex passiones et vitia punit ; et hæc te deos facere non advertis ? Si vis autem, attende quomodo facta sint omnia nova. Creare dicitur in Scriptura non solum ex nihilo producere quæ ante non existebant, sed etiam in melius immutare. Creavit Deus cœlum : hoc est, e nihilo creare : creat etiam quando manum hominem bonum facit : hic vero creatio est rerum in melius mutatio. Et audi Davidem dicentem. Cum enim et ipse et cor ejus creatum esset, adulterio autem et cæde maculatum fuisset, et ad corruptionem ferretur, Deum precatur et dicit : *Cor mundum crea in me, Deus* (*Psal.* L, 11) : non quod prius cor non habuerit, nec de substantia cordis loquitur, sed de meliori vitæ conditione ipsum ornante. Ecce igitur creatio dicitur non solum ex nihilo productio, sed

(*a*) Phot., p. 522, a.
(*b*) *Ibidem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ Θεός, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου· εἶτα· *Κατὰ τὸ δρομά σου, ὁ Θεός, οὕτω καὶ ἡ ἀγνεσίς σου*, οὐχὶ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου μόνον, ἀλλ' *Ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς*. Καὶ ἵνα δείξῃ, [270] ὅτι τὸ ἐλεῆσαι τὰ πέρατα τῆς γῆς, δικαιοσύνης ἐστὶν, ἐπάγει· *Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξία σου.* »

« *Ὁ Κύριος*, φησὶν, *ἐβασίλευσε*. Πῶς ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν; ἆρ' ὡς πρόσφατον λαβὼν τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα; Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν, Ὁ Κύριος βασιλεύει, τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ ἡρμήνευεν ἐξουσίαν· εἰπὼν δὲ, *Ἐβασίλευσε*, τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ οἰκονομίαν λέγει, δι' ἧς ἡ φύσις ἡμῶν τὴν ἐπικράτειαν τοῦ διαβόλου, τῆς ἁμαρτίας, τοῦ θανάτου ἀποσεισαμένη, ἐπέγνω πλάστην τὸν ὡς ἀληθῶς βασιλέα, τὸν χορηγὸν τῆς ἀφθαρσίας, τῆς ἀναστάσεως. Εὐαγγελίζεται τοίνυν ὁ Δαυὶδ τοῖς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ὑπὸ τοῦ θανάτου, ὑπὸ τοῦ διαβόλου πάλαι βασιλευομένοις, ὅτι ὁ ζυγὸς ἐκεῖνος συντέτριπται, τὸ κράτος λέλυται, καὶ βασιλεύει πάντων ὁ Κύριος, ὡς καὶ αὐτὸς μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφη· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς*. Πρὶν δὲ ἐβασίλευεν ἡμῶν ὁ θάνατος καὶ ἡ ἁμαρτία· *Ἐβασίλευσε* γὰρ *ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωυσέως*, καὶ ἑξῆς· καὶ ὁ Σωτὴρ περὶ τοῦ διαβόλου· *Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐμερίσθη ἡ βασιλεία αὐτοῦ*. Ὥστε ἐβασίλευε πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ, τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Σατανᾶς· ἀλλὰ καὶ ἡ ἁμαρτία. Λέγει γὰρ πάλιν ὁ Παῦλος· *Ὥσπερ γὰρ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσει διὰ Χριστοῦ*. *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσε*· πέπαυται τῆς ἁμαρτίας τὸ κράτος, τοῦ διαβόλου· οὐκοῦν ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἡ φύσις ἡ γηγενὴς, ἡ ποτὲ πλανωμένη, νῦν δὲ δοξαζομένη, ἡ ποτὲ ἐν τάφοις, νῦν δὲ ἐν θρόνοις. »

« Ὅτι, φησὶν, οἰκονομίας ἦν τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἀλλ' οὐκ ἀρεσκείας Θεοῦ καὶ προηγουμένης εὐδοκίας, καὶ τύποι τῶν μελλόντων καὶ σκιαί, ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ πράγματα. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐπ' αὐτῶν ἄλλα μὲν τὰ σχήματα, ἄλλα δὲ τὰ νοήματα. Οἷον· οὐ πάντως Θεὸς ἀναπαύεται ὑακίνθῳ καὶ πορφύρᾳ καὶ κόκκῳ καὶ βύσσῳ· Θεὸς γὰρ ψυχῶν ἀπαιτεῖ καθαρότητα, οὐ σωμάτων ἄνθη καὶ λαμπρότητας· ἀλλ' ἐν ταῖς σωματικαῖς φαιδρότησι τὴν εἰκόνα τῶν ἀρετῶν διαγράφει. Εἰ γὰρ ταῖς στολαῖς ἐκείναις ὡς ἀληθῶς ἀνεπαύετο, πῶς τὸν Μωϋσῆν πρὸ τοῦ Ἀαρὼν οὐκ ἐνέδυσεν, ἀλλ' ἦν ἐκεῖνος οὐκ ἐνεδύσατο, ταύτην τοὺς ἱερέας ἡμφίασε; Καὶ Μωϋσῆς μὲν οὐκ ἐλούσθη ὕδατι, καὶ ἔλουε· διὰ τί; ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἦν ταῦτα προηγούμενα τῷ Θεῷ· ὅτι τῷ τελείῳ πρὸς κόσμον ἀρκεῖ ἡ ἀρετὴ, καὶ ὅτι ταῦτα τύπος ἦν τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' οὐκ ἀρετή. »

« Ὅτι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, φησὶν, ἔφερεν ὁ ἀρχιερεὺς τιάραν, διότι τὸν προχειριζόμενον ἁπάντων κεφαλὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἴδοι, καὶ εἰδέναι ὅτι κεφαλὴν τῶν ἄλλων προβαλλόμενος, καὶ αὐτὸς ὑπὸ κεφαλήν ἐστι τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην καὶ ἐξουσιαστήν· ἀπολελυμένη γὰρ αὐθεντεία καὶ αὐτόνομος ἀφόρητός ἐστι καὶ χαλεπή. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ χάριτι οἱ ἀρχιερατεύειν τελούμενοι, τὸ Εὐαγγέλιον ἐπὶ κεφαλῆς δέχονται, ἵνα μάθῃ ὁ χειροτονούμενος, ὅτι τὴν ἀληθινὴν τοῦ Εὐαγγελίου τιάραν λαμβάνει, καὶ ὅτι εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἱερουργεῖται κεφαλή, ἀλλ' [271] οὖν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τούτους τελεῖ τοὺς νόμους, καὶ τῶν ἄλλων κρατῶν, τῷ νόμῳ κρατεῖται. Ἀλλ' ἡ μὲν τιάρα τὴν ἐξουσίαν ἐτύπου, ἣν τε αὐτὸς εἶχε τοῦ λαοῦ, καὶ ὑφ' ἣν αὐτὸς ἀνεφέρετο τοῦ Θεοῦ. »

« Τὸ δὲ πέταλον τὸ χρυσοῦν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐκεκάλλιπτο τοῦ Θεοῦ, ἐπέκειτο μὲν τῷ στήθει, φυλακῆς δὲ ἐπεῖχε τύπον τῶν ἐν καρδίᾳ κινημάτων, καὶ ὡς δεῖ ταῦτα καταῤῥυθμίζειν τῇ πρὸς τὸ θεῖον νεύσει καὶ καταφορᾷ. Ἐπὶ δὲ τῶν ὤμων σμαράγδου λίθοι δύο, ἔχοντες τὰς ἓξ φυλὰς ἐντεῦθεν, καὶ τὰς ἓξ ἐντεῦθεν· οὗτοι δὲ σύμβολον ἦσαν τῆς ὄψεως τῆς ἀρχιερατικῆς. Ἔχει γὰρ ἡ τῆς σμαράγδου ψῆφος καὶ χλωρότητα εὐπρεπῆ, καὶ καθαρότητα διαυγῆ, κατόπτρου δύναμιν ὑποφαίνουσα. Καὶ γὰρ δεῖ τὸν ἱερέα καὶ ἀσκήσει νήφειν, καὶ τὸν βίον τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὥσπερ κάτοπτρον παρέχειν. Ἐπὶ τῶν ὤμων δὲ ἡ σμάραγδος, ἐπειδὴ τροφέως ἐστι σημεῖον· ἡ γὰρ πρακτικὴ δύναμις τῶν ὤμων ἥρτηται. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς πρὸς τὴν Ἰερουσαλὴμ λέγει· *Θὲς τὴν καρδίαν σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου, θύγατερ ἡτιμωμένη, ὅτι Κύριος κτίζει σε εἰς σωτηρίαν*. Καὶ γὰρ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὤμους εἰς πράξεις ἡ Γραφὴ λαμβάνει· ὡς ὅταν λέγῃ περὶ τοῦ Δαυὶδ· *Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγησεν αὐτούς*. Ἐνῆσαν δὲ τῷ λογίῳ τῷ ἐπὶ τοῦ στήθους καὶ οἱ δώδεκα λίθοι ἐνηρμοσμένοι, τὰς δώδεκα φυλὰς ὑποδηλοῦντες. Καὶ ὅρα· ἄνω μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων μία ἦν φύσις τῶν λίθων ἡ σμάραγδος, κάτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους οἱ δώδεκα· αἰνιττομένου τοῦ λόγου, ὅτι ἄνωθεν μὲν ἐκ μιᾶς ἅπαντες προήλθομεν φύσεως, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διαφόροις γνώμαις ἐμερίσθημεν· καὶ τὸ μὲν δίδωσι τῇ γνώμῃ, τὸ δὲ τῇ φύσει. Ὑπὸ δὲ τὸ κράσπεδον τοῦ ἱερέως τὸ λεγόμενον λῶμα; ἄνθη, ῥόαι, καὶ ῥοΐσκοι χρυσοῖ καὶ κώδωνες ἀπηώρηντο. Καὶ πῶς ἂν εἴη Θεῷ ταῦτα κατὰ πρῶτον λόγον ἀρέσκοντα; Ἀλλ' ἐν τῷ σχήματι τοῦ ἱερέως ἐφῆκεν ἐξεικονίζεσθαι τὰς ἀρετάς· κάτω ἄνθη καὶ καρποὶ, τὰ τῶν ἀρετῶν κατορθώματα, ἅτινά ἐστιν ἐλεημοσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ φιλανθρωπία, καὶ τῶν ἄλλων ὁ σύστοιχος αὐταῖς χορός. »

« *Ὅτι*, φησὶ, *μὴ μετάβαλλε ῥήματα Θεοῦ ζῶντος*. Εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθης· τί ἀναιρεῖς τὰ ὀνόματα τὰ ζῶντα, καὶ εἰσάγεις ὀνόματα λογισμῶν, γέννημα λέγων καὶ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν, ὃν ἀεὶ καὶ μὴ ὂν ἀεί; τούτων ἀνέχεται Θεὸς τῶν ματαίων ῥημάτων; Ἓν ῥῆμα ἵνα μεταβάλῃ, προφήτης ποτὲ ἐκινδύνευσεν ἀπολέσθαι. Καὶ βλέπε ῥήματος μικροῦ ἀκριβολογίαν. Τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν τινες ἐκάλουν ὑπὸ ἀπειρίας λῆμμα Κυρίου. Λέγει ὁ Θεὸς διὰ Ἱερεμίου· *Ἐὰν ἐρωτήσῃ σε ὁ λαὸς, ἢ ὁ ἱερεὺς, ἢ ὁ προφήτης, καὶ εἴπῃ σοι, Τί τὸ λῆμμα; εἰπὲ αὐτοῖς, ὅτι Τὸ λῆμμα Κυρίου ὑμεῖς ἐστε· λήψομαι γὰρ ὑμᾶς [λῆμμα], καὶ ῥάξω ὑμᾶς*, ἵνα μὴ λέγητε λῆμμα. Ἓν ῥῆμα ἵνα μὴ μεταποιηθῇ, ἀπειλεῖ ὁ Θεός· καὶ σὺ ὁλόκληρον δογμάτων ἀκρίβειαν διαστρέφων, νομίζεις διαφυγεῖν τὰς τοῦ Θεοῦ χεῖρας; »

[272] *Ἐκ τοῦ εἰς τὸ*, « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. »

« Ὅτι ἦλθε, φησὶ, παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους πρεσβευτής· ἐσφάγη ὁ πρεσβευτής· καὶ τότε γέγονεν ἡ εἰρήνη. Ἀλλ' οἱ πρέσβεις ἐρχόμενοι, καὶ δῶρα φέρουσι, καὶ δῶρα λαμβάνουσι· ποῖον οὖν ἦκε φέρων δῶρον, καὶ ποῖον ἀντέλαβε; Παράδοξον τὸ δῶρον, ὡς καὶ ὁ πρεσβευτής, παράδοξος· τὸ αἷμα αὐτοῦ φέρων ἦλθε δῶρον, τὸ σῶμα αὐτοῦ φέρων ἦλθε δῶρον. Καὶ τί παρ' ἐμοῦ ἔλαβε δῶρον; Πίστιν. Καὶ τί ἀντ' αὐτῆς μοι παρέσχε; Χάριν. Ἐπίστευσα ἐγὼ, ἐχαρίσατο ἐκεῖνος, ἐλύθη ἡ ἔχθρα. Ὁ πρεσβευτὴς ὅταν ἔλθῃ πρὸς ἔθνος, οὐκ ἀξιοῖ τινι τῶν ἀγοραίων ἢ πενήτων διαλεχθῆναι, ἀλλ' εὐθὺς τῷ βασιλεῖ πρόσεισιν· οὗτος δὲ ὁ πρεσβευτὴς ἦλθε, καὶ εὐθέως πόρνῃ καὶ λῃστῇ καὶ τελώνῃ καὶ μάγοις διελέχθη. Εἶδες πρεσβευτοῦ φιλανθρωπίαν; οὐ γὰρ πρὸς ἕνα καὶ δεύτερον ἦλθεν, ἀλλὰ πρὸς τὴν κοινὴν φύσιν· καὶ ἦλθε τὸ ἐμὸν περιβεβλημένος ἱμάτιον, ἵνα μὴ γυμνῇ τῇ θεότητι παραγενόμενος φοβήσῃ τὴν θήραν. »

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. »

« Ὅτι φασὶν οἱ Ἑλληνισταὶ καὶ τὸ Ἰουδαΐζον· τί κομπάζει Παῦλος λέγων, *Τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα· εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις*; Ἐγὼ γάρ, φησὶ, καινὸν οὐδὲν βλέπω. Οὐ γὰρ ἔχεις ὀφθαλμοὺς, ἵνα ἴδῃς ταῦτα· δεῦρο, καὶ ποιήσω σοι ὀφθαλμούς. Τί ὁρᾷς; καὶ σὺ ποιεῖς ὀφθαλμούς; Ναί. Καὶ δημιουργὸς εἶ; Καὶ πάνυ. Οὐκ ἀπονενόησαι; Οὐχί. Οὐκοῦν ποίησον ὀφθαλμοὺς τοῦ σώματος. Οὐκ, ἀλλὰ τὸ μεῖζον, τῆς διανοίας. Καὶ ποιεῖς μοι ὀφθαλμούς; Μάλιστα. Οὐ γὰρ ἔχω; Οὐχί. Σὺ δὲ ἔχεις; Ναί. Πῶς, εἰπέ μοι; Ὅταν ἀπέλθῃς εἰς ναὸν, καὶ ἴδῃς ἐκεῖ ξόανον γυμνὸν, λίθον ἄφωνον, καὶ εἴπῃς, Οὗτός ὁ Θεός ἐστιν, ἆρα ὀφθαλμοὺς ἔχεις; μὴ γὰρ ὄφελός τι τῶν ἔξωθεν ὀφθαλμῶν, τῶν ἔνδοθεν πεπηρωμένων; Ὁρᾷς, ὅτι χρείαν ἔχεις ἵνα ποιήσω

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σοι ὀφθαλμούς, ὥστε τὸν λίθον σε ἰδεῖν λίθον, καὶ τὸ ξύλον ξύλον; Ὀφθαλμοὺς ἔχεις, ὅταν ἴδῃς ξύλον καὶ προσκυνήσῃς; Ὅταν λαβὼν αὐτὸ ἐγὼ καύσω, ἆρα ἐγεις ὀφθαλμούς, τὸ καιόμενον θεὸν ὀνομάζων; Ὅταν τὰ πάθη θεοποιῇς, ὀφθαλμοὺς ἔχεις; Μεθύει ὁ ἄνθρωπος καὶ περιφέρεται καὶ καταγελᾶται καὶ γίνεται ἀντὶ ἀνθρώπου ἄλογος· σὺ δὲ λέγεις· Ἡ μέθη θεὸς ὁ Διόνυσος, ἡ κλοπὴ θεὸς ὁ Ἑρμῆς. Ὁρᾷς ὅτι χρεία σοι ὀφθαλμῶν; Ὁ νόμος τὰ πάθη κολάζει, καὶ σὺ [273] ταῦτα θεοποιῶν οὐκ αἰσθάνῃ; Εἰ βούλει δὲ, πρόσχες, ὅπως γέγονε πάντα καινά. Κτίσις ἐν τῇ Γραφῇ λέγεται οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ [a], ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· τουτέστιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἐργάσασθαι· κτίζει καὶ ὅταν τὸν πονηρὸν ἄνθρωπον καλὸν ἀπεργάσηται· ἐνταῦθα τὸ κτίζειν πραγμάτων ἐστὶν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή. Καὶ ἄκουσον τοῦ Δαυὶδ λέγοντος. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐκτισμένη, ἐρρυπώθη δὲ τῇ μοιχείᾳ καὶ τῷ φόνῳ καὶ πρὸς φθορὰν κατεφέρετο, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν καὶ λέγει· *Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοί, ὁ Θεός*· οὐχ ὅτι πρότερον οὐκ εἶχε καρδίαν, οὐδὲ περὶ τῆς οὐσίας τῆς καρδίας λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς κοσμούσης αὐτὴν ἀρίστης πολιτείας. Ἰδοὺ τοίνυν κτίσις λέγεται οὐ μόνον ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς οὐσίας διαφθαρείσης εἰς τὸ βέλτιον μεταβολή. Οὕτω κτίζεται σώφρων ἡ πόρνη, οὕτως ἐλεήμων ὁ ἅρπαξ, οὕτω μεταβάλλεται εἰς πρόβατον ὁ λύκος, καὶ ὁ ἱέραξ εἰς περιστεράν. Δύο κτίσεις. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ λουτρὸν κτίσμα λέγεται, τὸ λουτρὸν λέγω τῆς παλιγγενεσίας. *Ἀποδυσάμενοι* γὰρ, φησὶ, *τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδυσάμενοι δὲ τὸν νέον, τὸν ἀναγεννώμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν.* Ὁρᾷς οὖν ὅτι ἐστὶ καινὴ κτίσις; Τί γάρ μοι ὄφελος, ἐὰν γένηται οὐρανὸς καινὸς, καὶ γῆ καινὴ, ἐγὼ δὲ ταῖς ἁμαρτίαις πεπαλαίωμαι; Ὁ οὐρανὸς οἶκός ἐστιν· ἐγὼ δὲ διαιτώμενος ἐν αὐτῷ καὶ νοσῶν. Ἐὰν ἰατρὸς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀῤῥωστοῦντος εἰσέλθῃ, καὶ τοῦ μὲν οὐδεμίαν πρόνοιαν λάβῃ, λευκαίνῃ δὲ τοὺς τοίχους, καὶ χρυσογραφῇ τὸν ὄροφον· οὐκ ἂν εἴπες αὐτῷ, ἄνθρωπε, ἀνάστησον τὸν νοσοῦντα, τί τὴν οἰκίαν καλλωπίζεις; βοήθησον τῷ κειμένῳ. Καὶ ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἐν ᾧ κατακειμένην εὗρε τὴν φύσιν μου καὶ νοσοῦσαν, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν αὐτῆς ἅπαντα δέχεται τὸν ἀγῶνα, καὶ ἀνακαινίζει καὶ διορθοῖ τὴν φύσιν. Τί οὖν τὸν ἰατρὸν μέμφῃ, ὅτι μὴ ταῦτα ποιεῖ· τὸν Χριστὸν δὲ πάλιν ὑπὸ μώμον ποιεῖς, ὅτι ταῦτα ποιεῖ; Οὔτω παρῆλθε τὰ ἀρχαῖα, οὕτω γέγονε τὰ πάντα καινὰ, οὕτω καινὴ κτίσις. Καὶ μυρία ἄν τις τοιαῦτα ἐπισυνάψῃ.

Ἐκ τοῦ μετὰ τὰς Καλάνδας τῇ ἑξῆς· καὶ κατὰ μεθυόντων.

« Ὁ τοίνυν Χριστὸς τὰ ἄπειρα πλήθη ἑστιάσας ἐπὶ τῆς ἐρήμου, οὐκ ἐπὶ σκηνὴν καὶ ὕπνον αὐτοὺς ἐπεμψεν, ἀλλ' ἐπὶ θείων ἀκρόασιν ἐκάλεσε λογίων. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τοσοῦτον ἐθίσωμεν ἑαυτοὺς ἐσθίειν, ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, οὐχ ὅσον διασπᾶσθαι καὶ βαρύνεσθαι. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα καὶ ζῶμεν, ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐσθίομεν, ἵνα ζῶμεν· οὐ τὸ ζῆν διὰ τὸ φαγεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ ζῆν τὸ φαγεῖν γέγονεν ἐξ ἀρχῆς. Ἡμεῖς δὲ ὡς διὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς τὸν κόσμον, οὕτως ἅπαντα εἰς τοῦτο καταναλίσκομεν. »

[274] *Ἐκ τοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου· Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ἵνα μὴ λυπῆσθε ὡς καὶ οἱ λοιποί, » καὶ τὰ ἑξῆς.*

Τί δήποτε, ὅταν μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ διαλέγηται Παῦλος, θάνατον καλεῖ τὸν ἐκείνου θάνατον· ὅταν δὲ περὶ τῆς ἡμετέρας τελευτῆς, κοίμησιν αὐτὴν, καὶ οὐ θάνατον ὀνομάζει; καὶ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τρίτον μνήσθεὶς τῆς τελευτῆς τῶν ἀνθρώπων, οὐδαμοῦ θάνατον λέγει, ἀλλὰ κοίμησιν τὴν ἀναχώρησιν ὀνομάζει. Οὐ γὰρ παρέργως ταύτῃ κέχρηται τῶν λέξεων τῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ σοφόν τι καὶ μέγα κατασκευάζει. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Χριστοῦ θάνατον καλεῖ, ἵνα τὸ πάθος πιστώσηται, ἐπὶ δὲ ἡμῶν κοίμησιν, ἵνα τὴν ὀδύνην παραμυθήσηται. Ἔνθα μὲν γὰρ προεχώρησεν ἡ ἀνάστασις, θαῤῥῶν καλεῖ θάνατον· ἔνθα δὲ ἐν ἐλπίσιν ἔτι μένει, κοίμησιν καλεῖ, καὶ διὰ ταύτης παραμυθούμενος ἡμᾶς τῆς προηγορίας, καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ὑποτείνων ἡμῖν. Ὁ γὰρ κοιμώμενος ἀναστήσεται πάντως, ἐπεὶ καὶ θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ μακροχρόνιος ὕπνος. »

Τοῦ αὐτοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ περὶ μετανοίας.

« Μάννα ἦσθιον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ κρόμυα ἐπεζήτουν· οὕτως αἰσχρὸν ἡ συνήθεια πρᾶγμα, καὶ κάκιστον. Κἂν εἰς δέκα ἡμέρας κατορθώσῃς, κἂν εἰς εἴκοσι, κἂν εἰς τριάκοντα, οὐκ ἀγαπῶ, οὐ χάριν ἔχω, οὐ περιπτύσσομαί σε· μόνον μὴ ἀποκάμῃς, ἀλλ' αἰσχύνου καὶ καταγίνωσκε. Πάλιν διελέχθην περὶ ἀγάπης. Ἤκουσας, ἀπῆλθες, καὶ ἥρπασας; οὐκ ἐπεδείξω διὰ τῶν ἔργων τὸν λόγον; μὴ αἰσχυνθῇς πάλιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Αἰσχύνου ἁμαρτάνων, μὴ αἰσχύνου μετανοῶν. Δύο ταῦτά ἐστιν ἁμαρτία καὶ μετάνοια· τραῦμα μὲν ἡ ἁμαρτία, φάρμακον δὲ ἡ μετάνοια· ἐν τῷ τραύματι σηπεδὼν, ἐν τῷ φαρμάκῳ τῆς σηπεδόνος ὁ καθαρισμός· ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ δνειδος, γέλως· ἐν τῇ μετανοίᾳ ἔπαινος, παῤῥησία, ἐλευθερία. Ἀλλ' ἀντιστρέφει τὴν τάξιν ὁ Σατανᾶς, καὶ δίδωσι τοῖς πειθομένοις αὐτῷ ἐν μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ τὴν παῤῥησίαν, ἐν δὲ τῇ μετανοίᾳ τὴν αἰσχύνην. Σὺ δὲ μὴ πεισθῇς αὐτῷ, ἀλλ' ἐκατέρᾳ πράξει τὸ οἰκεῖον ἀπονέμεσθαι σπούδασον. »

Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας κατὰ Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ.

« Εἰπὲ τὴν ὅρασιν, ἣν εἶδες. Ὁ δὲ λέγει· *Ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.* Ἄλλα ἐπηγγείλω, καὶ ἄλλα λέγεις· ἀρχόμενος εἶπες, *Ὅρασις κατὰ Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ*, καὶ ἀφεὶς τὴν διήγησιν, οὐρανῷ καὶ γῇ διαλέγῃ; ἀφῆκας τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοῖς ἀλόγοις στοιχείοις προσδιαλέγῃ; Ναὶ, φησὶν· ἐπειδὴ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι γεγόνασιν οἱ λογικοί· καὶ οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ διότι [275] μέλλων ὁ Μωϋσῆς εἰσάγειν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ προορῶν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, οὕτω πως φησίν· *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· προσεχέτω ἡ γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου.* Διαμαρτύρομαι ὑμῖν, φησὶν, Ἰουδαῖοι, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι, ἐὰν εἰσέλθητε εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ἐγκαταλίπητε Κύριον τὸν Θεὸν, διασκεδασθήσεσθε εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Ἦλθε τοίνυν Ἡσαΐας, ἔμελλεν ἡ ἀπειλὴ περατοῦσθαι. Οὐκ ἐδύνατο καλέσαι Μωϋσέα τὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐδὲ τοὺς ποτε ἀκηκοότας· λοιπὸν τὰ στοιχεῖα καλεῖ, ἅπερ διαμαρτυρόμενος αὐτοῖς ἐκάλει καὶ ὁ Μωϋσῆς. Καίτοι γε ἐκείνος ἐδύνατο καὶ τὸν Ἀαρὼν καλεῖν εἰς μαρτυρίαν, καὶ πολλοὺς ἄλλους· ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φαίη ἄν· Οὐκ ἐκάλεσα τούτους, ἐπειδήπερ ἔμελλον ἐκεῖνοι τελευτᾶν, καὶ μὴ παρεῖναι μάρτυρες, ἐπειδὰν εἰς παρανομίαν ἐξέκλινεν ὁ Ἰσραήλ· διὸ τὰ μένοντα στοιχεῖα εἰκότως εἰς μαρτυρίαν καλῶ. Οὕτω καὶ Ἡσαΐας ποιεῖ· οὐ διὰ τὰ εἰρημένα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ διαλεχθεὶς τοῖς Ἰουδαίοις, εὗρεν αὐτοὺς μὴ ἀκούοντας αὐτοῦ, ἐπὶ τὰ στοιχεῖα στρέφεται, καὶ μάρτυρας παραλαμβάνει αὐτοῦ. *Ἄκουε, οὐρανέ*· σὺ γὰρ τὸ μάννα ἤνεγκας· *Ἐνωτίζου, γῆ*· σὺ γὰρ τὴν ὀρτυγομήτραν ἔδωκας. *Ἄκουε, οὐρανέ*· σὺ γὰρ τὰ ὑπὲρ φύσιν αὐτοῖς ἐχορήγησας· ἄνω καθ' ὃν τρόπον ἐστερεώθης, ἔμενες, καὶ μίμησιν οὐχ ὑπερεῖδες ἄλωνος. *Ἐνωτίζου, γῆ*· σὺ γὰρ κάτω ἧς, καὶ τράπεζαν αὐτοῖς παρετίθεις αὐτοσχέδιον. Διὰ τοῦτο καὶ ἕτερος προφήτης ὁρῶν τὸν βασιλέα μαινόμενον, τὸ εἴδωλον λατρευόμενον, τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον, τοὺς ἄλλους ἐπτηχότας, πρὸς οὐδένα τούτων ποιεῖται τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποστραφεὶς, *Ἄκουσον*, φησὶν, *θυσιαστήριον, ἄκουσόν μου.* Τί οὖν; λίθῳ διαλέγῃ; Ναὶ, φησίν· ἐπειδὴ λίθου ἀναισθητότερος ὁ βασιλεύς. *Ἄκουσον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει Κύριος.* Καὶ εὐθέως ἐσχίσθη τὸ θυσιαστήριον καὶ ἐῤῥάγη καὶ ἐξέχεε τὴν θυσίαν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐκ ἤκουσεν, ἀλλ' ἐκτείνει τὴν χεῖρα ὁ βασιλεὺς, τὸν προφήτην ἁρπάσαι βουλόμενος. Ὁ

[a] Frustra conjecit προαγωγὴ Bekkerus, siquidem ipsum παράγειν hoc sensu usurpare Patribus solemne est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etiam corruptæ naturæ in melius mutatio. Sic meretrix casta creatur, sic raptor efficitur eleemosynarius, sic mutatur in ovem lupus, in columbam accipiter. Duplex creatio. Ideo et lavacrum creatio dicitur, lavacrum dico regenerationis. *Exuentes* enim, inquit, *veterem hominem, et induentes novum, eum qui regeneratur secundum imaginem ejus qui creavit illum.* Viden' igitur novam esse creaturam? Quid enim mihi prodest, si fiat cœlum novum et terra nova, ego vero in peccatis meis inveterascam? cœlum domus est, ego vero habito in ea ægrotus. Si medicus in domum ægroti intraret, et ejus nullam haberet curam, sed dealbaret parietes et laquearia auro lineret, nonne diceres illi, O homo, ægrotum cura: cur domum exornas? fer auxilium decumbenti. Christus venit in hunc mundum; in quo decumbentem et morbidam invenit naturam meam, et ad illam curandam nullum non suscipit certamen, naturamque renovat et instaurat. Cur ergo medicum reprehendis, quia illa non facit; Christum vero vituperas, quod hæc faciat? Sic vetera transierunt, sic facta sunt omnia nova; sic nova creatura.» Et innumera quis superaddat.

Ex homilia post Kalendas, et contra ebrios (*a*).

« Christus innumeram multitudinem in deserto convivio excipiens, non illos ad tentorium et somnum misit, sed ad divina verba audienda vocavit. Sic et nos faciamus, et tantum edere nos assuefaciamus, quantum ad vitam sit satis, sed non eousque ut cibus nos dirumpat et gravet. Non enim ideo nati sumus et vivimus ut edamus et bibamus, sed ideo edimus ut vivamus; non vita propter cibum, sed cibus propter vitam ab initio factus est. Nos vero quasi in mundum ideo venerimus, sic omnia in eam rem consumimus. »

In dictum Apostoli: Nolumus vos ignorare de dormientibus, fratres, ut non contristemini sicut et cæteri, *etc.* (I *Thess.* IV, 12).

« Quare Paulus, cum de Christo loquitur, mortem ipsius mortem vocat; cum vero de nostra morte verba facit, dormitionem illam et non mortem appellat (*b*)? Nam, in eadem oratione, ter obitus hominum mentionem faciens, nunquam mortem dicit, sed dormitionem obitum vocat. Non enim perfunctorie his usus est verbis Apostolus, sed aliquid magnum et sapiens præparat. In Christo igitur mortem vocat ut passio credatur; in nobis vero dormitionem, ut dolorem mitiget. Ubi enim præcessit resurrectio, fidenter vocat mortem; ubi vero in spe adhuc manet, dormitionem appellat, et per hanc appellationem nos consolatur, bonam nobis spem suggerens. Qui dormit enim, omnino resurget: etenim mors nihil aliud est quam diuturnus somnus. »

Ejusdem Chrysostomi ex homilia de Pœnitentia.

« Manna comedebant Judæi, et cœnas Ægyptias quærebant: adeo turpis res est consuetudo, imo pessima. Licet per decem dies præclare te geras, licet per viginti, licet per triginta, non te diligo, non gratias habeo, non te complector: modo ne te defatigeris, sed pudore suffundaris, teque ipsum damnes. Rursum de caritate disseruimus. Audisti, abiisti, rapuisti? non operibus sermonem exhibuisti; ne te pudeat rursum ingredi in ecclesiam. Erubesce cum peccas, ne erubescas cum pœnitentiam agis. Duo hæc sunt, peccatum et pœnitentia: vulnus est peccatum, pœnitentia vero pharmacum: in vulnere putredo, in pharmaco putredinis mundatio; in peccato probrum et derisio, in pœnitentia laus, fiducia, libertas. Sed ordinem invertit satanas, et sibi obsequentibus dat in peccato licentiam, in pœnitentia probrum. Tu vero ne credas illi, sed utrique actioni quod suum est tribuere cura.»

(*a*) Phot. Bekk., p. 523, a. Oper. Chrys. t. I, col. 974.
(*b*) Oper. Chrys. t. I, col. 1018.

Visio quam vidit Isaias contra Judæam et Jerusalem.

« Dic visionem quam vidisti. Ait ille: *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est* (*Isai.* I, 2). Alia promisisti, et alia loqueris: incipiens dixisti, *Visio contra Judæam et Jerusalem*, et dimissa narratione, cœlum et terram alloqueris? homines relinquis, et cum irrationabilibus elementis loqueris? Etiam, inquit, quia brutis irrationabiliores facti sunt ii qui ratione præditi sunt: nec ideo tantum, sed etiam quia Moyses, ducturus illos in terram promissionis, et prævidens futura, sic dixit: *Audi, cœlum, et loquar: attendat terra verba oris mei* (*Deut.* XXXII, 1). Testor vobis, ait Moyses, o Judæi, cœlum et terram, quia si ingressi in terram promissionis, reliqueritis Dominum Deum, dispergemini in omnes gentes. Venit igitur Isaias, minæ jam in effectum ducendæ erant. Non potuit vocare Moysen jamdiu mortuum, nec eos qui hæc audierant: elementa tandem vocat, quæ etiam Moyses illis in testimonium advocarat. Quanquam ille potuerat Aaronem et alios multos in testimonium vocare: sed ideo, inquiet, illos non vocavi, quia morituri erant, neque testes adfuturi cum Israel prævaricatus sit: ideo elementa semper manentia jure in testimonium voco. Sic et Isaias facit: non solum propter ea quæ diximus, sed etiam quia cum, Judæis locutus, vidit eos sibi non attendere, ad elementa se convertit, et ea ut testes advocat. *Audi, cœlum;* tu enim manna tulisti: *auribus percipe, terra;* tu enim coturnices dedisti. *Audi cœlum;* tu enim ea quæ supra naturam sunt illis præbuisti, superne ut firmatum fuisti, mansisti, et areæ modum non despexisti. *Auribus percipe, terra;* tu enim infra eras, et mensam illis subito apposuisti. Ideo et alius propheta regem insanientem videns, idolum colentem et Deum contumelia afficientem, aliosque stupentes, horum neminem alloquitur, sed conversus ait, *Audi, altare, audi me* (III *Reg.* XIII, 2). Cur lapidem alloqueris? Etiam, inquit, qua rex minus quam lapis sentit. *Audi, altare, hæc dicit Dominus:* et statim divisum et fractum est altare, et effudit hostiam. Homo autem non audivit, sed extendit rex manum, prophetam comprehendere cupiens. Deus vero quid fecit? Manum ejus arefecit. Non arefecit autem manum a principio, ut ille e ruptura lapidis prudentior fieret, Volebat enim eum sine castigatione sapere; sed quia, inquit, lapis discissus est, et tu non emendaris, justam in te iram convertam. »

Ex oratione in prodigum, in pœnitentiam, in lignum scientiæ boni et mali, et in latronem (*a*).

« Justorum agmen non vult Christus in se rapere potestatem creaturarum, sed ea quæ ad œconomiam spectant, Patris providentiæ subjecta esse. Ideo parabola juniorem inducit, qui acceperat paternam hæreditatem, proficiscentem in regionem longinquam (*Luc.* XV, 12). Longitudo autem non stadiis determinatur, sed moribus circumscribitur: nam qui peccat longe removetur a Deo, non loco, sed moribus. Accepta autem paterna substantia, perdidit eam prodige vivendo. Accepit solem, ut illo frueretur, et donum ut Deum adoravit: accepit fontes ad delicias, et donum in deum convertit: ignoravit donantem, et donum supra modum coluit. Eadem est creatura, sed non omnibus eodem modo conspicua. Paterna substantia ille quidem recte usus, hic vero abusus est. Ordo hic et ordo ille est, tametsi diversus. Pius vir cœli pulchritudinem videt, atque ex pulchritudine Creatorem laudat: *Videbo enim cœlos opera digitorum tuorum* (*Psal.* VIII, 4). Vidit impius, et ad Creatorem mentem non convertit, sed pulchritudinem cœli contemplans, creaturam imaginatus est esse deum. Pius non contumelia afficit creaturam, sed ut Domino adorationem reservat: honorat creaturam, sed ut conservam: non auferens cultum Creatori creaturam contemplatur; lau-

(*a*) Phot. Bekk., p. 521, a.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dat artificium, sed artificis gloriam illi non attribuit. Impius vero bene quidem vidit, sed male adoravit, et omnem ordinem subvertit. »

« Sæpe Scriptura diabolum vocat draconem et serpentem tortuosum. Ideo Servator dicit : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones* (*Luc.* X, 19) : et ne reptilia intelligas, adjecit, *Et supra omnem virtutem inimici.* Draco et serpens est diabolus, non ut malitiæ radix, ut Manichæi dicunt, sed ut princeps dæmonum, et auctor lapsus illis effectus. »

Ex hortatorio sermone de Pœnitentia (*a*).

« De eo qui dixit : *Destruam horrea mea, et majora faciam* (*Luc.* XII, 18), sententiam a Deo latam in memoriam revocantes, aperite thesauros vestros, et date eleemosynam. Facite vobis thesauros indeficientes in cœlo, ut Dominus jubet, qui futiles divitias ex fœnore et injustitia collegistis : *Facite vobis amicos de mammona*, ut Dominus imperat; *ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* (*Luc.* XVI, 9). »

Ex homilia in terræ motum, et Lazarum, et divitem (*b*).

« Non cesso dicere, etiamsi nemo audiat. Medicus sum, medicamenta appono : præceptor sum, monere jussus sum. Neminem corrigo? et quid hoc est? At ego mercedem habeo. Verum etiam per hyperbolen dixi : fieri enim nequit ut in tanta multitudine nemo se emendet. Audio, inquit, quotidie, et non facio. Audi, etiamsi non facias : ex auditu enim efficitur ut agatur. Etiamsi non facias, ex peccato pudore afficieris ; etiamsi non facias, mutatur tibi animus; etiamsi non facias, ipsum condemnas quod non facias : seipsum autem incusare, principium est emendationis. Quando dixeris, Hei mihi ! audivi et non facio ; illud Hei mihi, initium est mutationis in melius. »

In illud, Mitte Lazarum, *etc.* (*c*).

« Et ubi nunc sunt pincernæ tui, tapetes, parasiti et adulatores (*Luc.* XVI, 24)? ubi fastus et phantasiæ? Folia erant, et hiems abstulit, omniaque perierunt, somnium erant et ortus est dies, somniumque dissipatum est. Cur autem non Noe, vel Jacobum, sed Isaacum, vel Abrahamum dives vidit? Quare? quia hospitalis erat Abraham, et ejus hospitantas istius inhumanitatis major est accusatio. »

Ex homilia quadam, Non adeo deflendos esse mortuos (*d*).

« Mors solutio est sollicitudinum. Nisi mors esset, nos ipsos devoraremus ; nisi punitionem exspectaremus, nequaquam a malis cessaremus. Vides Domini benignitatem? pœnas ex prævaricatione exspectatas salutis occasionem effecit. Si ergo justus erat qui mortuus est, gaude, quia cum fiducia ad Dominum profectus est : si vero peccator erat, ne lugeas ; id lucratus est, quod peccata peccatis non addere possit. »

In epistola ad Cyriacum episcopum (*e*), quam misit in secundo exsilio, Arsacium perstringit, vocans illum delirum et adulterum : laudatque illos qui ejus communionem aversantur, ut qui propter Deum et injustitiam archiepiscopo suo illatam ab illo declinent : quamquam in aliis videatur hortari ne ab Ecclesia recedant. Postea autem, ut videtur, sententiam mutavit, quoniam ii qui ipsum injuste ejecerant, peractis non contenti, etiam in eos qui ipsi addicti essent, incursiones insidiasque parabant, curabantque illos in exsilium pelli.

Legimus (*f*) Chrysostomi in Genesim Homilias unam et sexaginta, in tria distributas volumina, quorum primum viginti, secundum sexdecim, tertium viginti quinque continebat. Indicatur autem in primo ipsum, cum a principio Quadragesimæ hæc concionari cœpisset, antequam illa finiretur, hos viginti sermones, et alios tres vel quatuor inter sermones in Genesim, necessitate ut videtur ita postulante, populo concionatum fuisse. Observandum autem est, quod etiamsi *sermones* in hoc volumine inscribantur (sic enim inveni in iis quæ legi), *homiliæ* tamen videantur esse, tum aliis de causis, tum etiam quia multis in locis, quasi præsentes videns auditores, sic illos alloquitur, interrogat et respondet et pollicitationibus utitur. Poterat quidem, si alio quam homiliarum more concinnata esset oratio, iisdem figuris et tropis sermonem adornare, non tamen tam frequenter et assidue hoc facere, sed cum attemperatione quadam. Declarat ergo ipse has vere homilias esse. Habuit autem illas ad populum, ut ex ipsis homiliis discimus : sæpe, quotidie ; aliquando, interpositis diebus. Ita se habet primum volumen, in quo sunt viginti homiliæ. Alterum volumen sexdecim sermones complectitur, quorum septem priores adhuc in quadragesima habitos fuisse significat ; ita ut per totam quadragesimam usque ad magnam feriam quartam viginti septem in Genesim sermones habuerit. Reliqui vero novem secundi tomi sermones, et viginti quinque tertii, non statim et continenter post pascha habiti fuere. Post habitam enim in magna feria quarta (majoris hebdomadæ) homiliam quæ est vigesima septima in Genesim, postea concionatus est de sancta cruce, hinc de proditione Judæ, ac deinceps secundum occurrentes dies festos et incidentia argumenta homiliæ dictæ fuerunt. Et post homilias de resurrectione, in Acta frequenter concionatus est, ut ipse initio vigesimi octavi in Genesim sermonis significat ; quem sermonem, ut palam est, et sequentes, longo post tempore habuit. Homiliæ enim in Acta quinquaginta numero sunt : in illis dicendis annum fere integrum insumpsit. Non enim quotidie illas, sed quinque, vel septem, vel pluribus interjectis diebus illas pronuntiavit : quas se habuisse declarat anno tertio archiepiscopatus sui. Homilias vero in Genesim quandonam pronuntiarit, scire non possumus. Cæterum an in vigesimo octavo sermone illarum homiliarum meminerit quas tertio archiepiscopatus sui anno emisit, an aliarum eadem de re, nondum scire potui. Utique cum archiepiscopus esset, has edidit ; nempe viginti septem in quadragesima secundi anni, cæteras vero triginta quatuor anno quarto. Dictio autem illius pro more perspicua et pura, splendida quoque et sponte fluens est, multam sensuum varietatem et exemplorum copiam apte contexens. Tanto tamen inferior est dictio, in humile loquendi genus delapsa, stylo homiliarum in Acta, quanto istæ a commentariis in Apostolum et in Psalmos superantur. Ubique enim in operibus suis puritate, splendore, sagacitate cum suavitate conjuncta atque artificio usus est ; in his maxime commentariis hujusmodi splendet ornamentis, exemplorum ubertate, enthymematum copia, et, ubi opus est, etiam gravitate : atque, ut uno verbo loquar, dictione, constructione, methodo, sententiis, ac reliquo apparatu, has expositiones eximie ornavit.

Ex ipsis porro commentariis in Apostolum internosci potest, quinam ab eo Antiochiæ elaborati fuerint, quia sunt diligentius et accuratius adornati ; et quinam, dum archiepiscopus esset, concinnati fuerint : commentarios autem in Psalmos quandonam fecerit, scitu difficile est : nisi quis fortasse dixerit, vim et præstantiam sermonis miratus, ipsum potius in otio degentem, quam in publicis versantem negotiis, hæc emisisse. Si qua autem dicta, quæ vel interpretatione vel attentiore speculatione egerent, non ita diligenter ab eo explanata fuerint, nihil mirum. Nam ea quidem quæ auditorum captui accommodata erant, vel quæ ad eorum salutem et utilitatem pertinebant, nunquam præterimisit. Quamobrem mirari subit beatissimum

(*a*) Phot. Bekk., p. 524.
(*b*) Oper. Chrys. t. I, col. 1029.
(*c*) Phot. Bekk., p. 525. Oper. Chrys. t. I, col. 1059.
(*d*) *Ibidem.*
(*e*) Vide quæ de hac epistola diximus in Monito, t. III, col. 679.
(*f*) Phot. Bibl. ed. Bekk. cod. 172-174, p. 118, b.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δὲ Θεὸς τί ποιεῖ; Ἐξήρανεν αὐτοῦ τὴν χεῖρα. Οὐ ξηραίνει δὲ αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς τὴν χεῖρα, ἵνα τῷ τοῦ λίθου πάθει σωφρονέστερος γένηται. Ἐβούλετο γὰρ αὐτὸν ἄνευ τῆς εἰς αὐτὸν κολάσεως σωφρονισθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ, φησὶν, ὁ λίθος ἐσχίσθη, καὶ σὺ οὐ διορθώθης, ἐπὶ σὲ τὴν δικαίαν ὀργὴν ἐπιστρέψω. »

Ἐκ τοῦ εἰς τὸν ἄσωτον, καὶ εἰς μετάνοιαν, καὶ εἰς τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ εἰς τὸν λῃστήν.

« Ὅτι τὸ τάγμα τῶν δικαίων οὐ βούλεται εἰς ἑαυτὸ ἁρπάσαι τὴν ἐξουσίαν τῶν κτισμάτων, ἀλλ' ὑπὲρ τὴν τοῦ Πατρὸς πρόνοιαν θέλει κεῖσθαι τὰ τῆς οἰκονομίας. Διὸ καὶ ἡ παραβολὴ τὸν νεώτερον εἰσάγει λαβόντα τὴν πατρικὴν οὐσίαν, εἰς χώραν ἀποδημῆσαι μακράν. Τὸ δὲ μῆκος οὐ σταδίοις διετείνετο, ἀλλὰ τρόποις ἐξετοπίζετο· καὶ γὰρ ὁ ἁμαρτάνων μακρὰν γίνεται Θεοῦ, οὐ τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ. Λαβὼν δὲ τὴν [276] οὐσίαν τὴν πατρικὴν, ἀπώλεσεν αὐτὴν ἀπώτως ζῶν. Ἔλαβεν ἥλιον εἰς ἀπόλαυσιν, καὶ τὸ δῶρον ὡς Θεὸν προσεκύνησεν· ἔλαβε πηγὰς εἰς τρυφὴν, καὶ τὸ δῶρον ἐθεοποίησεν· ἠγνόησε τὸν χαρισάμενον, καὶ τὸ χάρισμα ὑπερεδόξασεν. Ἡ αὐτὴ κτίσις, ἀλλ' οὐ πᾶσιν ὁμοίως ὁρωμένη. Πατρικὴ ἡ οὐσία· ἀλλ' ὁ μὲν καλῶς αὐτῇ, ὁ δὲ κακῶς ἀπεχρήσατο. Τάγμα τοῦτο κἀκεῖνο, εἰ καὶ διάφορον· ὁ εὐσεβὴς τὸ κάλλος ὁρᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ κάλλους τὸν Δημιουργὸν ἀνυμνεῖ· *Ὄψομαι γὰρ*, φησὶ, *τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου.* Εἶδεν ὁ ἀσεβὴς, καὶ πρὸς μὲν τὸν Κτίστην τὴν διάνοιαν οὐ διεβίβασεν, ἐναπομείνας δὲ τῷ κάλλει τοῦ οὐρανοῦ, θεὸν ἐφαντάσθη τὸ δημιούργημα. Ὁ εὐσεβὴς οὐχ ὑβρίζει τὴν κτίσιν, ἀλλὰ τῷ Δεσπότῃ τὴν προσκύνησιν ταμιεύεται· τιμᾷ τὴν κτίσιν, ἀλλ' ὡς ὁμόδουλον, οὐκ ἀφαιρῶν δὲ τὸ σέβας τοῦ Κτίσαντος, περιάπτει τῷ κτίσματι· ἐπαινεῖ τὸ φιλοτέχνημα, ἀλλ' οὐχὶ τὴν τοῦ τεχνίτου δόξαν εἰς ἐκεῖνο περιίστησιν. Ὁ δὲ δυσσεβὴς καλῶς μὲν εἶδε, κακῶς δὲ προσεκύνησε, καὶ πᾶσαν τὴν τάξιν ἀνέτρεψεν. »

« Ὅτι δράκοντα πολλάκις ἡ Γραφὴ καλεῖ τὸν διάβολον καὶ ὄφιν σκολιόν. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν, *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων*· καὶ ἵνα μὴ τὰ ἕρποντα ὑπολάβῃς, ἐπήγαγε· *Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.* Δράκων καὶ ὄφις; ὁ διάβολος, οὐχ ὡς ῥίζα κακίας, ὥς φασιν οἱ Μανιχαῖοι, ἀλλ' ὡς κατάρχων τῶν δαιμονίων, καὶ ἀρχηγὸς αὐτοῖς τῆς ἐκπτώσεως γεγονώς. »

Ἐκ τοῦ παραινετικοῦ λόγου τοῦ περὶ μετανοίας.

« Τοῦ εἰπόντος· *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω*· τούτου τὴν ἐκ Θεοῦ ἐπενεχθεῖσαν ἀπόφασιν εἰς μνήμην ἄνθρωποι λαβόντες, ἀνοίξατε τοὺς θησαυροὺς ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην. Ποιήσατε ἑαυτοῖς θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τῷ οὐρανῷ, καθὼς προστάσσει ὁ Κύριος, οἱ τὸν ἐμπαίκτην πλοῦτον ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας συλλέξαντες· *Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ*, καθὼς ὁ Δεσπότης παρακελεύεται, *ἵν', ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.* »

Ἐκ τοῦ εἰς τὸν σεισμὸν, καὶ εἰς τὸν Λάζαρον καὶ τὸν πλούσιον.

« Οὐ παύομαι λέγων ἐγὼ, κἂν μηδεὶς ὁ ἀκούων ᾖ. Ἰατρός εἰμι, τὰ φάρμακα ἐπιτίθημι· διδάσκαλος εἰμι, παραινεῖν ἐκελεύσθην. Οὐδένα διορθοῦμαι; καὶ τί τοῦτο; ἀλλ' ἐγὼ τὸν μισθὸν ἔχω. Καὶ τοῦτο καθ' ὑπερβολὴν εἶπον· ἀμήχανον γὰρ ἐν τοσούτῳ πλήθει μὴ διορθωθῆναί τινα. Ἀκούω, φησὶ, καθ' ἡμέραν, καὶ οὐ ποιῶ. Ἄκουε, κἂν μὴ ποιῇς· ἐκ γὰρ τοῦ ἀκούειν καὶ τὸ πράττειν περιγίνεται· κἂν μὴ ποιῇς, αἰσχύνῃ ἐπὶ [277] τῇ ἁμαρτίᾳ· κἂν μὴ ποιῇς, μεταβάλλῃ τὴν γνώμην· κἂν μὴ ποιῇς, καταδικάζεις σεαυτὸν, ὅτι οὐ ποιεῖς· τὸ δὲ κατηγορεῖν ἑαυτοῦ, ἀρχὴ διορθώσεως. Ὅταν εἴπῃς Οἴμοι, ἤκουσα καὶ οὐ ποιῶ, τὸ, οἴμοι, *προοίμιόν* ἐστι τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολῆς. »

Εἰς τὸ, Πέμψον Λάζαρον, *καὶ τὰ ἑξῆς.*

« Καὶ ποῦ [a] νῦν οἱ οἰνοχόοι σου, οἱ τάπητες, οἱ παράσιτοι, οἱ κόλακες; ποῦ ὁ τῦφος, ποῦ ἡ φαντασία; Φύλλα ἦν, καὶ χειμὼν κατέλαβε, καὶ πάντα ἀπώλετο· ὄναρ ἦν, καὶ ἡμέρα γέγονε, καὶ τὸ ὄναρ διαλέλυται. Διὰ τί δὲ οὐ τὸν Νῶε, ἢ τὸν Ἰακὼβ, ἢ τὸν Ἰσαὰκ, ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ ὁ πλούσιος ὁρᾷ; Διὰ τί; ἐπειδὴ φιλόξενος ἦν ὁ Ἀβραὰμ, καὶ τῆς ἀπανθρωπίας τούτου μείζων γίνεται κατηγορία ἡ ἐκείνου φιλοξενία. »

Ἐκ τοῦ εἰς τὸ μὴ οὕτω σφοδρῶς θρηνεῖν τοὺς τελευτῶντας.

« Θάνατος μεριμνῶν λύσις. Εἰ μὴ θάνατος ἦν, ἑαυτοὺς ἂν κατησθίομεν· εἰ μὴ κόλασις ἐξεδεχόμεθα, οὐδαμῶς τῶν κακῶν ἐπαυόμεθα. Εἶδες Δεσπότου φιλανθρωπίαν; τὸ ἐκ παραβάσεως ἐπιτίμιον ἀφορμὴν σωτηρίας ἀπειργάσατο. Εἰ μὲν οὖν δίκαιός ἐστιν ὁ ἀποθανὼν, χαῖρε, διότι θαῤῥῶν πρὸς τὸν Δεσπότην πορεύεται· εἰ δὲ ἁμαρτωλὸς, μὴ λυποῦ· ἐκέρδησεν οἷς τὴν προσθήκην τῶν ἁμαρτημάτων ἀφῄρηται. »

Ὅτι ἐν τῇ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Κυριακὸν ἐπιστολῇ, ἣν ἀπὸ τῆς δευτέρας ἐξέπεμψεν ἐξορίας, καθάπτεται μὲν τοῦ Ἀρσακίου, λῆρον αὐτὸν καὶ μοιχὸν καλῶν· ἐπαινεῖ δὲ τοὺς ἀποστρεφομένους τὴν αὐτοῦ κοινωνίαν, ὡς διὰ Θεὸν καὶ τὸ εἰς τὸν ἀρχιερέα αὐτῶν ἀδίκημα τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν ποιουμένους· καίτοι γε ἐν ἄλλοις φαίνεται παραινῶν μὴ ἀφίστασθαι ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Εἰς τοῦτο δὲ ὕστερον, ὡς ἔοικε, μετέστη, ἐπειδὴ καὶ οἱ τοῦτον ἀδίκως ἐκβάλοντες, οὐχ οἷς ἔπραξαν ἔστερξαν, ἀλλὰ καὶ καταδρομὰς καὶ ἐπιβουλὰς κατὰ τῶν αὐτῷ προσανακειμένων καὶ ὑπεροπλίας ἐπαλαμήσαντο.

Ἀνεγνώσθησαν τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλίαι εἰς τὴν Γένεσιν ξ' καὶ μία ἐν τεύχεσι τρισίν· ὧν τὸ μὲν πρῶτον ὁμιλίας περιεῖχεν κ', τὸ δεύτερον δὲ δεκαὲξ, καὶ τὸ τρίτον κε'. Ἐμφαίνεται δὲ ἐν τῷ πρώτῳ, ὡς ἀπ' ἀρχῆς τῆς Τεσσαρακοστῆς ἀρξάμενος ὁμιλεῖν, μήπω συναπαρτισθείσης αὐτῇς, τοὺς τε κ' λόγους τούτους, καὶ ἄλλους τινὰς τρεῖς ἢ τέσσαρες, μεταξὺ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν λόγων, χρείας (ὡς εἰκὸς) παρεμπεσούσης, τῷ λαῷ προσωμίλησεν. Ἔνεστι δὲ συνιδεῖν, ὡς εἰ καὶ [278] λόγοι, ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν τὸ βιβλίον (οὕτω γὰρ εὗρον ἐν οἷς ἀνέγνων), ἀλλὰ μᾶλλον ἐοίκασιν ὁμιλίαις, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι ἐν πολλοῖς πολλάκις ὡς παρόντας ὁρῶν τοὺς ἀκροατὰς, οὕτω πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνεται καὶ ἐρωτᾷ καὶ ἀποκρίνεται καὶ ὑπισχνεῖται, δυναμένου μὲν καὶ ἄλλως ἔχοντος τοῦ λόγου, καὶ οὐ καθ' ὁμιλίαν, τὰ τοιαῦτα σχηματίζειν καὶ ἐνδείκνυσθαι, οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ συνεχῶς καὶ ἐπιμόνως τοῦτο ποιεῖν, καὶ οὐχὶ σὺν οἰκονομίᾳ τινὶ, παρίστησιν ὁμιλίας αὐτοὺς εἶναι. Ὡμίλει δὲ ταύτας τῷ πλήθει, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ αὐτῶν τούτων, πολλάκις μὲν καθ' ἑκάστην, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμέραν. Οὕτω μὲν τὸ πρῶτον βιβλίον,, ἐν ᾧ αἱ εἴκοσιν ὁμιλίαι. Τὸ δ' ἕτερον βιβλίον ἔχον ἑκκαίδεκα λόγους, τοὺς μὲν πρώτους ἑπτὰ ἔτι τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνισταμένης ὑπεδήλου καθομιληθῆναι· ὡς εἶναι τοὺς δι' ὅλης αὐτῷ τῆς,Τεσσαρακοστῆς μέχρι τῆς μεγάλης τετράδος τῶν εἰς τὴν γένεσιν λόγους κζ'. Οἱ δὲ ὑπόλοιποι λόγοι ἐννέα τοῦ ἑτέρου βιβλίου καὶ οἱ λοιποὶ κε' τοῦ τρίτου οὐκ εὐθὺς ὡμιλήθησαν, οὐδὲ συνεχῶς μετὰ τὸ Πάσχα. Μετὰ γὰρ τὴν ἐν τῇ μεγάλῃ τετράδι ὁμιλίαν, ἧτις ἦν τῶν εἰς τὴν γένεσιν κζ, ὡμίληται αὐτῷ τῇ ἑφεξῆς εἰς τὸν σταυρὸν, εἶτα εἰς τὴν προδοσίαν, καὶ λοιπὸν ἑφεξῆς κατὰ τὰς ἀνακυπτούσας τῶν ἡμερῶν πανηγύρεις τε καὶ ὑποθέσεις ἀναλόγως αἱ ὁμιλίαι ἐγένοντο. Καὶ μετὰ τὰς περὶ ἀναστάσεως ὁμιλίας, ὡμίλησεν εἰς τὰς Πράξεις συνεχῶς, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἀρχόμενος τοῦ εἰκοστοῦ ὀγδόου λόγου τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐπισημαίνεται· ὃν, ὡς δῆλον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μετὰ πολὺν χρόνον προσωμίλησεν. Αἱ γὰρ εἰς τὰς Πράξεις ὁμιλίαι πεντήκοντα μέν εἰσι, σχεδὸν δὲ δι' ὅλου αὐτῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐρρήθησαν· οὐ γὰρ καθ' ἡμέραν ταύτας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πέντε καὶ ὑπὲρ ἑπτὰ καὶ πλείω καθωμίλει. Ἂς δῆλον αὐτὸς ποιεῖ, ὅτι ἀρχιερατεύων κατὰ τὸ τρίτον ἔτος ὡμίλησε. Τὰς δὲ εἰς τὴν Γένεσιν οὐκ ἔσχομεν γνῶναι, ὁπότε ὁμιλήσειε· πλὴν εἰ ἐκείνων μέμνηται τῶν ὁμιλιῶν ἐν τῷ κη' λόγῳ ὁμιλῆσαι, ἃς διὰ τοῦ τρίτου ἔτους τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ ἐξειργάσατο, ἀλλὰ μὴ ἑτέρων τινῶν παρὰ ταύτας (οὔπω γὰρ τοῦτο ἔγνων). δῆλον ὅτι καὶ ταύτας ἀρχιερατεύων κατεσκεύασε, τὰς μὲν κζ' τῇ Τεσσαρακοστῇ τοῦ δευτέρου ἔτους,

[a] Bekkerus : Πέμψον Λάζαρον, καὶ ἑξῆς. Καὶ ποῦ, ita ut hæc verba ad præcedentem orationem pertineant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰς δὲ λοιπὰς, λδ' ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει. Ἡ δὲ φράσις αὐτοῦ μετὰ τῆς συνήθους σαφηνείας καὶ καθαρότητος καὶ τὸ λαμπρὸν καὶ εὔρουν ἐνδείκνυται, τὸ πολύχουν τῶν νοημάτων, καὶ τὴν τῶν παραδειγμάτων προσφυεστάτην εὐπορίαν συνυποφαίνουσα. Ἠλάττωται δὲ ὅμως τῆς ἐν ταῖς Πράξεσι φράσεως ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀπενηνεγμένη, ὅσον τῶν εἰς τὸν Ἀπόστολον ἑρμηνειῶν καὶ ἔτι τῶν εἰς τὸν ψαλτῆρα ὑπομνημάτων ἡ ἐν ταῖς Πράξεσιν ὑπολείπεται. Παντα χοῦ γὰρ τοῖς λόγοις αὐτοῦ τὸ καθαρὸν καὶ λαμπρὸν καὶ εὐκρινὲς μετὰ τοῦ ἡδέος τεχνουργῶν, [279] τούτοις τε ἐνταῦθα μάλιστα διαπρέπει, καὶ τῇ τῶν παραδειγμάτων εὐπορίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων ἀφθονίᾳ καὶ, εἴ που δέοι, καὶ δεινότητι· καὶ ἁπλῶς, ἓν τε λέξει, καὶ συνθήκῃ, καὶ μεθόδῳ, καὶ νοήμασι, καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ, ἄριστα τάσδε τὰς συγγραφὰς ὑπεστήσατο.

Ἀλλὰ τὰς μὲν εἰς τὸν Ἀπόστολον ἔστιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιγνῶναι, ποῖαί τε αὐτῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντι ἐξεπονήθησαν, αἳ καὶ μᾶλλον διηκρίβωνται, καὶ ποῖαι ἀρχιερατεύοντι ἐποιήθησαν· τὰς δὲ εἰς τοὺς Ψαλμοὺς οὔπω ἔσχομεν ὅσον καθ' ἱστορίαν γνῶναι· πλὴν εἴ τις τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τοῦ λόγου θαυμάζων, σχολάζοντα αὐτὸν μᾶλλον, ἀλλ' οὐ πράγμασι κοινοῖς ἐντρεφόμενον, ταύτας φαίη ἐξεργάσασθαι. Εἰ δέ τινα τῶν ῥητῶν, ἢ ἑρμηνείας, ἢ βραδυτέρας θεωρίας δεόμενα, οὐκ ἐπιμελῶς ἐπεξῆλθεν, οὐ δεῖ θαυμάζειν. Ὅσα γὰρ ἡ τῶν ἀκροατῶν ἐχώρει δύναμις, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων συνέτεινε σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν, οὐδὲν οὐδαμοῦ παρῆκε. Διό μοι καὶ ἀεὶ θαυμάζειν ἔπεισι τὸν τρισμακάριστον ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὅτι ἀεὶ καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς λόγοις τοῦτο σκοπὸν ἐποιεῖτο, τὴν ὠφέλειαν τῶν ἀκροατῶν· τῶν δ' ἄλλων ἢ οὐδ' ὅλως ἐφρόντιζεν, ἢ ὡς ἐλάχιστον. Ἀλλὰ καὶ τοῦ δόξαι λαθεῖν αὐτὸν ἔνια τῶν νοημάτων, καὶ τοῦ πρὸς τὰ βαθύτερα μὴ πειρᾶσθαι παρεισδύνειν, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀκροωμένων ὠφελείας παντάπασιν ὠλιγώρει.

Ἀνεγνώσθη τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον.

Ἦλθεν εἰς τὴν Ἀντιόχου πάλιν ὁ Παῦλος, καὶ τοσοῦτον πλῆθος πιστῶν ἐγεώργησεν, ὡς προσηγορίαν τὴν τῶν Χριστιανῶν τότε πρῶτον ἐν αὐτῇ ἀνθῆσαι. Ταύτην τοίνυν ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὴν ἀφορμὴν λαβὼν ὁ πνευματικὸς ἡμῶν ῥήτωρ, τὴν οἰκείαν παρεισάγει διδασκαλίαν, ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου γραμμάτων πιστούμενος τὴν ἀλήθειαν. Βωμὸν ἀνεστήσατε διὰ τῆς ἐπιγραφῆς, Ὃς ἔστι Θεὸς ἕτερος ἀγνοούμενος· τοῦτον ἥκω κηρύττων ἐγώ. Ὦ παραδόξων πραγμάτων· τὸν βωμὸν τοῦ διαβόλου συνήγορον πεποιήκατε τοῦ Χριστοῦ· τὸ τῆς πλάνης ἐπίγραμμα ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐφθέγγετο· ἡ στήλη τῆς ἀπάτης ἐστηλίτευσε τὴν ἀπάτην. Ἐπειδὴ τα τῶν προφητῶν Ἀθηναίοις ἦν δυσπαράδεκτα, ὁ βωμὸς καὶ τὰ γράμματα τῶν δαιμόνων τῇ σοφίᾳ Παύλου ἐκήρυσσε τὴν εὐσέβειαν. Εἱστήκει θρηνῶν ὁ διάβολος, ὁρῶν αὐτοῦ τὰ σοφίσματα ὑπὲρ Χριστοῦ ῥητορεύοντα· ἐπένθει βλέπων τὸν αὐτοῦ ἀριστέα Παῦλον κατ' αὐτοῦ στρατηγοῦντα, καὶ τοῖς οἰκείοις ὅπλοις αὐτὸν καταβάλλοντα. »

Ἀνεγνώσθη τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιγραφὴν ἔχον, *Σχόλιον εἰς τὸν θάνατον*, λόγοι μικροὶ εἴκοσι δύο, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ παραπλήσιοι εἰς τὴν Ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου κδ', καὶ ἔτι εἰς τὴν Πεντηκοστὴν ὡσαύτως λόγοι ιζ'.

Σύνοδος κατὰ Ἰωάννου τοῦ ἁγίου ἀδίκως συναχθεῖσα.

[280] Ἀνεγνώσθη συνόδου τῆς παρανόμως κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου συγκροτηθείσης. Ἐν ᾗ ὑπῆρχον κατάρχοντες Θεόφιλός τε ὁ Ἀλεξανδρείας, Ἀκάκιος ὁ Βερροίας, Ἀντίοχος ὁ Πτολεμαΐδος, καὶ ὁ Σεβηριανὸς Γαβάλων, καὶ Κυρῖνος ὁ Καλχηδόνος, οἱ τὰ μάλιστα δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὸν ἄνδρα· οἳ ἅμα πάντα καὶ κριταὶ καὶ κατήγοροι καὶ μάρτυρες ἦσαν. Ἐν ὑπομνήμασι δὲ ταῦτα ἐπράχθη δέκα πρὸς τοῖς τρισίν· ἀλλὰ τὰ μὲν δύο καὶ δέκα κατὰ τοῦ ἁγίου, τὸ δὲ τρὶς καὶ δέκατον περιέχει τὰ κατὰ Ἡρακλείδου, τοῦ εἰς Ἔφεσον ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντος· οὗπερ οὐδὲ τὴν καθαίρεσιν ἴσχυσαν τελειῶσαι, ἑτέρων τινῶν κωλυσάντων. Ὁ δὲ κατήγορος Ἡρακλείδου, τῆς Μαγνητῶν πόλεως ἐπίσκοπος ἦν ὀνόματι Μακάριος· ὁ δὲ μακαρίου Ἰωάννου προφανὴς ἐχθρὸς καὶ πρῶτος κατήγορος Ἰωάννης ὁ διάκονος αὐτοῦ ἦν. Κατηγόρει δὲ τοῦ Χρυσοστόμου, ὅτι τε αὐτὸν ἠδίκησεν ἀφορίσας αὐτὸν, διότι τὸν οἰκεῖον παῖδα Εὐλάλιον ἔτυψε· δεύτερον δὲ, ὅτι Ἰωάννης τις μοναχὸς ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ Χρυσοστόμου ἐτυπτήθη, ὡς φησι, καὶ ἐσύρη, καὶ μετὰ τῶν δαιμονιώντων ἐσιδηροφόρησε· τρίτον, ὅτι τὰ κειμήλια πλῆθος πολὺ διέπρασε· τέταρτον, ὅτι τὰ μάρμαρα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, ἃ Νεκτάριος εἰς μαρμάρωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐναπέθετο, οὗτος διέπρασε· πέμπτον, ὅτι τοὺς κληρικοὺς ἀτίμους καὶ διεφθαρμένους καὶ αὐτοπαραχρήτους καὶ τριωβολιμαίους ὑβρίζει· ἕκτον, ὅτι τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον λῆρον ἐκάλει καὶ δαιμονιάριον· ἕβδομον, ὅτι κατὰ Σεβηριανοῦ συσκευὴν ἐποιήσατο, κινήσας κατ' αὐτοῦ τοὺς δεκανούς· ὄγδοον, ὅτι καὶ κατὰ τοῦ κλήρου συκοφαντικὸν βιβλίον κατεσκεύασεν· ἔνατον, ὅτι συγκροτήσας συνέδριον παντὸς τοῦ κλήρου, ἔστησε τρεῖς διακόνους, Ἀκάκιον, Ἐδάφιον, Ἰωάννην, κατηγορήσας ὡς τὸ μαφόριον αὐτοῦ κλέψαντας, λέγων, μὴ καὶ εἰς ἄλλο τι αὐτὸ ἔλαβον· δέκατον, ὅτι Ἀντώνιον ἐλεγχθέντα τυμβωρύχον ἐχειροτόνησεν ἐπίσκοπον· ἑνδέκατον, ὅτι Ἰωάννην τὸν κόμητα ἐν τῇ στάσει τῶν στρατιωτῶν αὐτὸς κατεμήνυσε· δωδέκατον, ὅτι οὔτε προῖών εὔξατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὔτε εἰσιών· τρισκαιδέκατον, ὅτι ἄνευ θυσιαστηρίου χειροτονίας διακόνων καὶ πρεσβυτέρων ἐποίησε· τεσσαρεσκαιδέκατον, ὅτι ἐν μιᾷ χειροτονίᾳ τέσσαρας ἐπισκόπους ἐποίησε· πεντεκαιδέκατον, ὅτι δέχεται γυναῖκας μονοπρόσωπα, πάντας ἐκβάλλων ἔξω· ἐκκαιδέκατον, ὅτι τὴν κληρονομίαν τὴν ἀπὸ Θέκλας καταλειφθεῖσαν πέπρακε διὰ Θεοδούλου· ἑπτακαιδέκατον, ὅτι τὰ προσόδια τῆς ἐκκλησίας οὐδεὶς οἶδε ποῦ ἀπῆλθεν· ὀκτωκαιδέκατον, ὅτι Σαραπίωνα ὑπὸ ἔγκλημα ὄντα πρεσβύτερον ἐχειροτόνησεν· ἐννεακαιδέκατον, ὅτι τοὺς κοινωνικοὺς τῆς [281] οἰκουμένης κατὰ γνώμην αὐτοῦ ἐγκλεισθέντας καὶ τελευτήσαντας ἐν τῇ φυλακῇ ὑπερεῖδε, καὶ οὐδὲ προπέμψαι τὰ σκηνώματα αὐτῶν κατηξίωσεν· εἰκοστὸν, ὅτι τὸν ἁγιώτατον Ἀκάκιον ὕβρισε, καὶ οὔτε λόγων μετέδωκεν αὐτῷ· εἰκοστὸν πρῶτον, ὅτι Πορφύριον τὸν πρεσβύτερον παρέδωκεν Εὐτροπίῳ ἐξορισθῆναι· εἰκοστὸν δεύτερον, ὅτι καὶ Βενέριον πρεσβύτερον παρέδωκε μεθ' ὕβρεως πολλῆς· εἰκοστὸν τρίτον, ὅτι αὐτῷ μόνῳ λουτρὸν ὑποκαίεται, καὶ μετὰ τὸ λούσασθαι αὐτὸν Σαραπίων ἀποκλείει τὴν ἔμβασιν, ὥστε ἄλλον τινὰ μὴ λούεσθαι· εἰκοστὸν τέταρτον, ὅτι πολλοὺς ἁμαρτύρως ἐχειροτόνησεν· εἰκοστὸν πέμπτον, ὅτι μόνος ἐσθίει, ἀσώτως ζῶν Κυκλώπων βίον· εἰκοστὸν ἕκτον, ὅτι αὐτὸς κατηγορεῖ, αὐτὸς μαρτυρεῖ, αὐτὸς ἀποφαίνεται (καὶ δῆλον ἐκ τῶν περὶ Μαρτύριον τὸν πρωτοδιάκονον καὶ ἐκ τῶν περὶ Πρωαιρέσιόν φασι τὸν Λυκίας ἐπίσκοπον)· εἰκοστὸν ἕβδομον, ὅτι γρόνθον ἔδωκε Μέμνονι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ ῥέοντος τοῦ αἵματος ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, προσήνεγκε τὰ μυστήρια· εἰκοστὸν ὄγδοον, ὅτι ἐν θρόνῳ ἀποδύεται καὶ ἐνδύεται καὶ πάστιλον τρώγει· εἰκοστὸν ἔνατον, ὅτι καὶ χρήματα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονουμένοις ἐπισκόποις δίδωσιν, ἵνα δι' αὐτῶν καταπονῇ τοῦ κλήρου. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τοῦ ἁγίου κεφάλαια ταῦτα. Ἐκεῖνος δὲ τέταρτον προσκληθεὶς, οὐ παρεγένετο, δηλοποιήσας τοῖς προσκαλουμένοις, ὅτι Εἴ τοὺς προφανεῖς ἐχθροὺς ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν κρινόντων παραστέλλετε, ἑτοιμός εἰμι καὶ παραγενέσθαι καὶ ἀπολογεῖσθαι, εἴ τίς τί μου κατηγορεῖ· εἰ δὲ τοῦτο ποιεῖν οὐ βούλεσθε, ὁσάκις ἂν ἀποστείλητε, οὐδὲν πλέον ἀνυσθήσεται. Ἐξήτασαν δὲ, ὡς ἐνόμισαν, ἐκ τῶν κεφαλαίων τούτων τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον. Εἶτα ἤρξαντο περὶ Ἡρακλείδου καὶ Παλλαδίου τοῦ Ἑλενουπόλεως των ἐπισκόπων ἐξετάζειν· καὶ ἐπέδωκε λίβελλον πάλιν ὁ μοναχὸς Ἰωάννης (οὗ ὁ διάκονος Ἰωάννης ἐν ταῖς κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου κατηγορίαις ἐμνήσθη) ἐγκαλῶν κατὰ Ἡρακλείδου, ὅτι Ὠριγενιαστής ἐστι, καὶ ὅτι κλέπτης ἐφωράθη ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, ἱμάτια τοῦ διακόνου Ἀκυλίνου κλέπιων· καὶ ὅτι αὐ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illum virum, quod semper in omnibus sermonibus suis hunc sibi scopum proponeret : auditorum nempe utilitatem ; cætera autem vel non curaret, vel levissime attingeret. Sed et auditorum utilitati solum advigilans, illud contempsit ; ita ut alicui, ipsum vel sensus quosdam ignorasse, vel ad profundiora quædam penetrare refugisse, vel id genus alia præteriisse, videri posset.

Lectum est ex Chrysostomi orationibus in aulum (*a*).

Venit Antiochiam Paulus, et tantam fidelium stirpem edidit, ut Christianorum nomen Antiochiæ primum efflorverit. Ex hac itaque altaris inscriptione arrepta dicendi occasione, spiritualis orator noster suam profert doctrinam, ex diaboli litteris veritatem confirmans. « Aram posuistis cum inscriptione dicente, Deum esse alium ignotum : hunc ego prædicatum venio. O res admirandas ! aram diaboli Christum annuntiantem effecistis : inscriptio erronea pro veritate loquitur : fraudis cippus ipsam fraudem detexit. Cum prophetarum oracula Atheniensibus captu difficilia essent, ara et inscriptio dæmonum per Pauli sapientiam pium cultum prædicavit. Stabat lugens diabolus, videns argutias suas pro Christo perorantes : ingemiscebat videns Paulum propugnatorem olim suum, contra se certantem propriisque armis se prosternentem. »

Legimus (*a*) Chrysostomi nomine inscriptum librum *Scholium in mortem*, breves sermones viginti duo : et in eodem libro similes viginti duo in ascensionem Domini, similiterque in Pentecosten sermones septemdecim.

(*a*) Ed. Bekk., Cod. 270, p. 498, b.

(*a*) Cod. 23.

SYNODUS ADVERSUS SANCTUM JOANNEM INIQUE COLLECTA (*a*).

Lecta sunt acta synodi quæ adversus sanctum Joannem Chrysostomum inique collecta fuit. In qua præsides adfuerunt Theophilus Alexandriæ, Acacius Berrhœæ, Antiochus Ptolemaidis, Severianus Gabalorum et Cyrinus Chalcedonis, qui infesto in illum animo cum essent, simul omnia, et judices et accusatores et testes erant. Tredecim hæc actionibus peracta sunt : duodecim nempe contra sanctum virum, decima tertia vero contra Heraclidem, quem sanctus vir Ephesi episcopum ordinaverat : hujus tamen depositionem validam reddere, aliis prohibentibus, non potuerunt. Heraclidis accusator Macarius quidam fuit, Magnetum episcopus : beati vero Joannis (Chrysostomi) palam hostis primusque accusator Joannes, ejus diaconus. Accusabat autem Chrysostomum : primo, quod se ejecisset, quia domesticum suum Eulalium puerum percusserat : secundo, quod Joannes quidam monachus, jubente Chrysostomo, verberatus fuisset, ut aiebat, ac raptatus, ferreaque catena dæmoniacorum instar constrictus : tertio, quod pretiosæ supellectilis magnam vim vendidisset : quarto, quod marmora sanctæ Anastasiæ, quæ Nectarius ecclesiæ illi marmoribus ornandæ reliquerat, ipse vendidisset ; quinto, quod per contumeliam clericos apparet viles, corruptos, suis usibus sponte paratos, triobolaresque : sexto, quod sanctum Epiphanium delirum et parvum dæmonium appellasset : septimo, quod contra Severianum machinatus esset, concitatis adversus illum decanis : octavo, quod contra clerum sycophantiis plenum librum scripsisset : nono, quod toto convocato clero, tres diaconos citasset, Acacium, Edaphium [1] et Joannem, et quasi humerale suum furati essent accusasset, quærens utrum ad alium usum illud cepissent : decimo, quod Antonium sepulchrorum effossorem convictum ordinasset : undecimo, quod Joannem Comitem in seditione militum ipse indicasset : duodecimo, quod neque in ecclesiam veniens, neque in eam ingrediens precaretur : decimo tertio, quod sine altari quopiam diaconorum et presbyterorum ordinationes fecisset : decimo quarto, quod in una ordinatione quatuor episcopos fecisset : decimo quinto, quod mulieres suscipiat, solus cum solis, aliis omnibus foras emissis : decimo sexto, quod hæreditatem a Thecla relictam per Theodulum vendidisset : decimo septimo, quod Ecclesiæ reditus nemo noverit quo abeant : decimo octavo, quod Serapionem de crimine accusatum, presbyterum ordinasset : decimo nono, quod communicantes cum orbe universo, ipsius sententia inclusos in carcere mortuos sivisset, et ne corpora quidem ipsorum sepulturæ mandare curasset : vigesimo, quod sanctissimum Acacium injuria affecisset, nec ad colloquium quidem illum admisisset : vigesimo primo, quod Porphyrium presbyterum tradidisset Eutropio, ut in exsilium mitteretur : vigesimo secundo, quod Venerium presbyterum cum contumelia magna tradidisset : vigesimo tertio, quod balneum ipsi soli succenderetur, et postquam laverat Serapion clauderet aditum, ut alius nemo lavaret : vigesimo quarto, quod multos sine testibus ordinasset : vigesimo quinto, quod solus comederet intemperanter, vivens Cyclopum instar : vigesimo sexto, quod ipsemet accusaret, testis esset, et sententiam ferret, idque palam esse ex iis quæ circa Martyrium archidiaconum, et Proæresium, ut aiebant, Lyciæ episcopum gesta fuerant : vigesimo septimo, quod pugno percussisset Memnonem in ecclesia Apostolorum, et sanguine ex ore ipsius manante, nihilominus ipse mysteria obtulisset : vigesimo octavo, quod in throno exueretur et induceretur, et pastillum ederet : vigesimo nono, quod pecunias ab se ordinatis episcopis largiatur, ut per illas clerum opprimat. Hæc accusationis in sanctum virum capita sunt. Ille vero quater vocatus, non comparuit, in jus vocantibus respondens : Si apertos hostes ex judicum ordine submoveritis, præsto sum, inquit, meque sistam, ut si quis me accusarit, causam dicam : sin id facere nolueritis, quantumcumque miseritis, nihil plus perficietur. Examinarunt itaque pro lubito ex his capitibus primum et secundum. Hinc cœperunt Heraclidem et Palladium Helenopolis, ambos episcopos, disquirere. Joannes vero Monachus, cujus memineral Joannes Diaconus in suis adversus Chrysostomum accusationibus, libellum obtulit, accusans Heraclidem quod origenista esset, et quod Cæsareæ in Palæstina in furto deprehensus esset, et Aquilini diaconi vestimenta rapuisset ; et quamvis talis esset, inquiebat, illum Joannes episcopus Ephesiorum episcopum ordinavit. Ipsum quoque Chrysostomum incusabat, quod multa origenistarum causa passus esset propter Serapionem, et quod multa per ipsum misisset. Horum itaque perquisitione peracta, nonum caput accusationum examinatum fuit ; deinde vero vigesimum septimum. Postea rursum Isaacius episcopus Heraclidem accusavit ut origenistam, minimeque admissum a sanctissimo Epiphanio in orationem, nec ad cibos simul sumendos. Protulit autem idem Isaacius contra Chrysostomum libellum hæc continentem : primo, de supra memorato sæpe Joanne Monacho, quod propter origenistas vapulasset, ac catenis ferreis vinctus fuisset : secundo, quod beatus Epiphanius propter origenistas Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heraclidem et Palladium secum communicare noluisset : tertio, quod hospitalitatem, solus quotidie comedens, deserat : quarto, quod in ecclesia dicat, mensam esse furiarum plenam : quinto,

[1] Alias vocatur *Elaphius*.

(*a*) Cod. 59.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod in ecclesia ita se jactet, dicens, *Quid dicam? insanio* : et, oportuisse illum interpretari, quænam essent illæ furiæ, et quid sibi velit illud, *Quid dicam? insanio*. Has enim voces Ecclesia ignorat. Sexto, quod licentiam peccantibus sic præbeat, dicens : *Si iterum peccaveris, iterum te pœniteat, et quoties peccaveris, veni ad me, et ego te sanabo* : septimo, quod in ecclesia blasphemet dicens, Christum orantem, ideo exauditum non fuisse, quod non ut oportebat orasset : octavo, quod ad seditionem populum concitaret, etiam adversus synodum : nono, quod ex gentibus quosdam, qui Christianis mala multa intulerant, susceppisset, et in ecclesia haberet atque defenderet : decimo, quod aliorum provincias invadat, ibique ordinet episcopos : undecimo, quod episcopos injuria afficiat, et *expingatos* domo sua pelli jubeat : duodecimo, quod clericos insuitatis contumeliis afficiat : decimo tertio, quod aliorum deposita vi rapuerit : decimo quarto, quod sine conventu et præter cleri sententiam ordinationes faciat : decimo quinto, quod origenistas receperit, eos autem, qui cum Ecclesia communicarent, cum commendatitiis venientes litteris et in carcerem conjectos, non liberaverit, imo nec ibi morientes inviserit : decimo sexto, quod servos alienos, nondum manumissos, imo etiam accusatos, ordinarit episcopos : decimo septimo, quod hunc ipsum Isaacium male sæpe mulctarit. Harum itaque accusationum primam, utpote jam, ut putabant, examinatam, perquirere noluerunt : secunda vero et septima excussæ fuerunt. Deinde examinata rursus fuit accusatio a Joanne Diacono facta. In hoc vero capite Arsacius archipresbyter, qui ipsi Chrysostomo successit, et Atticus presbyter, nescio quomodo testes fuerunt, et contra sanctum testificati sunt, ut et Elpidius presbyter. Iidem et cum ipsis Acacius presbyter in quarto capite contra eum testimonium tulerunt. His itaque examinatis, iidem prædicti presbyteri, et cum illis etiam Eudæmon et Onesimus, sententiam accelerari postularunt. Ac primus in synodo Paulus, Heracleæ episcopus, omnes sententiam ferre rogavit. Atque, ut illis visum fuit, statutum est sanctum virum esse deponendum, incipiente Gymnasio episcopo, et finiente Theophilo Alexandrino : qui omnes quadraginta quinque numero erant. Deinde missa est ad clerum Constantinopolitanum Synodi nomine epistola de sancti viri depositione : etiamque Imperatoribus nuntiata res fuit. Ad hæc vero tres oblati libelli fuere a Gerontio, a Faustino et ab Eugnomonio, qui se injuste a Joanne depositos fuisse querebantur. Datum est etiam rescriptum Imperatorum ad synodum. Atque in his duodecima actio completur : tertia decima vero, ut dictum est, causam spectat Heraclidis, Ephesi episcopi.

Lectæ sunt (*a*) Epistolæ S. Patris Joannis Chrysostomi, quas injuste et inhumaniter in exilium missus ad varios scripsit : in quibus longe utiliores sunt eæ, quas ad piissimam Olympiadem diaconissam septendecim numero scripsit, et ad Innocentium, pontificem romanum : in quibus etiam quæcumque pertulit, quantum per epistolam licet, enarrat. Utitur etiam in his epistolis usitata sibi dicendi forma : clarus enim est atque perspicuus atque floridus, et voluptati persuadendi vim addit. Cæterum accuratius scriptæ videntur ad Olympiadem litteræ, etsi ad epistolarem formam non ita concinnatæ sunt, rerum et negotiorum conditione dictionum legi vim inferente.

" Hic autem potius (Basilius Seleuciæ) videtur esse (*b*), quam magnus ille Basilius, Cæsareæ episcopus, beatissimi Joannis Chrysostomi amicus et contubernalis, ad quem etiam librum de Sacerdotio composuit. Multa enim vestigia illius sermonum et sententiarum, in iis maxime quæ spectant ad Scripturam sacram, in Basilii orationibus comparent : uterque enim in eodem disciplinarum fonte quæ utilia erant hausit. Et figurarum ille emphaticus et familiaris usus consuetudinis cum Joanne, et lectionis ejus operum haud leve est argumentum. Utitur enim iis etiam divinus ille vir, licet temperanter et opportune, et fastum qui ex illis nascitur, simplicitate temperat et ingenio emollit, et orationem totam civili sermoni similem efficit.

.... Joannis Chrysostomi, ex Commentario in Epistolam ad Galatas. Ait ille, cum dicitur Deum Verbum in carne passum esse, eam esse sententiam Ecclesiæ ; contra vero si dicatur illum in natura Deitatis pati, id blasphemum esse et rejiciendum.

Incipit (Eunapius) historiam ab imperio Claudii (*c*), in quem desinit historia Dexippi ; desinit vero in imperium Honorii et Arcadii, filiorum Theodosii, finemque historiæ facit, quo tempore, Joanne Chrysostomo ab Ecclesia depulso, Arsacius archiepiscopalem sedem occupavit.

Narrat autem hic Anonymus, qui de Paschate sermones habuit, Dominum et Deum nostrum Christum, cæteris vitæ suæ annis legale Pascha celebravisse ; sed non eo anno quo traditus fuit. Illud vero considerandum est. Nam Chrysostomus et Ecclesia dicunt ipsum legale pascha celebravisse ante mysticam cœnam.

(*a*) Cod. 86.
(*b*) Cod. 170. Vide quæ diximus in præfatione ad libros de Sacerdotio, t. I.
(*c*) Cod. 77, p. 55, b.

EX EPISTOLIS ISIDORI PELUSIOTÆ.

Alios admiratione perculsos fuisse non dicam ; illud enim fortasse multis non tanti pretii esse videatur ; sed ipsum proferam Libanium, eloquentia apud omnes celeberrimum, qui præclari Joannis linguam laudat, ac sententiarum pulchritudinem atque frequentiam. Cujus rei argumentum est epistola, in qua non modo ipsum beatum prædicat ob eloquentiam tantam, sed etiam ipsos, qui ab eo celebrantur imperatores, quod talem nacti sint oratorem. Est autem epistola hujus modi :

LIBANIUS JOANNI (*Epist.* 1576).

« Cum copiosam tuam et elegantem orationem (*a*) accepissem, viris quibusdam et ipsis dicendi artificibus eam legi : quorum nullus erat qui non tripudiaret, et clamorem ederet, eaque omnia faceret, quæ homines admiratione perculsi facere solent. Ego igitur voluptate affectus sum, quod ad forensem artem exhibendam demonstrationes quoque adjungas : atque et te beatum prædico, qui ad hunc modum laudare queas ; et eos qui talem præconem nacti sunt, hoc est, et patrem qui imperium dedit, et filios qui acceperunt. »

(*a*) Scilicet orationem quam dixerat, cum adhuc junior esset, in laudem Theodosii et liberorum ejus. Non pro certo habet Valesius hanc epistolam non fuisse scriptam ad alterum Joannem a Chrysostomo distinctum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν, φησὶν, ὁ ἐπίσκοπος Ἰωάννης τοιοῦτον ὄντα εἰς Ἔφεσον ἐχειροτόνησεν. Ἐνεκάλει δὲ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Χρυσοστόμου, ὡς πολλὰ κακὰ παθὼν χάριν τῶν Ὠριγενειαστῶν διὰ Σαραπίωνος καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου. Εἶτα τούτων ἐξετασθέντων, ἐξητάσθη πάλιν τὸ ἔνατον κεφάλαιον τῶν ἐγκλημάτων, εἶτα τὸ κζ'. Εἶτα πάλιν κατηγόρησεν Ἰσαάκιος ἐπίσκοπος τοῦ Ἡρακλείδου, ὡς Ὠριγενειαστοῦ, καὶ ὡς μὴ παραδειχθέντος Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ, μήτε εἰς εὐχὴν, μήτε εἰς συνεστίασιν. Ἐπέδωκε δὲ ὁ αὐτὸς Ἰσαάκιος καὶ λίβελλον κατὰ τοῦ Χρυσοστόμου περιέχοντα ταῦτα· [282] πρῶτον περὶ τοῦ πολλάκις μνημονευθέντος Ἰωάννου τοῦ μοναχοῦ, ὅτι ἐδάρη διὰ τοὺς Ὠριγενειαστὰς καὶ ὅτι ἐσιδηροφόρησε· δεύτερον, ὅτι ὁ μακάριος Ἐπιφάνιος διὰ τοὺς Ὠριγενειαστὰς, Ἀμμώνιον, Εὐθύμιον, Εὐσέβιον καὶ Ἡρακλείδην καὶ Παλλάδιον οὐκ ἠθέλησε κοινωνῆσαι· τρίτον, ὅτι τὴν φιλοξενίαν ἀθετεῖ μονοσιτίαν ἐπιτηδεύων· τέταρτον, ὅτι ἐπ' ἐκκλησίας λέγει τράπεζαν Ἐριννύων πεπληρωμένην· πέμπτον, ὅτι καυχᾶται ἐπ' ἐκκλησίας, λέγων, *Ἐρῶ, μαίνομαι*· καὶ ὅτι ὀφείλει ἑρμηνεῦσαι τίνες εἰσὶν Ἐριννύες, καὶ τί ἐστι τὸ λέγειν, *Ἐρῶ, μαίνομαι*· ἡ γὰρ Ἐκκλησία οὐκ οἶδε ταῦτα. Ἕκτον, ὅτι ἄδειαν παρέχει τοῖς ἁμαρτάνουσι, διδάσκων· *Ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃς, πάλιν μετανόησον, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμάρτῃς, ἐλθὲ πρός με, καὶ ἐγώ σε θεραπεύσω*· ἕβδομον, ὅτι βλασφημεῖ ἐπ' ἐκκλησίας λέγων, ὅτι ὁ Χριστὸς προσευξάμενος οὐκ εἰσηκούσθη, ἐπεὶ μὴ δεόντως προσηύξατο· ὄγδοον, ὅτι τοῖς λαοῖς ὑποβάλλει στασιάζειν κατὰ τῆς συνόδου· ἔνατον, ὅτι Ἕλληνας πολλὰ κακὰ τοῖς Χριστιανοῖς διαθεμένους ὑπεδέξατο, καὶ ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ προΐσταται αὐτῶν· δέκατον, ὅτι ἐπιβαίνει ἀλλοτρίαις ἐπαρχίαις, καὶ χειροτονεῖ ἐπισκόπους· ἑνδέκατον, ὅτι ὑβρίζει τοὺς ἐπισκόπους, καὶ *ἐκπίπτοντας* κελεύει ἐκβληθῆναι τῆς οἰκίας αὐτοῦ· δωδέκατον, ὅτι τοὺς κληρικοὺς ξέναις ὕβρεσιν ὑβρίζει· τρισκαιδέκατον, ὅτι παραθήκας ἀλλοτρίας ἥρπασε βίᾳ· τεσσαρεσκαιδέκατον, ὅτι ἄνευ συνεδρίου καὶ παρὰ γνώμην τοῦ κλήρου ποιεῖ τὰς χειροτονίας· πεντεκαιδέκατον, ὅτι τοὺς μὲν Ὠριγενειαστὰς ἐδέξατο, τοὺς δὲ κοινωνικοὺς τῆς ἐκκλησίας μετὰ συστατικῶν ἐλθόντας γραμμάτων, καὶ ἐν τῇ φυλακῇ βληθέντας οὐκ ἐξείλετο, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντας ἐν αὐτῇ οὐδ' ὅλως ἐπεσκέψατο· ἑξκαιδέκατον, ὅτι δούλους ἀλλοτρίους μήπω ἐλευθερωθέντας, ἀλλὰ καὶ διαβεβλημένους, ἐχειροτόνησεν ἐπισκόπους· ἑπτακαιδέκατον, ὅτι αὐτὸν τοῦτον Ἰσαάκιον πολλὰ παρ' αὐτοῦ συνέβη κακωθῆναι. Τούτων οὖν τῶν κατηγοριῶν τὸ μὲν πρῶτον, ἅτε δὴ προεξετασθὲν, ὡς ἐνόμιζον, οὐκέτι ἐξητάσθη· τὸ δὲ δεύτερον ἐξητάσθη, καὶ τὸ ἕβδομον. Εἶτα ἐξητάσθη, πάλιν τὸ τρίτον ἔγκλημα τῶν ὑπὸ τοῦ διακόνου Ἰωάννου ἐπιδοθέντων. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ κεφαλαίῳ καὶ Ἀρσάκιος ὁ πρωτοπρεσβύτερος, ὁ αὐτὸν τὸν Χρυσόστομον διαδεξάμενος,, καὶ Ἀττικὸς ὁ πρεσβύτερος, οὐκ οἶδ' ὅπως μάρτυρες ἔστησαν, καὶ τοῦ ἁγίου κατεμαρτύρησαν· καὶ Ἐλπίδιος δὲ ὁ πρεσβύτερος. Οἱ αὐτοὶ δὲ κατεμαρτύρησαν, καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀκάκιος ἐπὶ τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ. Τούτων οὖν ἐξετασθέντων, αὐτοί τε οἱ προειρημένοι πρεσβύτεροι, καὶ Εὐδαίμων ἔτι καὶ Ὀνήσιμος, ἠτοῦντο ἐπιταχῦναι τῇ ἀποφάσει. Καὶ πρῶτος τῆς συνόδου Παῦλος ὁ Ἡρακλείας ἠξίωσεν πάντας ἀποφήνασθαι. Καὶ ἀπεφήναντο τὴν τοῦ ἁγίου, ὡς ἔδοξαν ἑαυτοῖς, καθαίρεσιν, ἀρξαμένου Γυμνασίου ἐπισκόπου, καὶ τελευτήσαντος Θεοφίλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, οἱ πάντες [283] τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα πέντε. Εἶτα ἐγράφη τῷ κλήρῳ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς ὅθεν ἀπὸ συνόδου, περὶ τῆς τοῦ ἁγίου καθαιρέσεως· ἀνηνέχθη καὶ τοῖς βασιλεῦσιν. Ἐπεδόθησαν ἔτι καὶ λίβελλοι τρεῖς παρὰ Γεροντίου, παρὰ Φαυστίνου, παρὰ Εὐγνωμονίου, οἳ ἔλεγον ἑαυτοὺς ἀδίκως ὑπὸ Ἰωάννου καθηρῆσθαι. Ἐγένετο καὶ ἀντιγραφὴ βασιλικὴ πρὸς τὴν σύνοδον. Ἐν οἷς καὶ ἡ δωδεκάτη πρᾶξις· ἡ δὲ τρισκαιδεκάτη, ὡς ἐρρήθη, ἔχει τὰ περὶ Ἡρακλείδην τὸν Ἐφέσου ἐπίσκοπον.

Ἀνεγνώσθησαν ἐπιστολαὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἃς μετὰ τὴν ἄδικον καὶ ἀπάνθρωπον ἐξορίαν πρὸς διαφόρους ἔγραψεν· ἐν αἷς εἰς τὸ χρειῶδες μᾶλλον συντείνουσαι αἵ τε πρὸς τὴν εὐλαβεστάτην Ὀλυμπιάδα τὴν διάκονον αὐτῷ γεγραμμέναι δεκαεπτὰ, καὶ αἱ πρὸς Ἰννοκέντιον τὸν Ῥώμης· ἐν αἷς καὶ ὅσα αὐτῷ συνηνέχθη, ὡς ἐν ἐπιστολῇ εἶδει ἐξιστορεῖ. Κέχρηται δὲ κἀν ταύταις ταῖς ἐπιστολαῖς τῷ συνήθει τοῦ λόγου χαρακτῆρι· λαμπρός τε γάρ ἐστι καὶ σαφὴς καὶ ἀνθῶν μετὰ τοῦ ἡδέος τὴν πιθανότητα· πλὴν ὅσον ἐμμελέστερόν πως δοκοῦσιν αἱ πρὸς Ὀλυμπιάδα αὐτῷ συγκεῖσθαι ἐπιστολαὶ, εἰ καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου, τῶν πραγμάτων τότε εἰς τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν τοὺς τῶν ῥημάτων νόμους ἐκβιασαμένων, οὐ λίαν ἐγράφησαν στοχαζόμεναι.

.... Ἔοικε δὲ οὗτος μᾶλλον εἶναι, ἢ ὁ Καισαρείας μέγας Βασίλειος, ὁ τῷ τρισμακαρίστῳ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ φίλος γεγονὼς καὶ ὁμωρόφιος, πρὸς ὃν καὶ ὁ περὶ ἱερωσύνης λόγος συντέτακται. Πολλὰ γὰρ ἴχνη τῶν ἐκείνου καὶ λόγων καὶ νοημάτων, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν ἐν τοῖς τοῦ Βασιλείου λόγοις ἐπιφαίνεται, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς αὐτῆς πηγῆς τῶν μαθημάτων ἀρυσαμένων ἄμφω τὰ πρόσφορα. Καὶ τῆς τροπῆς δὲ ἡ κατ' ἔμφασιν καὶ οἰκείωσιν μεταχερισις τῆς Ἰωάννου συνουσίας καὶ συναναγνώσεως οὐκ ἐλάχιστον ὑπάρχει τεκμήριον. Κέχρηται γὰρ ταύτῃ καὶ ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, εἰ καὶ κεκραμένῃ καὶ λιαν ἐπικαίρως, καὶ τῇ ἀφελείᾳ τὸν ἐκεῖθεν ὄγκον μιγνύς τε καὶ διαλεαίνων εὐφυῶς, καὶ τὸν ὅλον λόγον πολιτικοῦ λόγου εἰκόνα ποιούμενος.

.... Ἰωάννου δὲ τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ ὑπομνήματος τῆς πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολῆς. Ὅτι, φησὶν, τὸ λέγειν σαρκὶ παθεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, φρόνημα τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν· ὥσπερ καὶ βλάσφημον καὶ ἀπόβλητον τὸ κηρύττειν αὐτὸν παθεῖν τῇ φύσει τῆς θεότητος.

Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, εἰς ὃν Δεξίππῳ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν, τοῦ χρυσοῦ τῆς Ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱερατευε.

Φησὶ δὲ οὗτος ὁ τῶν περὶ τοῦ Πάσχα λόγων συγγραφεὺς ἀνώνυμος, ὅτι κατὰ μὲν τοὺς ἄλλους τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἐνιαυτοὺς ὁ Κυριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ὁ Χριστὸς τὸ νομικὸν ἐπετέλει πάσχα, καθ' ὃν δὲ [284] καὶ ἡ Ἐκκλησια τότε φησὶν αὐτὸν ἐπιτελῆσαι τὸ νομικὸν πρὸ τοῦ μυστικοῦ δείπνου.

Ἐκ τῶν Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιωτοῦ ἐπιστολῶν.

Τοῦ καταπεπλῆχθαι οὐ φημὶ τοὺς ἄλλους (μικρὸν γὰρ ἴσως τοῖς πολλοῖς τοῦτο), ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Λιβάνιον τὸν ἐπ' εὐγλωττίᾳ παρὰ πᾶσι βεβοημένον, τὴν τοῦ ἀοιδίμου Ἰωάννου γλῶτταν, καὶ τὸ κάλλος τῶν νοημάτων, καὶ τὴν πυκνότητα τῶν ἐνθυμημάτων. Τεκμήριον ἡ ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ οὐ μόνον αὐτὸν μακαρίζει οὕτω δυνάμενον εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐγκωμιασθέντας, καὶ ταῦτα βασιλεῖς τυγχάνοντας, ὅτι δὴ τοιούτου ἐπαινέτου τετυχήκασιν. Ἔστι δὲ αὕτη·

Λιβάνιος Ἰωάννῃ.

« Δεξάμενός σου τὸν λογον τὸν πολὺν καὶ καλὸν, ἀνέγνων ἀνδρὰσι λόγων καὶ αὐτοῖς δημιουργοῖς· ὧν οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἐπῄδα τε καὶ ἐθαύμαζε καὶ πάντα ἴδρα τὰ τῶν ἐκπεπληγμένων. Ἤσθην οὖν, ὅτι τῳ δεικνύναι τὴν τέχνην ἐν δικαστηρίοις προστίθης τὰς ἀποδείξεις· καὶ μακαρίζω σε μὲν οὕτω δυνάμενον ἐπαινεῖν, ἐπαινέτου δὲ τοιούτου τετυχηκότας τόν τε δόντα πατέρα, καὶ τοὺς λαβόντας υἱεῖς τὴν βασιλείαν. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

NILUS MONACHUS AD ARCADIUM IMPERATOREM, EPIST. 279, LIB. III, P. 435; LIB. II, EPIST. 265; AD SEVERUM EXCONSULEM, LIB. II, EPIST. 199, P. 392, EDIT. ROMÆ, FOL., ANNO 1668.

Ἰωάννην, τὸν μέγιστον φωστῆρα τῆς οἰκουμένης, τὸν Βυζαντίδος πρόεδρον, οὐκ εὐλόγως εἰς ἐξορίαν ἐξέπεμψας, ἐκ πολλῆς ἐλαφρίας τοῖς μὴ ὑγιαίνουσι τὸ φρονεῖν ἐπισκόποις παραπεισθείς. Τῆς τοίνυν ἀλωβήτου καὶ ἀκραιφνοῦς διδασκαλίας τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν στερήσας, μὴ ἀναλγήτως διάκεισο.

Ἀρκαδίῳ βασιλεῖ.

Πῶς ἐπιθυμεῖς τὴν Κωνσταντινούπολιν τῶν πυκνοτάτων αεισμῶν καὶ ἐπελεύσεως τοῦ αἰθερίου πυρὸς ἀπηλλαγμένην ἰδεῖν, μυρίων ἀτοπημάτων αὐτόθι [285] γινομένων, καὶ νομιστευομένης τῆς κακίας σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ, ἐξορισθέντος τοῦ στύλου τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας, τῆς σάλπιγγος τοῦ Χριστοῦ, Ἰωάννου τοῦ μακαριωτάτου ἐπισκόπου;

Φθόνῳ πληγέντες τινὲς τῶν ἐπισκόπων διὰ τὴν ἄκραν ἀρετὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τὸν θεῖον παρωξάμενοι φόβον, συνεσκευάσαντο ἄνδρα ἔνθεον καὶ ἀληθῶς παντὸς τοῦ κόσμου λαμπτῆρα, καὶ παρεσκεύασαν καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα, εὐλαβέστατον καὶ ἁπλούστατον ὄντα, εἶξαι ταῖς ἐπιβουλαῖς αὐτῶν, καὶ ἐξορίσαι τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ οὖν λοιμοῖς τὸν ῥόπον τοῖς βασκάνοις ποιμέσιν ὑπάρχουσιν ὁ βασιλεὺς ἐκ συναρπαγῆς συγκατέθετο, εἰκότως ὁ προφήτης ἐβόα, *Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ μετὰ λοιμοῦ*. Πλὴν ὅτι μετὰ τὴν ἐξορίαν τοῦ δικαίου οἱ πλεῖστοι μετὰ* τῶν συσκευασαμένων πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀπῃτήθησαν δίκας, καὶ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ κραυγῆς ἐξωμολογήσαντο μεγάλα ἡμαρτηκέναι εἰς τὸν ἅγιον ἄνθρωπον.

* Conjectum est μὲν pro μετά

SYNESII, CYRENÆS EPISCOPI, EPIST. 66, AD THEOPHILUM ALEXANDRINUM EPISCOPUM, P. 206.

Πεῦσίν τινα πυθέσθαι σοῦ προελόμενος, ὑπὲρ οὗ πεύσομαι προαφηγήσασθαι βούλομαι. Ἀλέξανδρος ἀπὸ βουλῆς Κυρηναῖος, ἔτι μειράκιον ὤν, εἰς μοναδικὸν βίον ἐτέλεσε· τῇ δὲ ἡλικίᾳ συμπροϊούσης τῆς μοναδικῆς τῆς κατὰ τὸν βίον ἐνστάσεως, ἠξιώθη μὲν ἐκκλησιαστικῆς διακονίας, ἠξιώθη δὲ τοῦ πρεσβύτερος εἶναι. Κατά δέ τινα χρείαν ἐπὶ στρατοπέδου γενόμενος, καὶ Ἰωάννῃ τῷ μακαρίτῃ συστάς (τιμάσθω γὰρ παρ' ἡμῶν ἡ μνήμη τοῦ τελευτήσαντος, ὅτι πᾶσα δυσμένεια τῷ βίῳ τούτῳ συναποτίθεται)· τούτῳ συστὰς, πρὶν μὲν στασιασθῆναι τὰς Ἐκκλησίας, ὑπὸ τῶν ἐκείνου χειρῶν ἐπίσκοπος ἀνεδείχθη τῆς Βιθυνῶν Βασινουπόλεως. Συμβάσης δὲ τῆς διαφορᾶς, διέμεινε τῷ χειροτονήσαντι φίλος, καὶ γέγονε τῶν ἐκείνου στασιωτῶν.

ISIDORI PELUSIOTÆ SYMMACHO, EPISTOLA 152 LIBRI I; EUSTATHIO EPIST. 156 EJUSDEM LIBRI; CYRILLO ALEX. EPIST. 310 LIBRI CITATI.

Ἐρωτᾷς τὴν περὶ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην τραγῳδίαν. Ἀλλὰ φράσαι ἀπορῶ· νικᾷ τὸν νοῦν τὸ τοῦ πράγματος· μικρὰ δὲ μάνθανε ἅττα. Ἡ γείτων Αἴγυπτος συνήθως ἠνόμησε, Μωσέα παραιτουμένη, τὸν Φαραὼ οἰκειουμένη, τοὺς ταπεινοὺς μαστίζουσα, τοὺς κοπουμένους θλίβουσα, πόλεις οἰκοδομοῦσα καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποστεροῦσα, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τούτοις ἐμμελετῶσα. Τὸν λιθομανῆ γὰρ καὶ χρυσολάτριν προβαλλομένη Θεόφιλον, τέσσαρσι συνέργαις, ἢ μᾶλλον συναποστάταις [286] ὀχυρωθέντα, τὸν θεοφιλῆ καὶ θεολόγον κατεπολέμησεν ἄνθρωπον, τὴν περὶ τὸν ἐμοὶ ὁμώνυμον ἀπέχθειαν καὶ δυσμένειαν ὁρμητήριον τῆς οἰκείας εὑρηκότα σκαιότητος. Ἀλλ' οἶκος Δαυὶδ κραταιοῦται, ἀσθενεῖ δὲ ὁ τοῦ Σαοὺλ, καθὼς ὁρᾷς· εἰ καὶ τῆς ζάλης ὑπερῆλθεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ βίου, καὶ πρὸς τὴν ἄνω γαλήνην μετετέθη.

Ἐγὼ μὲν τὴν βίβλον ἣν ἐζήτησας πέπομφα, καὶ καρπὸν ἐξ αὐτῆς διὰ σοῦ περιέμενον, ὃς παρὰ πάντων συνήθως εἰσπράττεται. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι καρδία, ἣν ἐπῆλθεν ἡ ταύτης ἀνάγνωσις, καὶ πρὸς τὸν θεῖον αὐτὴν οὐκ ἔτρωσεν ἔρωτα· σεπτὴν μὲν ἱερωσύνην καὶ δυσπρόσιτον δείξασα, ἀμέμπτως δὲ αὐτὴν μετέρχεσθαι δ.δάξασα. Ὁ γὰρ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀπορρήτων σοφὸς ὑποφήτης Ἰωάννης, ὁ τῆς ἐν Βυζαντίῳ Ἐκκλησίας καὶ πάσης ὀφθαλμὸς, οὕτως αὐτὴν λεπτῶς καὶ πυκνῶς ἠκρίβωσεν, ὥστε πάντας τούς τε κατὰ Θεὸν ἱερατεύοντας, τούς τε ῥᾳθύμους ἱερατικὴν μεταχειρίζοντας, ἐν ταύτῃ τὰ οἰκεῖα εὑρίσκειν κατορθώματά τε καὶ σκώμματα.

Προσπάθεια μὲν οὐκ ὀξυδορκεῖ, ἀντιπάθεια δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ. Εἰ τοίνυν ἑκατέρας λύμης βούλει καθαρεῦσαι, μὴ βιαίας ἀποφάσεις ἐκβίβαζε, ἀλλὰ κρίσει δικαίᾳ τὰς αἰτίας ἐπίτρεψον· ἐπειδὴ καὶ Θεὸς, ὁ πάντα εἰδὼς πρὸ γενέσεως, καταβῆναι καὶ τὴν κραυγὴν ἰδεῖν Σοδόμων φιλανθρώπως ηὐδόκησεν, ἡμᾶς ἀκριβοῦς ἐρεύνης διδάσκων ὑπόθεσιν. Πολλοὶ γάρ σε κωμῳδοῦσι τῶν συνειλεγμένων εἰς Ἔφεσον, ὡς οἰκείαν ἀμυνόμενον ἔχθραν, ἀλλ' οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀρθοδόξως ζητοῦντα. Ἀδελφιδοῦς ἐστι, φασὶ, Θεοφίλου, μιμούμενος ἐκείνου τὴν γνώμην. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος μανίαν σαφῆ κατεσκέδασε τοῦ θεοφόρου καὶ θεοφιλοῦς Ἰωάννου, οὕτως ἐπιθυμεῖ καυχήσασθαι καὶ οὗτος, εἰ καὶ πολὺ τῶν κρινομένων ἐστὶ τὸ διάφορον.

CYRILLUS ALEXANDRINUS, EPIST. 8, AD CONSTANTINOPOLITANOS, POSTQUAM NESTORIUM PRAVA LOQUENTEM INDUXERAT, HÆC HABET:

Ἆρά γε εὐστομώτερός ἐστιν Ἰωάννου; ἴσος; δὲ τοῦ μακαρίου Ἀττικοῦ καὶ συνετώτερος;

CONCILIUM EPHESINUM, EDIT. PARIS., ANNO 1671, P. 117.

[287] Ἰωάννου, ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, περὶ τῆς θείας γεννήσεως. Φησὶ δὲ περὶ τῆς ἁγίας Παρθένου· Ἀντὶ δὲ ἡλίου, φησὶ, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἀπεριγράπτως χωρήσασα. Καὶ μὴ ζητήσῃς πῶς· ὅπου γὰρ βούλεται Θεὸς, νικᾶται φύσεως; τάξις. Ἠβουλήθη γὰρ, ἠδυνήθη, κατῆλθεν, ἔσωσε· σύνδρομα πάντα Θεῷ. Σήμερον ὁ ὢν τίκτεται, καὶ ὁ ὢν γίνεται ὅπερ οὐκ ἦν· ὢν γὰρ Θεὸς, γίνεται ἄνθρωπος, οὐκ ἐκστὰς τοῦ εἶναι Θεός. Οὔτε γὰρ κατ' ἔκστασιν θεότητος γέγονεν ἄνθρωπος, οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου γέγονε Θεὸς, ἀλλὰ Λόγος ὢν διὰ τὸ ἀπαθὲς, σὰρξ ἐγένετο, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

NILUS MONACHUS AD ARCADIUM IMPERATOREM, EPISTOLA 279, LIB. III, P. 435, EDIT. ROMÆ, FOL., ANNO 1668.

Joannem, maximum orbis lumen, Byzantii præsulem, in exilium injuste misisti, suadentibus episcopis summæ levitatis et male sentientibus. Cum ergo catholicam Ecclesiam inculpata sinceraque doctrina privaveris, ne absque dolore vitam transigito.

Ejusdem Lib. II, *epist.* 265, *p.* 254.

Arcadio imperatori.

Quo pacto a frequentissimis terræ motibus æthereique ignis conflictibus liberam Constantinopolim cernere cupis, cum innumera ibi scelera perpetrentur, et iniquitas pro lege cum audacia multa præscribatur, cum jam in exilium pulsa sit Ecclesiæ columna, lux veritatis, tuba Christi, Joannes beatissimus episcopus ?

Ejusdem ad Severum exconsulem. Lib. II, *epist* 199. *p.* 392.

Invidia compulsi quidam episcopi ob summam Joannis, episcopi constantinopolitani, virtutem, divino metu valere jusso, sanctum hominem, vere universi lumen, insidiis aggressi sunt, feceruntque ut imperator piissimus et simplicissimus, fraudibus eorum deceptus, cœlestem virum in exilium mitteret. Cum ergo pestiferis et invidis pastoribus circumventus imperator aures præbuerit, jure propheta clamabat : *Extendit manum suam cum illusore* (*Osee* VII, 5). Cæterum post justi exilium maxima pars eorum, qui hæc machinati fuerant pœnas persolverunt, ac cum fletu et clamore confessi sunt, se vehementer in virum sanctum deliquisse.

SYNESII, CYRENES EPISCOPI, EPIST. 66, AD THEOPHILUM, ALEXANDRINUM EPISCOPUM, P. 206.

Nonnihil sciscitaturus abs te, qua de re sciscitaturus sim antea libet exponere. Alexander e senatorio ordine Cyrenensis, adhuc adolescens, monasticam vitam professus est : cumque una cum ætate monasticum illud vitæ institutum procederet, primum ad diaconi, inde ad sacerdotii in Ecclesia dignitatem provectus est. Post hæc, occasione negotii cujusdam ad castra profectus, et beatæ memoriæ Joanni se sistens (honoretur enim a nobis mortui memoria, quoniam omnis cum vita simultas exuitur) : huic igitur se sistens ante motus illos et tumultus Ecclesiarum, Basinopoleos Bithyniæ episcopus illius manibus est ordinatus. Orta vero contentione, in ejus a quo electus erat amicitia perseveravit, et illius partes secutus est.

ISIDORI PELUSIOTÆ SYMMACHO EPISTOLA 152 LIBRI I.

Petis a me ut divini Joannis tragœdiam tibi exponam. Sed nescio quomodo eam explicem : mentem enim res ista superat : verum pauca quædam audi. Vicina Ægyptus pro more suo inique se gessit, Moysem recusans, Pharaonem admittens, humiles flagris lacerans, laborantes opprimens, urbes construens, et mercedem structoribus negans : et ad hoc usque tempus hæc agens. Nam insano lapillorum amore flagrantem et auri cultorem Theophilum assumptis adjutoribus, imo apostasiæ sociis quatuor, in medium proferens, pium divinaque doctrina præditum virum oppugnavit ; odium atque inimicitiam quam in cognominem meum (*a*) conceperat, nequitiæ suæ incitamentum nactus. At domus Davidis invalescit, domus autem Saülis debilitatur, ut vides : siquidem vir ille, superata vitæ tempestate, ad supernam tranquillitatem migravit.

Ejusdem Eustathio epistola 156, *ejusd. l.*

Ego quidem librum misi, quem a me petiisti ; fructumque ex eo per te exspecto, qui ab omnibus exigi consuevit. Nullum enim, nullum est cor quod ejus lectione fruitum, non divino amore sauciatum fuerit : quippe qui venerandam rem et accessu difficilem sacerdotium esse demonstret ; et simul quomodo sine ulla reprehensionis labe sectetur doceat. Sapiens enim ille arcanorum Dei interpres Joannes, Byzantinæ Ecclesiæ, imo omnium Ecclesiarum oculus, librum illum ita prudenter et accurate edidit, ut tam omnes qui, ut Deo gratum est, quam qui negligenter sacerdotio funguntur, hic et recte facta sua, et reprehensione digna gesta reperiant.

Ejusdem Cyrillo Alexandrino epistola 310 *ejusd. l.*

Affectus nimius non acute cernit ; odium vero nihil omnino cernit. Si ergo ab utroque damno purus ac liber esse velis, noli violentas ferre sententias, sed justo judicio causas committe. Etenim Deus, qui omnia novit antequam fiant, pro sua humanitate descendere, et clamorem Sodomorum perspicere voluit, ut nos ad res accurate scrutandas erudiret. Multi enim ex iis, qui Ephesi coacti sunt, te traducunt ut tuas inimicitias ulciscentem, ac non ea quæ Jesu Christi sunt, orthodoxe quærentem. Theophili, inquiunt, ex sorore nepos est, illumque imitatur. Ut enim ille adversus divinum ac Deo carum Joannem furore actus est : sic etiam iste gloriari et sese jactare expetit, etiamsi magnum sit inter eos qui accusantur discrimen.

(*a*) Hic loquitur de Isidoro illo, viro sancto, qui ab Hospitalitate nomen accepit.

CYRILLUS ALEXANDRINUS, EPIST. 8 AD CONSTANTINOPOLITANOS, POSTQUAM NESTORIUM PRAV LOQUENTEM INDUXERAT, HÆC HABET.

Nunquid eloquentior est Joanne (Chrysostomo) ? an par vel sapientior est beato Attico ?

CONCILIUM EPHESINUM, EDIT. PARIS., ANNO 1671, P. 117.

Joannis, episcopi constantinopolitani, de divina generatione. Loquitur autem de sancta Virgine. Loco solis autem incircumscripte Solem justitiæ complexa fuit. Neque hic quæsieris quomodo : ubi enim Deus vult, naturæ ordo vincitur. Voluit enim, potuit, descendit, salutem dedit : omnia Dei nutum sequuntur. Hodie qui erat gignitur ; et qui est, id quod non erat efficitur : nam cum Deus esset, fit homo, nec desinit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

esse Deus. Neque enim cum deitatis jactura factus est homo, neque per incrementum ex homine factus est Deus; sed cum verbum esset, propter impatibilitatem, caro factum est, sua manente immutabili natura. *Hæc deinde adjicit :* Qui in sollo excelso sublimique sedet, in præsepio ponitur : qui impalpabilis, simplex et incorporeus est, humanis manibus involvitur : qui peccatorum vincula solvit, fasciis constringitur.

SANCTUS AUGUSTINUS, DE NATURA ET GRATIA, CONTRA PELAGIUM, T. X, C. 64, P. 159. B.

Item Joannes, constantinopolitanus episcopus, cujus posuit sententiam, dicit peccatum non esse substantiam, sed actum malignum. Quis hoc negat? et quia non est naturale, ideo contra illud legem latam, et quod de arbitrii libertate descendit. Etiam hoc quis negat? Sed nunc agitur de humana natura, quæ vitiata est; agitur de gratia Dei, qua sanatur per medicum Christum, quo non indigeret, si sana esset, quæ ab isto tanquam sana, vel tanquam sibi sufficiente voluntatis arbitrio, posse non peccare defenditur.

Ejusdem contra Julianum Pelagianum, t. X, *lib.* I, *c.* 6, *p.* 509 *et* 510, *a.*

Itane ista verba sancti Joannis episcopi audes tanquam e contrario tot taliumque sententiis collegarum ejus opponere, eumque ab illorum concordissima societate sejungere, et eis adversarium constituere? Absit, absit hoc malum de tanto viro credere aut dicere. Absit, inquam, ut constantinopolitanus Joannes de baptismate parvulorum, eorumque a paterno chirographo liberatione per Christum, tot ac tantis coepiscopis suis, maximeque romano Innocentio, carthaginiensi Cypriano, cappadoci Basilio, nazianzeno Gregorio, gallo Hilario, mediolanensi resistat Ambrosio, etc. *Postea quædam affert ex ejus epistola ad Olympiadem et ex sermone de Lazaro.*

Ejusdem, in opere imperfecto contra Julianum, t. X, *cap.* 7, *p.* 1296 *et* 1297.

Et mihi objicis peccati primi hominis granditatem, quæ tanti mali hominum omnium exstitit causa, quasi hoc ego solus vel primus dixerim? Audi Joannem constantinopolitanum excellentis gloriæ : *Peccavit*, inquit, *Adam illud grande peccatum, et omne genus hominum in commune damnavit.* Audi etiam in Lazari resuscitatione quid dicat, ut intelligas corporis mortem de illo grandi venisse peccato : *Flebat*, inquit, *Christus, quod eos qui immortales esse potuerunt, diabolus fecit esse mortales*, etc.

CASSIANUS, DE INCARNATIONE DOMINI, LIB. VII, C. 30.

Joannes, constantinopolitanorum antistitum decus, cujus sanctitas absque ulla gentilitiæ persecutionis procella ad martyrii merita pervenit, etc.

Ejusdem lib. VII *c.* 30.

Unde ego quoque ipse humilis atque obscurus nomine sicut merito, licet mihi inter eximios constantinopolitanæ urbis antistes locum magistri usurpare non possim, studium tamen discipuli affectumque præsumo. Adoptatus enim a beatissimæ memoriæ Joanne episcopo in ministerium sacrum, atque oblatus a Deo, etsi corpore absum, affectu illic sum : et illi dilectissimo mihi ac venerandissimo Dei populo, etsi nunc præsentia non admisceor, tamen mente conjungor.... Mementote magistrorum veterum, sacerdotumque vestrorum, Gregorii nobilis per orbem, Nectarii sanctimonia insignis, Joannis fide ac puritate mirabilis : Joannis, inquam, Joannis illius, qui vere ad similitudinem Joannis evangelistæ et discipulus Jesu et apostolus, quasi super pectus Domini semper affectumque discubuit. Illius, inquam, mementote, illum sequimini, illius puritatem, illius fidem, illius doctrinam ac sanctimoniam cogitate : illius mementote semper doctoris vestri ac nutritoris; in cujus quasi gremio quodammodo amplexuque crevistis; qui communis mihi ac vobis magister fuit; cujus discipuli atque institutio sumus. Illius scripta legite, etc.

CŒLESTINI PAPÆ EPIST. AD CLERUM ET POPULUM CP. CONCILIORUM TOMO III, P. 365. C.

Quid non animabus vestris doctrina sanctæ memoriæ episcopi Joannis immisit? cujus sermo catholicam fidem instituens per totum orbem diffusus est, qui nusquam per doctrinam defuit, quia ubicumque lectus est prædicavit.

THEODORETI DIALOG. I, T. IV, P. 31 ET 32.

Joannem vero, magnum orbis lumen, qui primum quidem magno cum honore Antiochenam irrigavit Ecclesiam, deindeque regiam urbem sapienter coluit; annon putas apostolicam fidei regulam servasse?.... illic igitur vir longe præstantissimus apostolicum hunc locum interpretatus est : sic autem loquitur : *Quare, quando audis*, Verbum caro factum est, *non turberis nec animum dejicias? Non enim substantia in carnem mutata est; hoc enim dicere extremæ impietatis esset; sed id quod erat manens, sic servi formam accepit*, etc.

SANCTI LEONIS MAGNI PAPÆ ANATOLIO EPISCOPO, EPIST. 106.

Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, nihil profecto, quod ullam anxietatem tibi ingereret, exstitisset. Non enim sinebat ratio ut ejus caritatem spernerem, quem amore pacis et studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta juvissem, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis præcessoribus tuis nec Joannis spiritualem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem : et ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet vel fidei Catholicæ resultare, vel nicænis venerabilium patrum regulis contraire, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φυσεως. *Καὶ προσεπάγει τούτοις·* Ὁ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου καθήμενος, ἐν φάτνῃ τίθεται· ὁ ἀναφὴς καὶ ἁπλοῦς καὶ ἀσώματος χερσὶν ἀνθρωπίναις εἱλίσσεται· ὁ τὰ τῆς ἁμαρτίας ἀνασπῶν δεσμὰ, σπαργάνοις ἐμπλέκεται.

ADMONITIO EDITORIS.

Perbrevem hic lacunam occurrere nemini sane mirum videbitur, quandoquidem Ecclesiæ Latinæ præstantissimi doctores DD. Augustinus, Leo Magnus, Cassianus aliique suapte lingua vernacula in describendis operibus suis usi sunt, unde ipsorum de nostro Doctore testimonia juxta Latinam versionem Græce hic apponere nobis non licuit.

CŒLESTINI PAPÆ EPIST. AD CLERUM ET POPULUM CP. CONCILIORUM TOMO III, P. 365. C.

[288] Τί οὐκ ἐνέβαλε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἡ παίδευσις τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπισκόπου Ἰωάννου; οὗ ὁ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη, οἰκοδομῶν τὴν καθολικὴν πίστιν, ὃς οὐδαμοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἀπῆν· ὅπου γὰρ δήποτε ἀνεγνώσθη, ἐκήρυξε.

THEODORETI DIALOG. I, T. IV, P. 31 ET 32.

Ἰωάννην δὲ τὸν μέγαν τῆς οἰκουμένης λαμπτῆρα, ὃς πρῶτον μὲν τὴν Ἀντιοχέων φιλοτίμως ἠρδευσεν Ἐκκλησίαν, εἶτα τὴν βασιλεύουσαν σοφῶς ἐγεώργησεν, οὐχ ἡγῇ τὸν ἀποστολικὸν τετηρηκέναι κανόνα;..... Οὗτος οὖν ὁ πάντα ἄριστος τόδε τὸ ἀποστολικὸν ἡρμήνευσε χωρίον· ὧδε δέ φησιν· « Ὥστε, ὅταν ἀκούσῃς, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, μὴ θορυβηθῇς μηδὲ καταπέσῃς; Οὐ γὰρ ἡ οὐσία μετέπεσεν εἰς σάρκα· τοῦτο γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν· ἀλλὰ μένουσα ὅπερ ἐστὶν, οὕτω τοῦ δούλου τὴν μορφὴν ἔλαβεν, » κ. τ. λ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SUIDAS ET GUILLELMUS PASTRENGICUS.

[289] Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος πρεσβύτερος μὲν ἐν πρώτοις Ἀντιοχείας, Εὐσεβίου δὲ τοῦ Ἐμεσηνοῦ φιλοσόφου καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος. Οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν οἱ περὶ ἱερωσύνης ὑπερβάλλουσι λόγοι τῷ τε ὕψει καὶ τῇ φράσει καὶ τῇ λειότητι καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων. Τούτοις ἐφάμιλλοι καὶ οἱ εἰς τοὺς Ψαλμοὺς τοῦ Δαυὶδ λόγοι, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου σημασία, καὶ τὰ εἰς τὸν Ματθαῖον καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. Τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ συγγράμματα κρείττονα ἀριθμοῦ τυγχάνει. Ἅπασαν γὰρ Ἰουδαϊκὴν Γραφὴν καὶ Χριστιανικὴν ὑπεμνημάτισεν ὡς ἄλλος οὐδείς. Τὰς τῶν μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπηύξησεν ἐν τῷ σχεδιάζειν ἀνεμποδίστως, καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καταῤῥεῖν ὑπὲρ τοὺς Νειλῴους καταῤῥάκτας. Οὐδεὶς οὖν τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιαύτην λόγων ηὑπόρησεν εὕροιαν, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλούτησε, καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦν τε καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα. Τῶν δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἀνθρώπου, Θεοῦ δὲ μᾶλλον τοῦ τὰ πάντα γινώσκοντος. Οὗτος ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἀσκητὴς ἦν ἄκρος καὶ πολυάγρυπνος καὶ φιλήσυχος λίαν, καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης εὐπαῤῥησίαστος καὶ ἀκρόχολος· θυμῷ γὰρ μᾶλλον, ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο, καὶ ἐλευθεροστομίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐκέχρητο. Καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν, ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικός τις καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσι. Διὸ καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς, μείζονι ὀφρῦϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διόρθωσιν ἑκάστου καὶ σωτηρίαν καὶ τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. Οὐ τοίνυν, εἰ μή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα νομιστέον εἶναι· οὐδ' αὖ πάλιν, εἰ κόλαξ εἴη καὶ ἀγεννὴς, τοῦτον μετριόφρονα λεκτέον· ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα, μεγαλόψυχον μὲν εἶναι προσήκει, οὐχ ὑπερήφανον, ἀνδρεῖον, οὐ θρασὺν, ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ, μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον, ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη· [290] ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· *Διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον· ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον οὐδὲ κόλακα καὶ ὑβριστὴν, ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀνάμεστον, εἰδότα καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἀπαιτῇ τοῦτο ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις, καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. Οὐ γὰρ ἐπὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἄπασι δέον· ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν ἐπὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλὸν, μηδὲ κυβερνήτῃ μίαν ὁδὸν ἰέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. Ἐντόνου οὖν ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνθέξειν καὶ τοιαύτην ζάλην καὶ τοσαῦτα κύματα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι πάντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. Καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον καὶ ἄτυφον καὶ φοβερὸν καὶ προσηνῆ καὶ ἀρχοντικὸν καὶ κοινωνικὸν καὶ ἀδέκαστον καὶ θεραπευτικὸν καὶ ταπεινὸν καὶ ἀδούλωτον καὶ φαιδρὸν καὶ ἥμερον, ἵνα ταῦτα εὐκόλως δύνηται μάχεσθαι. Οὐκοῦν δεῖ τὸν ἐναργέστατον καὶ ἐχέφρονα φεύγειν τὸ κολακεύειν καὶ κολακεύεσθαι, μήτε ἀλαζονικὸν εἶναι μήτε κόλακα, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν· καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς χρηστοὺς ταπεινὸν ὑπάρχειν δεῖ, πρὸς δὲ θρασεῖς ὑψηλόν. Ἐπείπερ οἱ μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται, οἱ δὲ ἀνδρείαν θρασύτητα· ἐκείνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην προσφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρείαν, σβεννύουσαν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν· ἵνα τοὺς μὲν ὠφελήσῃς, τῶν δὲ ταπεινώσῃς τὸ φρόνημα. Καιρὸς γὰρ τῷ παντὶ πράγματι, φησὶ Σολομῶν· τουτέστι, ταπεινότητος, ἐξουσίας, ἐλέγχου, παρακλήσεως, φειδοῦς, παῤῥησίας, χρηστότητος, ἀποτομίας, καὶ ἁπαξαπλῶς παντὸς πράγματος· ὥστε ποτὲ μὲν τὸ τῆς ταπεινότητος δεικνύειν, καὶ μιμεῖσθαι ἐν ταπεινώσει τὰ παιδία κατὰ τὴν Κυριακὴν φωνήν· ποτὲ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἣν ἔδωκεν ὁ Χριστὸς εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τὴν παῤῥησίαν· καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν ἐνδείκνυσθαι, ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας τὸν ζῆλον ἐμφαίνειν· καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ὁμοίως τὸν ἔγκριτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι.* Λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα. Καὶ Ἰσίδωρος δέ· *Τὸν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ φοβερὸν, ἵν' οἱ μὲν εὖ βιοῦντες θαῤῥοῖεν, οἱ δ' ἁμαρτάνοντες ὀκνοῖεν· θάτερον γὰρ θατέρου χωρὶς ἀναρχία μᾶλλόν ἐστιν, ἡ ἀρχή. Εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπειθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἔδει μόνης· εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀγαθοί εἰσι καὶ κακοὶ, ἀμφότερα καταχειριστέον τῷ ἄρχοντι καὶ προϊσταμένῳ.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VIGILII TAPSENSIS EPISC. CONTRA EUTYCHETEM LIB. I, CAP. 15.

Unde hortamur omnes homines nefandæ hujus perfidiæ sectatores, dum vita manet, dum pœnitere licet, erroris sui mutare sententiam, et Gregorii potius atque Basilii, Theophili quoque et Joannis civitatis constantinopolitanæ opinatissimi antistitis, necnon et Cyrilli alexandrini episcopi, et aliorum quamplurimorum, qui antiquitus in Ecclesia floruerunt, super utriusque naturæ proprietate sectari doctrinam, quorum eis de hac re sententias extrinsecus offerimus perlegendas.

SUIDAS ET GUILLELMUS PASTRENGICUS.

« Joannes Antiochenus (inquit Suidas) cognomento Chrysostomus, principio presbyter fuit Antiochiæ, Eusebii Emeseni philosophi et Diodori discipulus. Hic multa scripsisse narratur, in quibus excellunt libri de Sacerdotio, tum sublimitate et stylo, tum suavitate et elegantia verborum. Cum his concertant sermones ejus in Davidis Psalmos, et annotationes in Joannis Evangelium, et in Matthæum, Marcum et Lucam Commentarii. Cætera vero ejus scripta numerum superant. Totam enim judaicam et christianam Scripturam commentariis illustravit, ut alius nemo. Plurimas etiam in laudem martyrum sæpe ex tempore habuit ille, cujus linguæ profluvium ipsas Nili cataractas superabat. Nullus ab omni ævo tanta dicendi copia abundavit, quanta ille præditus fuit : adeo ut solus merito aureum illud et divinum nomen consecutus sit. Scriptorum ejus numerum recensere non hominis esset, sed Dei potius, qui omnia cognoscit. Hic S. Joannes Chrysostomus asceta fuit summus, multumque vigilabat, et quietis erat amantissimus, et ob summum temperantiæ zelum in dicendo liberrimus erat et ad iram proclivis : iræ enim magis, quam pudori obsequebatur, et immodica dicendi libertate adversus auditores utebatur. In docendo utilissimus, in congressibus arrogantia et fastu præditus videbatur iis qui eum non norant. Quamobrem etiam episcopus designatus majore supercilio in subditos utebatur, ad singulorum emendationem et salutem et mores sermonem accommodans. Si quis ergo adulator non fuerit, non ideo arrogans existimandus ; si quis vero adulator sit, et humilis genere, non ideo modestus vocandus est : sed eum qui in convenienti ordine, qui libero convenit, sese conservat, magnanimum esse oportet, non superbum ; fortem, non audacem ; comem, non servilis animi ; modestum, non humilitatis simulatorem ; liberalem, non sordidum ; ut et ipse dicit : « Quare varium esse decet pastorem et doctorem ; varium dico, non subdolum, nec adulatorem, nec contumeliosum, sed multa in dicendo libertate plenum, qui sciat utiliter morem gerere, quoties ipsa res hoc requirit, lenemque simul et austerum esse : non enim cum subditis omnibus so pari modo gerere debet. Nam neque medicos decet ægrotis omnibus idem medicamentum præbere, neque gubernatorem eumdem cursum tenere, ventis reflantibus. Cogita ergo qualem deceat esse illum, quem tantæ procellæ et tempestati ac tot fluctibus resistere oporteat ; ut omnibus omnia sit, et omnes lucretur. Etenim talem virum oportet esse gravem et fastus expertem, formidabilem et mansuetum, imperiosum et sociabilem, incorruptum et obsequii plenum, humilem nec servilem, hilarem et mansuetum, ut hæc certamina facile conficere possit. Oportet igitur virum strenuum et prudentem cavere, ne vel aduletur, vel adulantem ferat, neve arrogans sit vel adulator ; sed ut utrumque vitium recidat ; ut liber sit, nec in arrogantiam deflectat, nec ad servile obsequium se demittat. Nam cum mansuetis humilem oportet esse, cum audacibus vero altos spiritus sumere. Etenim quidam putant mansuetudinem esse virtutem ; alii fortitudinem esse audaciam. Cum illis humilitate utendum est, cum his vero fortitudine, quæ audaciæ illorum gloriam exstinguat ; ut illis prosis, horumque spiritus deprimas. Nam, ut ait Salomon, *Unicuique rei suum est tempus* (*Eccli.* III, 1) ; id est, humilitati, potentiæ, reprehensioni, consolationi, veniæ, dicendi libertati, lenitati, severitati : et uno verbo, rebus omnibus : ut modo quidem humiliter te geras et submissione pueros imiteris, secundum Domini præceptum ; aliquando potestate utaris, quam dedit Christus ad ædificationem, non ad destructionem, quando dicendi libertate opus est : et tempore quidem consolationis, lenitatem ostendere oportet ; in tempore autem objurgationis, zelum demonstrare : et in omnibus aliis rebus justam judicii et rationis normam adhibere oportet. Justorum enim ratiocinia judicia sunt » *Et Isidorus Pelus. dicit* (*Lib.* V, *epist.* 158) : « Principem oportet esse justum et formidabilem, ut boni quidem securi sint, peccatores vero deterreantur. Nam alterum sine altero imperii eversio potius est quam imperium. Si enim omnes obsequerentur et virtutem colerent, sola bonitate opus esset ; sin autem peccatis dediti essent, timore tantum : quia vero et boni sunt et mali, utramque rationem adhibere debet is qui populo præest. »

Innumeros possemus adjicere scriptores medii et infimi ævi qui de sancto Joanne Chrysostomo luculenta tulere testimonia ; sed ne longius procedamus, unum tantum Guillelmi Pastrengici Veronensis, Petrarchæ amici, locum afferemus, ubi quædam habentur notatu digna.

De eo hæc habet Guillelmus Pastrengicus Veronensis, Francisci Petrarchæ amicus, cui ille octo epistolas misit cum aliis Petrarchæ epistolis typis editas. Librum autem emisit Guillelmus hoc titulo, *De Scripturis virorum illustrium* : vir certe ut illa ætate admodum eruditus, qui de scriptoribus præsertim medii ævi multa docet non spernenda. Editus autem fuit hic liber Venetiis a Michaele Angelo Blondo anno 1547 ; sed cum innumeris mendis : emi autem casu librum illum Venetiis, qui universis pene ignotus est, exemplarque meum in locis multis emendavi conferendo cum Codice Vaticano, et cum altero Bibliothecæ Ottobonianæ. Hæc autem, inquam, habet ille de S. Joanne Chrysostomo.

« Joannes Chrysostomus, antiochenæ Ecclesiæ presbyter, deinde Constantinopolis episcopus, vir in divina et humana philosophia præcipuus, in disputationibus perspicax, in confutandis hæreticorum erroribus acer ; de quo beatus Hieronymus, libro de Viris illustribus, loquens, ait : « Joannes, antiochenæ Ecclesiæ presbyter, Eusebii Emeseni Diodorique sectator, multa composuisse dicitur, quæ tamen non legi. » Et alibi ad beatum Augustinum scribens : « Quid dicam de Joanne, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, et super Epistolam ad Galatas latissimum exaravit librum ? » Scripsit hic venerandus Dei antistes super toto veteri et novo Testamento Expositionum libros : Commentarios in Matthæum distinctos per homilias 90 : super Joannem homilias 88 : super Epistolas libros singulos per sermones distinctos : in Epistolam ad Hebræos 34 condidit homilias : super Genesim librum quæstionum : de laudibus Pauli apostoli homilias 7 : contra arianorum hæresim fortissimos libros : contra simoniacos, contra Marcionem, Cerinthum, Ebionem, Archemonem atque Photinum, qui eorum suscitavit hæresim : contra Apollinarem librum 1 : contra manichæos insigne volumen : con-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tra omnes hæreticos super parabola seminis longum opus et elegans : tractatum unum in Thomam apostolum, in quo adversus arianos fortissime disputat : super Cantica canticorum libros duos : item vitam sancti Meletii episcopi antiocheni : de vestibus legalibus sacerdotum et Levitarum, et de ornatu summi pontificis Veteris Testamenti volumen egregium : de humilitate in lotione pedum tractatum unum : contra eos qui ad missas non occurrunt tractatum unum : de virginitate : de pœnitentia : de fide : de patientia : de confessione : de eleemosyna tractatus plures. Homilias et sermones per totam quadragesimam : sermonem declamatorium in decollationem sancti Joannis Baptistæ : item in laudem beatæ Virginis mira suavitate fragrantes : adversus Arabas de resurrectione mortuorum libros duos, qui dicebant animas mori cum corpore : item contra Judæos librum unum : item adversum Gentes in modum dialogi grande et insigne volumen : de ordine et officio sacerdotis librum unum. Hymnos et orationes et alia plura metra edidit apud Græcos, et quanquam latino fulserit eloquio, plurimum tamen scripsit in græco Theodosii Magni temporibus. »

In hac recensione quædam Joanni Chrysostomo adscribit, quæ inter opera ejus nunquam censeri potuisse videntur : alia vero, quæ nusquam alibi commemorantur, quæque vel latent alicubi, vel fortasse perierunt : qualia sunt liber ille contra Apollinarem et libri duo alii de Resurrectione mortuorum contra Arabas, qui dicebant animas mori cum corpore.

De hoc autem postremo opere multa nobis observanda sunt (*a*). Ait Eusebius Arabes dixisse animas mori cum corpore, et cum eo resurrecturas fuisse, et contra hanc hæresim coactam fuisse synodum, cui adfuit Origenes. Sæpe vidimus Chrysostomum perorantem adversus multos ex auditoribus, qui resurrectionem omnino negabant : quique tunc magno numero Antiochiæ fuisse videntur ; nusquam autem me ipsum legisse memini confutantem eos qui dicerent animas cum corpore morituras et cum eo resurrecturas esse, vel Arabes idipsum docentes aggredientem. Tamenque Guillelmus Pastrengicus libros illos duos de Resurrectione mortuorum adversus Arabes, qui dicebant animas mori cum corpore, se vidisse commemorat Joannis Chrysostomi nomine ; omninoque illi fides habenda videtur. Multa certe quotidie ex tenebris eruuntur Joannis Chrysostomi opera, ut videre est in hac nostra S. doctoris operum collectione, ubi in tomo duodecimo undecim præclaras homilias, quæ hactenus latuerant, emisimus, in aliisque tomis non paucas. Hos vero libros edidisse potuit, sive quia Arabes suo ævo adhuc in pristino errore perstabant, sive quia nonnulli Antiocheni Arabibus vicini, veterem illum Arabum errorem renovare videbantur.

Quod vero adjicit in fine Guillelmus Pastrengicus : *Et quanquam latino fulserit eloquio, plurimum tamen scripsit in græco Theodosii magni temporibus*, nescio unde expiscatus est ; nihil enim latine scripsisse Chrysostomum putant omnes qui scripta ejus accurate legerunt. Forte existimavit ille sanctum doctorem latino fulsisse eloquio, quia viderat opus imperfectum in Matthæum, quod Chrysostomi nomine circumfertur, latine scriptum, quodque Chrysostomi non esse pugnant hodie eruditi omnes.

(*a*) Hist. eccl. p. 133, edit. H. Valesii.

FR. MATTHÆI DE CHRYSOSTOMO ORATORE BREVE JUDICIUM.

Homiliarum Chrysostomi duo sunt omnino genera. In aliis enim deinceps suo ordine integros litterarum sacrarum libros tractat. Hic in singulis homiliis (*a*) proponit partem ejus modi libri, eamque in priore parte homiliæ explicat, ac interdum eadem bis terve resumit et retractat. Secunda pars morum doctrinam spectat, sumpta dicendi materia aut a verbis quæ exposuit, sæpiusque ex paucis et uno ; aut a tempore, a personis, a rebus, quæ tunc gerebantur, ita etiam interdum, ut coacta et detorta videatur oratio. Hinc frequentes illæ disputationes contra theatra, ludos circenses, artes magicas, jusjurandum (*b*), superstitionem, libidinem, luxum, contra eos qui in ecclesia inter se confabulabantur, ridebant, saltabant, imo etiam marsupia (*c*) succidebant, et contra alia effeminati, mollis, effreni et ad interitum ruentis seculi, veri fidem et modum omnem excedentia vitia. Alterum genus homiliarum aut ecclesiasticas lectiones Evangeliarii et Apostoli exponit, aut habitum est in certis diebus festis, item variis temporum, rerumque vicissitudinibus et casibus. In his plerumque amplior est oratio et ornatior. Quod inventionem, in secundo maxime genere, attinet, hic nemo Chrysostomi desiderabit ingenium, sæpe vero luxuriam accusabit, modum excessisse culpabit, facilitatem et probabilitatem inventionis requiret. Dispositionem primi generis homiliæ, ut dixi, eamdem omnes habent. Ex altero genere paucissimæ subtiliter sunt dispositæ : haud raro propositionem etiam mutat, vel latiorem, vel angustiorem vocabulis subjiciens notionem. Accedit, quod multoties inter ipsa argumenta ad alia delabitur : ægre enim exultans ingenium compescere potuit. Supellectilem autem oratoriam, flores dico et pigmenta, ubique secum omnem circumfert, ut credas, hominem, expugnata Constantinopoli, aufugisse cum omnibus suis opulentiæ regiæ luxusque et magnificentiæ copiis. Reprehenditur etiam partium inæqualitas. Modo exordium (*a*) dimidiam partem orationis abstulit, modo brevis argumentorum tractatio ingentem post se trahit sermocinationem. In priori (*b*) genere, cum dicta Litterarum sacrarum explicantur, elocutio interdum non tam tenuis et subtilis est, quod merito probaretur, sed lenta, supina, negligens, fastidium a repetitionibus afferens. In altero genere, sæpius nimis quæsita est elocutio, continuis ac dissimilibus translationibus referta, floribus multis et discoloribus obsita, ad ostentationem et aurium voluptatem composita, mole laborans, inflata, tumens et, ut ipsius verbis utar, βρύουσα, βριθουσα, κομῶσα, σφριγῶσα. Epistolas Chrysostomi nemini magno opere commendaverim, nisi iis, qui historiam exilii ejus cupiunt cognoscere. Paucæ, eæque longiores, ad Olympiadem, inter reliquas excellunt ; sed excedunt epistolarum modum. Pleræque et sententiis et verbis sunt inter se similes. *Patheticum*, quod epis-

(*a*) Ab hac norma tamen recedit in homiliis plerisque in Genesim. Hic enim exordium et peroratio morum præcepta tractant, media pars orationis explicat sensum Litterarum sacrarum. Interdum etiam in exordio retractat ea quæ antea jam exposuerat. In homiliis in Psalmos verba textus per partes recitat, breviter explicat, ac continuo singulis partibus nectit adhortationes, ita ut in eadem homilia plura ac diversa argumenta ethica occurrant.

(*b*) Contra jusjurandum pluribus deinceps disputat homiliis, t. II, inde a pag. 57, E.

(*c*) Vide tom. I, p. 479, B, seqq.

(*a*) Propter longiora exordia se excusat t. III, p. 81, C ; p. 85, A ; p. 115, D ; p. 120, A ; t. IV, p. 246, C, et alibi.

(*b*) Iis, qui nondum assueti sunt orationi Chrysostomi, si tamen exegetica ejus in Nov. Testamentum legere velint, auctor sim, ut a commentario in Epistolam ad Galatas incipiant, desinant in commentarium in Actus, qui est omnium infimus. Minori quidem cura commentarium in Epistolam ad Galatas elaboratum dicit Montefalconius, sed cura profecto est eadem, et oratio multo est pressior et adstrictior. In interpretatione Vet. Testamenti sibi est dissimilior, Origene tamen multo superior ; tametsi hic, nescio utrum dicam Hebraice, an Hebraica, apprime caluisse credatur. Equidem certe ex istius scriptis hoc discere non potui, nec Huetius.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tolas familiares imprimis commendat, in his partim cernitur in solis vocabulis formulisque vulgaribus, partim, ut fictum et studio quæsitum displicet. Sed hæc de vitiis ejus, quæ magnis virtutibus in singulis fere orationibus compensat. Modo enim subtiliter docet, modo acerrime pugnat, modo proprie et eleganter, modo copiose et ornate dicit, modo acumine et ingenio delectat, modo fulmine et tonitru terret. Ad hæc, (*a*) morum, quos oratione exprimit, honestas; sententiarum gravitas et sublimitas; animus, vitiorum, voluptatum, rerum humanarum contemptor, pius et religionis acerrime studiosus. Ac profecto, si Athenis aut Romæ, modestis hominum et compositis moribus et inter auditores graves veræque eloquentiæ æstimatores et judices dixisset, simillimum enim haberemus Æschini et Ciceroni, post quos secundas ferre tertiasve ipsi honestum est.

(*a*) Uti enim inter oratores græcos, non Christianos, civili virtute commendanda nemo honestate antecellit Isocratem : ita Chrysostomus, post Christum et apostolos, de virtute Christiana dicens, neminem inter Christianos græcos, ne dicam inter latinos, gravitate superiorem aut similem habet.

CATALOGUS

OPERUM OMNIUM CHRYSOSTOMI

SECUNDUM ORDINEM EDITIONIS MORELLI,

COLLATÆ

CUM HAC NOVA EDITIONE MONTEFALCONIANA.

Index operum tomi primi Morellianæ editionis.

Ad populum antiochenum de statuis homiliæ 21. — In editione Mtf. tom. II, p. 15, homiliæ undeviginti eadem serie habentur.

1. In illud I ad Timoth. V, *Vino modico utere*, p. 1. — Mtf. t. II, p. 15.

2. In illud I ad Timoth. VI, *Divitibus seculi præcipe*, p. 22. — Mtf. t. II, p. 33.

3. In profectionem Flaviani, p. 33. — Mtf. t. II, p. 47.

4. De patientia Job et trium puerorum, p. 55. — Mtf. t. II, p. 59.

5. De afflictione Job et Ninivitarum, p. 64. — Mtf. t. II, p. 67.

6. De magistratibus timendis, p. 80. — Mtf. p. 81.

7. De tristitia, et in illud Gen. III, *Adam, ubi es?* p. 93. — Mtf. t. II, p. 91.

8. Exhortatio ad virtutem, et in I Genes., *Deambulabat Deus*, etc., p. 100. — Mtf. t. II, p. 97.

9. De vitandis juramentis, et in Psalm. XVIII, *Cœli enarrant*, etc., p. 106. — Mtf. t. II, p. 105.

10. De mundi pulchritudine, etc., et de juramentis, p. 116. — Mtf. t. II, p. 111.

11. Exhortatio ad gratias agendas Deo, p. 126. — Mtf. t. II, p. 119.

12. De creatione hominis et de juramentis, p. 136. — Mtf. t. II, p. 127.

13. De creatione hominis rursus, etc., p. 147. — Mtf. t. II, p. 135.

14. De abstinentia a juramentis, etc., p. 156. — Mtf. t. II, p. 143.

15. De calumnitate Antiochiæ, et de juramentis, p. 168. — Mtf. t. II, p. 153.

16. De seditione civitatis, et in I ad Philem., *Paulus vinctus*, etc., p. 180. — Mtf. t. 2, p. 161.

17. De statuarum eversoribus, p. 192. — Mtf. t. II, p 171.

18. De jejunio, et in Philippens. III, *Gaudete in Dom*, p. 202. — Mtf. t. II, p. 178.

19. Ad agricolas et de juramentis, p. 212. — Mtf. t. II, p. 187.

20. In reditum Flaviani episc., p. 223. — Mtf. t. II, p. 211.

21. Catechesis ad illuminandos, p. 235. — Mtf. t. II, p. 231.

22. De simultate sive ira, p. 247. — In Mtf. est Hom. 20 ad Antiochenos, t. II, p. 197.

23. De observatione Noviluniorum, p. 264. — Mtf. t. I, p. 953.

24. De Christi baptismo, p. 275. — Mtf. t. II, p. 363.

25. De diabolo tentatore, p. 285. — Mtf. t. II, p. 257.

26. De incomprehensibili Dei natura I, p. 294. — Mtf. t. I, p. 701.

27. De incomprehensib. Dei nat. II, p. 302. — Mtf. t. I, p. 709.

28. De incomprehens. Dei nat. III, p. 316. — Mtf. t. I, p. 719.

29. De incomprehens. Dei nat. IV, p. 327. — Mtf. t. I, p. 727.

30. De incomprehens. Dei nat. V, p. 337. — Mtf. t. I, p. 735.

31. De beato Philogonio, p. 351. — Mtf. t. I, p. 747.

32. De consubstantiali, p. 360. — Mtf. t. I, p. 755.

33. De petitione filiorum Zebedæi, p. 374. — Mtf. t. I, p. 767.

34. Adversus Judæos I, p. 383. — Mtf. t. I, p. 843.

35. Adversus Judæos II, p. 401. — Mtf. t. I, p. 857.

36. Adversus Judæos III, p. 414. — Mtf. t. I, p. 861.

37. Adversus Judæos IV, p. 439. — Mtf. t. I, p. 871.

38. Adversus Judæos V, p. 454. — Mtf. t. I, p. 883.

39. Adversus Judæos VI, p. 467. — Mtf. t. I, p. 903.

40. De SS. Juventino et Maximo, p. 485. — Mtf. t. II, p. 571.

41. De S. Pelagia virgine, p. 491. — Mtf. t. II, p. 579.

42. In S. Ignatium, p. 498. — Mtf. t. II, p. 587.

43. De S. Romano martyre I, p. 508. — Mtf. t. II, p. 606.

44. De nativit. Machabæorum, p. 516. — Mtf. t. II, p. 617.

45. De S. Meletio antiocheno, p. 523. — Mtf. t. II, p. 515.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

46. De S. Luciano martyre, p. 530. — Mtf. t. II, p. 519.
47. De S. Juliano martyre, p. 535. — Mtf. t. II, p. 665.
48. De S. Romano martyre II, p. 546. — Mtf. t. II, p. 611.
49 De SS. Machabæis, p. 553. — Mtf. t. II, p. 617.
50. De SS. Machabæis, p. 556. — Mtf. t. II, p. 625.
51. De SS. Bernice et Prosdoce, p. 557. — Mtf. t. II, p. 629.
52. De S. Eustathio antiocheno, p. 571. — Mtf. t. II, p. 597.
53. De pœnitentia I. p. 579. — Mtf. t. II, p. 305.
54. De pœnitentia IV, p. 588.— Mtf. t. II, p. 299.
55. De pœnitentia V, p. 596.— Mtf. t. II, p. 325.
56. De pœnitentia VIII, p. 612.— Mtf. t. II, p. 313.
57. De pœnitentia IX, p. 623.— Mtf. t. II, p. 291.
58. De pœnitentia X, p. 632. — Mtf. t. II, p. 277.
De S. Babyla martyre, p. 641. — Mtf. t. II, p. 527.
Contra Gentiles liber I, p. 647. — Hic de S. Babyla agitur. Mtf. t. II, p. 533.
59. Contra Anomæos. VI, p. 698. — Mtf. t. I, p. 795.
60. Catechesis ad illuminandos, p. 705. — Mtf. t. II, p. 223.
61. De Fato et Providentia Dei orationes sex, I, p. 715. — Mtf. t. II. p. 749.
62. De Providentia II, p. 720. — Mtf. t. II, p. 753.
63. De fato III, p. 725. — Mtf. t. II. p. 757.
64. De fato IV, p. 728. — Mtf. t. II, p. 759.
65. De fato V, p. 735. — Mtf. t. II, p. 765.
66. De fato sive contra ingluviem VI, p. 740. — Mtf. t. II, p. 769.
67. De precatione I, p. 745. — Mtf. t. II, p. 775.
68. De precatione II, p. 751. — Mtf. t. II, p. 779.
69. In SS. Petrum et Heliam, p. 758. — Mtf. t. II, p. 725.
70. In martyres ægyptios, p. 770. — Mtf. t. II, p. 693.
71. De S. Phoca martyre, p. 775. — Mtf. t. II, p. 697.
72. De S. Thecla virgine, p. 782. — Mtf. t. II, p. 745.
73. De S. Barlaam martyre, p. 785. — Mtf. t. II, p. 675.
74. De SS. martyribus totius orbis p. 792. — Mtf. t. II, p. 705.
75. De beato Abraham, p. 799. — Mtf. t. II, p. 737.
76. De anathemate, p. 803. — Mtf. t. I, p. 945.
77. De pœnitentia et continentia, p. 809. — Est Joannis Jejunatoris.

Index operum tomi secundi Morellianæ editionis.

Homiliæ 57 in Genesim, p. 1 usque ad p. 725. — Mtf. t. IV, p. 21-580.
Homiliæ aliæ novem in Genesim, t. II, p. 725. — Mtf. t. IV, p. 581-630.
1. * In illud, *In principio creavit Deus*, etc., et de jejunio et eleemosyna, Sermo I, p. 725.
2. * Cur in sole, etc., dixerit, *Fiat*, in homine autem, *Faciamus*, Sermo II, p. 732.
3. * Quid sit, *Ad similitudinem*, et cur non dominemur, Sermo III, p. 736.
4. * Quod servitutis tria genera induxerit peccatum, Sermo IV, p. 740.
5. * Quod non propter Adamum punimur, Sermo V, p. 747.
6. * De ligno scientiæ, etc., itemque de jejunio, etc., Sermo VI, p. 754.
7. * Quare lignum scientiæ boni et mali vocetur; et in illud, *Hodie mecum eris*, etc. Sermo VII, p. 758.
8. * In conventum episcoporum, etc., Sermo VIII, p. 769.
9. * Quare Abram vocatus sit Abraham, etc., Sermo IX, p. 775.
In Annam sermones 5, p. 784-840. — Mtf. t. IV, p. 651-676.
1. Quod oporteat jejunii meminisse, et de Anna sermo I, p. 784.
2. De Anna sermo II, p. 797.
3. De Anna sermo III, p. 809.
4. De Anna sermo IV, p. 820.
5. Adversus eos qui in festis tantum conveniunt, itemque de Anna sermo V, p. 832.
De Davide et Saüle sermones 3, p. 841. 881. — Mtf. t. IV, p. 675-708.
1. De Davide et Saüle sermo I, p. 841.
2. Quod David majus tropæum erexit parcendo Saüli, etc., Sermo II, p. 854.
3. Quod periculosum sit adire spectacula, itemque de tolerantia Davidis, sermo III, p. 864.
De ignavia, et quod diabolus homini nocere non possit, Sermo cujus initium, Ἡμεῖς μὲν πρὸ τῆς χθὲς ἡμέρας περὶ τοῦ διαβόλου, p. 882. — Mtf. t. II, p. 263.

Index operum tomi tertii Morellianæ editionis.

In Psalmum 3. p. 3. — Mtf. t. V, p. 35.
In Psalm. 4. p. 8. — Mtf. t. V, p. 39.
In Psalm. 5. p. 34. — Mtf. t. V, p. 60.
In Psalm. 6. p. 46. — Mtf. t. V, p. 71.
In Psalm. 7. p. 58. — Mtf. t. V, p. 80.
In Psalm. 8. p. 88. — Mtf. t. V, p. 106.
In Psalm. 9. p. 106. — Mtf. t. V, p. 121.
In Psalm. 10. p. 128. — Mtf. t. V, p. 140.
In Psalm. 11. p. 134. — Mtf. t. V, p. 144.
In Psalm. 12. p. 140. — Mtf. t. V, p. 149.
In Psalm. 41. p. 145. — Mtf. t. V, p. 155.
In Psalm. 43. p. 160. — Mtf. t. V, p. 167.
In Psalm. 44. p. 178. — Mtf. t. V, p. 182.
In Psalm. 45. p. 203. — Mtf. t. V, p. 205.
In Psalm. 46. p. 208. — Mtf. t. V, p. 208.
In Psalm. 47. p. 219. — Mtf. t. V, p. 216.
In Psalm. 48. p. 226. — Mtf. t. V, p. 222.
In Psalm. 49. p. 248. — Mtf. t. V, p. 240.
In Psalm. 108. p. 269. — Mtf. t. V, p. 258.
In Psalm. 109. p. 277. — Mtf. t. V, p. 264.
In Psalm. 110. p. 294. — Mtf. t. V, p. 279.
In Psalm. 111. p. 308. — Mtf. t. V, p. 290.
In Psalm. 112. p. 319. — Mtf. t. V, p. 299.
In Psalm. 113. p. 325. — Mtf. t. V, p. 304.
In Psalm. 114. p. 337. — Mtf. t. V, p. 315.
In Psalm. 115. p. 342. — Mtf. t. V, p. 319.
In Psalm. 116. p. 352. — Mtf. t. V, p. 327.
In Psalm. 117. p. 354. — Mtf. t. V, p. 328.
In Psalm. 119. p. 365. — Mtf. t. V, p. 338.
In Psalm. 120. p. 371. — Mtf. t. V, p. 344.
In Psalm. 121. p. 375. — Mtf. t. V, p. 347.
In Psalm. 122. p. 380. — Mtf. t. V, p. 351.
In Psalm. 123. p. 382. — Mtf. t. V, p. 352.
In Psalm. 124. p. 384. — Mtf. t. V, p. 356.
In Psalm. 125. p. 391. — Mtf. t. V, p. 360.
In Psalm. 126. p. 394. — Mtf. t. V, p. 362.
In Psalm. 127. p. 397. — Mtf. t. V, p. 365.
In Psalm. 128. p. 404. — Mtf. t. V, p. 361.
In Psalm. 129. p. 406. — Mtf. t. V, p. 373.
In Psalm. 130. p. 411. — Mtf. t. V, p. 377.
In Psalm. 131. p. 414. — Mtf. t. V, p. 379.
In Psalm. 132. p. 420. — Mtf. t. V, p. 384.
In Psalm. 133. p. 422. — Mtf. t. V, p. 386.
In Psalm. 134. p. 424. — Mtf. t. V, p. 387.
In Psalm. 135. p. 439. — Mtf. t. V, p. 399.
In Psalm. 136. p. 445. — Mtf. t. V, p. 405.
In Psalm. 137. p. 449. — Mtf. t. V, p. 407.
In Psalm. 138. p. 453. — Mtf. t. V, p. 411.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In Psalm. 139. p. 463. — Mtf. t. V, p. 419.
In Psalm. 140. p. 471. — Mtf. t. V, p. 426.
In Psalm. 141. p. 489. — Mtf. t. V, p. 442.
In Psalm. 142. p. 494. — Mtf. t. V, p. 446.
In Psalm. 143. p. 506. — Mtf. t. V, p. 457.
In Psalm. 144. p. 515. — Mtf. t. V, p. 464.
In Psalm. 145. p. 525. — Mtf. t. V, p. 472.
In Psalm. 146. p. 528. — Mtf. t. V, p. 475.
In Psalm. 147. p. 531. — Mtf. t. V, p. 478.
In Psalm. 148. p. 539. — Mtf. t. V, p. 484.
In Psalm. 149. p. 548. — Mtf. t. V, p. 493.
In Psalm. 150. p. 551. — Mtf. t. V, p. 495.
Commentarius in Isaiam prophetam, p. 554. — Mtf. t. VI, p. 11.
In locum Psalmi 44, *Adstitit Regina a dextris tuis*, p. 666. — Mtf. t. III, p. 395.
In locum Psalmi 48, *Ne timueris, cum dives factus*, p. 689. — Mtf. t. V, p. 499.
In eumdem locum, et de eleemosyna, p. 705. — Mtf. t. V, p. 512.
In locum Psalmi 145, *Lauda, anima mea, Dominum*, p. 712. — Mtf. t. V, p. 519.
In locum Isaiæ VI, *Vidi Dominum sedentem*, Hom. 1, p. 725. — Mtf. t. VI, p. 97.
In eumdem locum Isaiæ VI, *Vidi Dominum*, Hom. 2. p. 735. — Mtf. t. VI, p. 107.
In eumdem locum, et in II Paralipom., *Elatum est cor Oziæ*, Hom. 3, p. 741. — Mtf. t. VI, p. 112.
In eumdem Isaiæ locum. Hom. 4, p. 750. — Mtf. t. VI, p. 120.
In eumdem locum Isaiæ, et de Ozia, Hom. 5. p. 762. — Mtf. t. VI, p. 129.
In Seraphim Homilia, p. 768. — Mtf. t. VI, p. 135.
De verbis Isaiæ XLV, *Ego Dominus feci lumen*, p. 776. — Mtf. t. VI, p. 141.
In locum Jeremiæ X, *Non est in homine via*, p. 789. — Mtf. t. VI, p. 153.
De Prophetiarum obscuritate, Hom. 1, p. 799. — Mtf. t. VI, p. 163.
De obscuritate Veteris Testamenti, Hom. 2, p. 813. — Mtf. t. VI, p. 175.
In Psalm. 13, p. 833. — Mtf. t. V, p. 549.
In reliqua ejusdem Psalm. 50, p. 862. — Mtf. t. V, p. 575.
In Psalm. 51. p. 884. — Mtf. t. V, p. 589.
In Psalm. 95. p. 892. — Mtf. t. V, p. 619.
In Psalm. 100. p. 906. — Mtf. t. V, p. 629.

Index Operum tomi quarti Morellianæ editionis.

De sacerdotio libri sex, p. 1. — Mtf. t. I, p. 623.
De compunctione ad Demetrium liber, p. 98. — Mtf. t. I, p. 393.
De compunctione ad Stelechium libri II, p. 121. — Mtf. t. I, p. 411.
De Providentia Dei ad Stagirium libri III, p. 137. — Mtf. t. I, p. 423.
Quod regulares feminæ viris cohabitare non debent, p. 225. — Mtf. t. I, p. 513.
In eos qui sorores adoptivas habent, p. 247. — Mtf. t. I, p. 495.
De virginitate, p. 273. — Mtf. t. I, p. 533.
Adversus vitæ monasticæ vituperatores libri III, p. 353. — Mtf. t. I, p. 319.
Comparatio regis et monachi, p. 449. — Mtf. t. I, p. 587.
Ad viduam juniorem, p. 456. — Montf. t. I, p. 599.
Ad eamdem, de conjugio non iterando, p. 469. — Mtf. t. I, p. 609.
In Eutropium eunuchum sermo, p. 481. — Mtf. t. III, p. 391. In Eutropium, II. p. 395.
De pœnitentia homil. tertia, p. 487. — Mtf. t. II, p. 335.
Quod nemo lædituri nisi a scipso, p. 498. — Mtf. t. III, p. 459.
Liturgia sive missa, p. 522. — Liturgiam dedit Mtf. sub finem t. XII, sed ex Savilio sumptam.
Ad Theodorum lapsum parænescs duæ, p. 545. — Mtf. t. I, p. 277.
Cum presbyter esset ordinatus sermo, p. 854. — Mtf. t. I, p. 693.
Antequam iret in exsilium sermo, p. 842. — Mtf. t. III, p. 427.
Post reditum ab exsilio sermo, p. 848. — Mtf. t. III, p. 443.
Ad Innocentium, episc. romanum, epist. I, p. 593. — Mtf. t. III, p. 529.
Ad eumdem epist. II, p. 598. — Mtf. t. III, p. 535.
Ad episcopos in carcere inclusos, p. 600. — Mtf. t. III, p. 541.
Ad Olympiadem et alios diversos epist. 173, p. 603.
Ad diversos epist. 69, p. 794.
Hæ vero omnes epistolæ eodem ordine et numero quo in Morelliana editione ponuntur. Vide monitum ante has epistolas, quæ partem magnam tomi tertii ante finem occupant.

Index operum tomi quinti Morellianæ editionis.

In parabolam debitoris decem millium talentorum, p. 1. — Mtf. t. III, p. 17.
De Lazaro mendico sermo I, p. 18. — Mtf. t. I, p. 963.
De Lazaro sermo II, p. 42. — Mtf. t. I, p. 981.
De Lazaro sermo III, p. 54. — Mtf. t. I, p. 991.
De Lazaro sermo IV, p. 73. — Mtf. t. I, p. 1005.
In terræ motum et Lazarum, p. 87. — Mtf. t. I, p. 1027.
In paralyticum 38 annorum, p. 102. — Mtf. t. I, p. 801.
In illud, *Pater, si possibile est* (Matth. XXVI), p. 114. — Mtf. t. III, p. 31.
In illud, *Intrate per angustam* (Matth. VII), p. 125. — Mtf. t. I, p. 1043.
In illud, *Angusta est porta*, p. 137. — Mtf. t. III, p. 41.
De Lazaro quatriduano, p. 146. — Mtf. t. I, p. 779.
In inscriptionem Actorum, p. 151. — Mtf. t. III, p. 77.
De ferendis reprehensionibus, et in Acta, p. 164. — Mtf. t. III, p. 131.
De gloria in tribulationibus (Rom. V), p. 180. — Mtf. t. III, p. 155.
Diligentibus Deum omnia cooperari, p. 192. — Mtf. t. III, p. 165.
In illud, *Si esurierit inimicus tuus* (Rom. XII), p. 199. — Mtf. t. III, p. 171.
In illud, *Salutate Priscillam* (Rom. XVI), p. 216. — Mtf. t. III, p. 187.
In eumdem locum et de colendis sacerdotibus, p. 226. — Mtf. t. III, p. 195.
In illud, *Propter fornicationem autem* (I Cor. VII), p. 240. — Mtf. t. III, p. 207.
De libello repudii (I Cor. VII), p. 251. — Mtf. t. III, p. 217.
In illud, *Nolo vos ignorare, fratres* (I Cor. X), p. 260. — Mtf. t. III, p. 241.
In illud, *Oportet hæreses esse* (I Cor. XI), p. 273. — Mtf. t. III, p. 251.
De collatione in sanctos (I Cor. XVI), p. 283. — Mtf. t. III, p. 261.
In illud, *Habentes eumdem spiritum* (II Cor. IV), p. 296. — Mtf. t. III, p. 271.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

De iisdem verbis Apostoli, p. 308. — Mtf. t. III, p. 281.
De iisdem verbis Apostoli, p. 319. — Mtf. t. III, p. 289.
In illud, *Utinam sustineretis* (II Cor. XI), p. 332. — Mtf. t. III, p. 301.
In illud, *Sive occasione, sive veritate* (Philip. I), p. 343. — Mtf. t. III, p. 309.
Laus Maximi, et quales ducendæ uxores, p. 355.— Mtf. t. III, p. 225.
In illud, *De dormientibus nolo vos ignorare* (I Thess. IV), p. 375. — Mtf. t. I, p. 1017.
In illud, *Vidua eligatur non minus sexaginta* (I Tim. V), p. 387. — Mtf. t. III. p. 321.
De proditione Judæ et de paschate, p. 406.— Mtf. t. II, p. 373.
In Christi Natalem, p, 417.—Mtf. t. II, p. 351.
In cœmeterii appellationem et crucem, p. 431. — Mtf t. II, p. 393.
De cruce et confessione latronis, p. 437.—Mtf. t. II, p. 399.
De resurrectione mortuorum, p. 450 (sic). — Mtf. t. II, p. 417.
De Resurrectione Christi, p. 447. — Mtf. t. II, p. 433.
De Ascensione Christi, p. 457. — Mtf. t. II, p. 441.
De sancta Pentecoste, I, p. 468. — Mtf. t. II, p. 453.
De Pentecoste II, p. 481.—Mtf. t. II, p. 463.
De pœnitentia et eucharistia, p. 488. — Mtf. t. II, p. 343.
De laudibus. S. Pauli apost. homiliæ 7, p. 492. — Mtf. t. II, p. 473.
De mansuetudine, p. 538. — Mtf. t. XII, p. 557.
* In illud, *Paulus spirans minarum* (Act. IX), p. 544. — Mtf. t. III, p. 113.
* In inscriptionem altaris (Act. XVII), p. 556.—Mtf. t. III, p. 67.
* In illud, *Paulus vocatus* (I Cor. I), p. 568.— Mtf. t. III, p. 143.
* Utilem esse lectionem Scripturæ, p. 582. — Mtf. t. III, p. 87.
* De precibus Christi in miraculis, p. 595. — Mtf. t. I, p. 783.
* In eos qui in pascha jejunant, p. 608.— Mtf. t. I, p. 861.
* In eos qui eum Judæis jejunant, p. 630. — Mtf. t. I, p. 857.
* In Eliam et Viduam, p. 636. — Mtf. t. III, p. 337.
* De futuræ vitæ deliciis, p. 647. — Mtf. t. III, p. 347.
* Non esse desperandum, p. 654. — Mtf. t. III, p. 363.
* Peccata fratrum non divulganda, p. 662. — Mtf. t. III, p. 353.
* Non esse ad gratiam concionandum, p. 674.— Mtf. t. II, p. 653.
* De sanctis martyribus, p. 685. — Mtf. t. II, p. 661.
* Dæmones non gubernare mundum, p. 689.—Mtf. t. II, p. 243.
* In illud, *In faciem ei restiti* (Gal. II), p. 705.— Mtf. t. III, p. 371.
* Demonstratio quod Christus sit Deus, liber, p. 725. — Mtf. t. I, p. 813.
* Ad eos qui scandalizati sunt, liber, p. 756.— Mtf. t. III, p. 479.
* In paralyticum per tectum demissum, p. 814. — Mtf. t. III, p. 47.
* Cur in Pentecoste legantur Acta, p. 851. — Mtf. t. III, p. 97.
* De mutatione nominum in Scriptura, p. 850. — Mtf. t. III, p. 123.
* In sanctos martyres hom. 2, p. 860.— Mtf. t. II, p. 645.
* De sancto Basso martyre, p. 869. — Mtf. t. II, p. 719.
* De sancta Droside martyre, p. 877. — Mtf. t. II, p. 683.
* De pœnitentia et mœstitia regis Achab, p. 887. — Mtf. t. II, p. 283.
* Cum Saturninus et Aurelianus, etc., p. 895. — Mtf. t. III, p. 413.

Index operum tomi sexti Morellianæ editionis.

1. Unum et eumdem esse legislatorem utriusque Testamenti, p. 1. — Mtf. t. VI, p. 597.
2. In illud Genes. I, *Vidit Deus cuncta*, etc., p. 18, — Mtf. t. VI, p. 519.
3. In illud Genes. I, *Faciamus hominem ad imaginem*, etc., p. 24. — Mtf. t. VI, p. 522.
4. In dictum Abrahami, *Pone manum tuam* (Gen. XXIV), p. 30. — Mtf. t. VI, p. 553.
5. De serpente æneo Moysis (Num. XXI), p. 49. — Mtf. t. VI, p. 499.
6. De justo et beato Job sermo I, p. 76.—Mtf. t. VI, p. 563.
7. De justo et beato Job sermo II, p. 83. — Mtf. t. VI, p. 567.
8. De justo et beato Job sermo III, p. 89.— Mtf. t. VI, p. 570.
9. De justo et beato Job sermo IV, p. 101.— Mtf. t. VI, p. 576.
10. In illud psal. XXXVIII, *Verumtamen frustra*, etc., p. 114. — Mtf. t. V, p. 559.
11. In psal. LXXXIII, *Et turtur nidum*, etc., p. 120. — Mtf. t. V, p. 599.
12. In Eliam prophetam sermo, p. 128. — Mtf. t. VI, p. 583.
13. De Joseph et de castitate, p. 134. — Mtf. t. VI, p. 587.
14. De Suzanna sermo (Dan. XIII), p. 141.— Mtf. t. VI, p. 589.
15. De tribus pueris Daniel, p. 148. — Mtf. t. VI, p. 593.
16. De sigillis librorum Isaiæ CDLXIII, p. 158. — Mtf. t. XII, p. 539. Est Severiani.
17. De fide et lege naturæ, p. 177. — Mtf. t. I, p. 1081.
18. De sancta et individua Trinitate, p. 189.— Mtf. t. I, p. 1087.
19. De sancto et adorando Spiritu, p. 204. — Mtf. t. III, p. 813.
20. De sancta Pentecoste, p. 227. — Mtf. t. III, p. 803.
21. In illud Joan., *In principio erat Verbum*, p. 235. — Mtf. t. XII, p. 551.
22. De Occursu et Simeone, p. 245. — Mtf. t. II, p. 807.
23. In sancta theophania Domini, p. 252. — Mtf. t. II, p. 805.
24. De nuptiis Joan. I, et contra Judæos, p. 256.— Mtf. t. I, p. 1075.
25. De Christo pastore et ove, p. 265. — Mtf. t. III, p. 827.
26. In decollationem S. Joan. Bapt., et de Herodiade, p. 281. — Mtf. *in Spuriis*, t. VIII, p. 485.
27. In venerandam crucem et de transgressione Adami, p. 288. — Mtf. t. II, p. 815.
28. In dimissionem Chananææ, p. 295.— Mtf. t. III, p. 449.
29. In præcursorem Domini Joan. Bapt., p. 311.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 485.
30. In SS. apostolos Petrum et Paulum, p. 314.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 491.
31. In SS. duodecim apostolos, p. 320. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 495.
32. In S. Thomam apostolum, p. 324.—Mtf. t. VII, *in Spuriis*, p. 497.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

33. In S. Stephanum protomartyr., p. 528.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 501.
34. In illud, *Sufficit tibi gratia mea*, p. 540.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 507.
35. In Annuntiationem S. Deiparæ, p. 556. — Mtf. t. II, p. 791.
36. In S. Theophan. et S. Joan. Bapt., p. 561. — Mtf. t. II, p. 801.
37. In parabolam de filio prodigo, p. 569. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 515.
38. In saltationem Herodiadis et decollationem Joannis, p. 579. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 521.
39. In illud Matth., *Collegerunt Judæi concilium*, p. 585.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 525.
40. In decem virgines, p. 589.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 527.
41. In meretricem et pharisæum, p. 595. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 531.
42. In sancta et magna parasceve, p. 605. — Mtf. t. II, p. 811.
43. In Samaritanam, p. 609.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 535.
44. De cæco a nativitate, p. 625.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 543.
45. In triduanam Christi resurrectionem, p. 642.— Mtf. t. II, p. 821.
46. In Ascensionem Domini, p. 648. — Mtf. t. III, p. 791.
47. In S. Ascensionem sermo II, p. 652. — Mtf. t. III, p. 793.
48. In eamdem Ascensionem sermo III, p. 658. — Mtf. t. III, p. 797.
49. In eamdem Ascensionem sermo IV, p. 662. — Mtf. t. III, p. 799.
50. Bonum Christi discipulum benignum esse, p. 668. — Mtf. t. I, p. 1069.
51. De pseudoprophetis et falsis doctoribus, p. 673. —Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 553.
52. De circo, p. 689. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 567.
53. In Salvatoris Nativitatem, p. 695.—Mtf. t. VI, p. 385.
54. In illud Lucæ, *Exiit edictum a Cæsare*, p. 703. —Mtf. t. II, p. 795.
55. In oraculum Zachariæ redditum, p. 712.—Mtf. t. II, p. 785.
56. In conceptionem Joan. Bapt., p. 716.— Mtf. t. II, p. 787.
57. In illud Matth., *Attendite ne eleemosynam vestram*, p. 723. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 571.
58. De fugienda simulata specie sermo, p. 729.— Mtf. t. I, p. 1073.
59. De muliere fluxum sanguinis passa, p. 735. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 575.
60. De patrefamilias et operariis, p. 739. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 577.
61. In parabolam de ficu arefacta, p. 752.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 585.
62. De pharisæo et convivio, p. 760.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 589.
63. De Lazaro et divite, p. 764. — Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 591.
64. De publicano et pharisæo, p. 769.—Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 595.
65. De cæco et Zacchæo, p. 775.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 599.
66. Religiosum facetiis uti non debere, p. 794. — Mtf. t. I, p. 1035.
67. De S. Joanne Theologo, p. 803.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 609.
68. De adoratione sanctæ crucis, p. 811. — Mtf. t. III, p. 835.
69. De confessione sanctæ crucis, p. 820. — Mtf. t. III, p. 841.
70. De negatione Petri, p. 826.—Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 613.
71. De jejunio et eleemosyna, p. 835. — Mtf. t. I, p. 1059.
72. In sanctum Pascha, p. 841. — Mtf. t. III, p. 765.
73. In secundum Domini adventum, p. 851.— Mtf. t. VIII, *in Spuriis*, p. 619.

Florilegia ex homiliis Chrysostomi quæ sequuntur, sive eclogas, non ex Morelli editione, sed ex Savilo desumpsimus, qui eas multo plures, longiores et emendatiores attulit, et in tomo XII posuimus.

Morel. partis secundæ t. I. Commentarius in Evangelium S. Matthæi.— Mtf. t. VII.

Morel. t. II. Opus imperfectum in Evangelium Matthæi, latine.— Mtf. t. VI, in fine.

Insunt in eodem tomo commentarii in S. Joannem Evangelistam. — Mtf. t. VIII.

Morel. t. III. In Acta apostolorum commentarius.— Mtf. t. IX, initio.

Morel. t. IV. In Epistolam ad Romanos commentarius. — Mtf. t. IX, p. 391.

Morel. t. V:

Commentarius in Pauli Epistolam I ad Corinth., hom. 44, p. 1. — Mtf. t. X, p. 9.
In Epist. II ad Corinth., hom. 30, p. 495. — Mtf. t. X, p. 381.
In Epist. ad Galat. expositio perpetua, p. 776.— Mtf. t. X, p. 611.
In Epist. ad Ephes. homil. 24, p. 864. — Mtf. t. XI, p. 9.

Morel. t. VI :

In Epist. ad Philipp. hom. 15, p. 1. — Mtf. t. XI, p. 177.
In Epist. ad Coloss. hom. 12, p. 147. — Mtf. t. XI, p. 299.
In Epist. I ad Thessal. hom. 11, p. 262. — Mtf. t. XI, p. 391.
In Epist. II ad Thessal. hom. 5, p. 561. — Mtf. t. XI, p. 467.
In Epist. I ad Timoth. hom. 18, p. 402.— Mtf. t. XI, p. 505.
In Epist. II ad Timoth. hom. 10, p. 535. — Mtf. t. XI, p. 599.
In Epist. ad Titum hom. 6, p. 619.—Mtf. t. XI, p. 663.
In Epist. ad Philem. hom. 3, p. 670. — Mtf. t. XI, p. 703.
In Epist. ad Hebr. hom. 34, p. 694.— Mtf. t. XII, p. 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CATALOGUS

OPERUM OMNIUM CHRYSOSTOMI

SECUNDUM ORDINEM EDITIONIS SAVILII

COLLATÆ

CUM HAC NOVA EDITIONE MONTEFALCONIANA.

Catalogus tomi primi.

1. In Genesim orationes 67. p. 1. — Mtf. t. IV, p. 21.
2. Expositionis in Psalm. 3 fragmentum ex Damasceno, p. 522. *Vide integram*, t. VIII, p. 1.
3. Expositio in Psal. 4. 5. et 6. p. 522. — Mtf. t. V, p. 39.
4. Expositio in Psal. 7. 8. 9. 10 et 11. p. 554. — Mtf. t. V, p. 80. *Lacunæ quædam in his Psalmis explentur* t. VIII, p. 5.
5. Expositio in Psal. 12 principium, p. 608. — Mtf. t. V, p. 149. *Reliqua attexuntur*, t. VIII, p. 5. 1. 36.
6. Homilia in 2 priores versus Ps. 41. p. 609. — Mtf. t. V, p. 155.
7. Expositio in Psal. 43-49. p. 618. — Mtf. t. V, p. 167.
8. Homiliæ duæ in Psal. 50. *dubiæ*, p. 692. — Mtf. t. V, p. 527.
9. Expositio in Psalm. 108-117. p. 716. — Mtf. t. V, p. 258.
10. Expositio in Psalm. 119. 120. et reliquos usque ad finem, p. 781. — Mtf. t. V, p. 338.
11. Expositio in Psalm. 51. *Spuria*, p. 911. — Mtf. t. V, p. 589.
12. Expositio in Psal. 95. *Spuria*, p. 916. — Mtf. t. V, p. 619.
13. Expositio in Psal. 100-107. *Spuria*, p. 925. — Mtf. t. V, p. 629.
14. Expositio in Psalm. 118 Stationem primam, *Spuria*, p. 978. — Mtf. t. V, p. 675.
15. Expositio in Psalm. 118 Stationem secundam, *Spuria*, p. 995. — Mtf. t. V, p. 690.
16. Expositio in Psalm. 118 Stationem tertiam, *Spuria*, p. 1007. — Mtf. t. V, p. 700.
17. Expositio in Isaiæ capita 7, p. 1016. — Mtf. t. VI, p. 11.

Catalogus tomi secundi.

1. In Evangelium Matthæi orationes 90. p. 1 — Mtf. t. VII, p. 21.
2. In Evangelium Joannis sermones 88, p. 555. — Mtf. t. VIII, p. 23.

Catalogus tomi tertii.

1. In Epistolam ad Romanos præfatio, p. 1. — Mtf. t. IX, p. 391.
2. In Epistolam ad Romanos homiliæ 32, p. 5. — Mtf. t. IX, p. 395.
3. In Epistolam I ad Corinthios præfatio, p. 243. — Mtf. t. X, p. 9.
4. In Epistolam ad Corinthios homiliæ 44, p. 245. — Mtf. t. X, p. 11.
5. In Epistolam II ad Corinthios homiliæ 30, p. 541. — Mtf. t. X, p. 381.
6. In Epistolam ad Galatas expositio perpetua, p. 709. — Mtf. t. X, p. 611.
7. In Epistolam ad Ephesios præfatio, p. 763. — Mtf. t. XI, p. 9.
8. In Epistolam ad Ephesios sermones 24, p. 764. — Mtf. t. XI, p. 9.

Catalogus tomi quarti.

1. In Epistolam ad Philippenses præfatio, p. 1. — Mtf. t. XI, p. 177.
2. In eamdem homil. 15, p. 5. — Mtf. t. XI, pag. 181.
3. In Epistolam ad Colossenses homiliæ 12, p. 89. — Mtf. t. XI. p. 299.
4. In Epistolam I ad Thessalon. homil. 11, p. 161. — Mtf. t. XI, p. 391.
5. In Epistolam II ad Thess. hom. 5, p. 221. — Mtf. t. XI, p. 467.
6. In Epistolam I ad Timotheum præfatio, p. 249. — Mtf. t. XI, p. 501.
7. In eamdem homil. 18, p. 250. — Mtf. t. XI, p. 503.
8. In Epistolam II homil. 10, p. 329. — Mtf. t. XI, p. 599.
9. In Epistolam ad Titum homil. 6, p. 381. — Mtf. t. XI, p. 663.
10. In Epistolam ad Philemonem præfatio, p. 411. — Mtf. t. XI, p. 701.
11. In eamdem hom. 3, p. 413. — Mtf. t. XI, p. 703.
12. In Epistolam ad Hebræos præfatio, p. 427. — Mtf. t. XII, p. 9.
13. In eamdem homiliæ 34, p. 431. — Mtf. t. XII, p. 13.
14. In Acta apostolorum homiliæ 55, p. 607. — Mtf. t. IX, p. 13.

Catalogus tomi quinti.

Sermones in loca S. Scripturæ.

1. Sermo habitus in principio Quadragesimæ, in illud, *In principio creavit Deus*, etc., et de jejunio et de eleemosyna, p. 1. — Mtf. t. IV, p. 581.
2. Cur in sole et luna et cœlo et aliis dixerit, *Fiat:* in homine vero, *Faciamus:* et quidnam sit illud, *Ad imaginem*, p. 6. — Mtf. t. IV, p. 586.
3. Quid sit, *Ad similitudinem:* et quare, cum Deus nos jusserit dominari in feras, non dominemur, p. 8. — Mtf. t. IV, p. 590.
4. Quod servitutis modos tres induxerit peccatum, p. 11. — Mtf. t. IV, p. 593.
5. Quod non propter Adam punimur, et quod majora sunt per eum bona importata, quam mala, etc., p. 15. — Mtf. t. IV, p. 599.
6. Utrum ex ligno illo facta sit Adamo notitia boni

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et mali, et de jejunio, et quod oportet domi meditari ea quæ in ecclesia dicantur, p. 19. — Mtf. t. IV, p. 604.

7. Quare lignum scientiæ boni et mali vocetur lignum illud: et quid sit, *Hodie mecum eris in paradiso*, p. 22. — Mtf. t. IV, p. 607.

8. In diem imbribus fœdum, et in conventum episcoporum, et in donationem præcepti Adamo facti, etc., p. 29. — Mtf. t. IV, p. 616.

9. Quomodo oporteat fratrum peccata arguere, et quare Abraham vocatus sit Abraam, et de nomine Noe, p. 31. — Mtf. t. IV, p. 619.

10. Quod non oporteat theatra frequentare, et in Abraam, p. 39. — Mtf. t. VI, p. 541. *Spuria.*

11. Quod oporteat in Pentecoste semperque jejunii meminisse, et de Dei providentia; quodque non patribus solum, sed et matribus præceptum sit de componendis liberorum moribus; et de Anna sermo I, p. 50. — Mtf. t. IV, p. 631.

12. In Fidem Annæ et moderatum ejus et philosophicum animum et de honorandis sacerdotibus, etc., Sermo II, p. 59. — Mtf. t. IV, p. 643.

13. In Annam et lactationem Samuelis, Sermo III, p. 66. — Mtf. t. IV, p. 652.

14. Ad eos qui conventus in ecclesia deserunt, et in theatra ascendunt: et in secundum dictum Annæ, Sermo V, p. 72. — Mtf. t. IV, p. 660.

15. In orationem Annæ, et quod utilis sit paupertas, sermo VI, p. 78. — Est pars magna homiliæ V in Annam. Vid. Mtf. t. IV, p. 670. Hæc oratio in ms. bavarico et versione initio carens, expletur t. VIII, p. 8.

16. Quod magnum bonum est non solum virtutem sectari, sed etiam laudare; et quod majus statuerit tropæum David parcendo Saŭli, quam cum Goliath prostravit, Oratio II in David et Saŭl (Vide primam t. VIII, p. 10), p. 83. — Mtf. t. IV, p. 687.

17. Quod non oporteat theatra frequentare, et quod omne genus patientiæ superavit David in negotio Saŭlis. Oratio III in David et Saŭl p. 89. — Mtf. t. IV, p. 695.

David cur fugiebat filium suum, 35. David filio insequente admissi peccati pœnas luit, 35, 39, t. V.
David rex noctu orabat, 526, t. V.
Davidis spes in Deo, 85, t. V.
David mitis et mansuetus erat, 191, t. V.
David Spiritu sancto motus composuit librum 150, Psalmorum, 551, t. V.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Davidis amor erga Deum, 164, siti comparatus, *ibid.*, t. V.
Davidis fortitudo et patientia, 104, t. V.
Davidis patientia, 39, t. V.
David sine ope Dei, omnium opem nihili facit, 84, t. V.
David sese laudat: quomodo, 41, t. V.
David mysteria Christi enuntiat variis in psalmis, 529, t. V.
David librum Psalmorum concludit per gratiarum actionem, 495, t. V.
David non procrastinavit ad pœnitentiam vocatus, 540, t. V.
Davidis tempore viri probi erant 554, t. V.
David cur in Psalmis temporum ordinem non secutus est, 591, t. V.
David puer tropæum erexit, ætate provectus peccavit, 43, t. VI.
Davidis egregium exemplum patientiæ in morte filii, 347, t. VI.
David vindictam Dei in populum ad se revocat, 13, t. VI.
Ex Davide se reges ortos dicebant, 27, t. VII.
David cur in genealogia Jesu Christi primus memoretur, 26, 27, t. VII.
Davidis splendor, 27, t. VII.
David longe splendidior Saüle, 453, t. VII.
Davide nihil simplicius, 601, t. VII.
Davidis mansuetudo, 602, t. VII.
David erga Saülem evangelicam ostendit magnanimitatem, 342, t. VII.
David ex parva negligentia in peccati baratrum ruit, 340, t. VII.
David prudens, ratione per concupiscentiam obtenebrata peccavit, 585, t. VII.
Davidis peccatum, 341. Culpæ magnitudo, 341. David eædem duplicem admisit, 341, t. VII.
David verbi fructu ad pœnitentiam deductus, 32, t. VII.
Davidis contritio, 68, Philosophia ejus, 39, modestia et patientia, *ibid.*, t. VII.
Davidis post peccatum virtus quanta, 342, t. VII.
Davidis magna erat apud Judæos existimatio. 435, t. VII.
David in Psalmis et de præsentibus et de futuris loquitur, 651, 652. t. IX.
Davidis regnum adhuc stat: quomodo, 241, t. IX.
David qui plurimas uxores habebat, non ideo immundus erat, 682. Cum unam injuste addidit, immundus factus est, 682, t. XI.
Debitoribus indulgendum, 238. Deus longe plura reddet, quam illi debeant, 238, t. VII.
Debitum; irituale, etiam cum solvitur, retinetur, 784, t. I.
Debora nutrix Rebeccæ cur cum Jacobo ageret, 519, t. IV.
Debora imperatoris functa est officio, 340, t. VIII.
Decanus a præfecto differt, 109, t. XII.
Decennis peccatorum rationem est redditurus, 378, t. I.
Decreptio et fallacia pariunt inimicitias, 100, t. XI.
Decimæ fructuum pluries datæ, 615. t. VII.
Decimas se daturum vovet Jacob, 477, 479, t. IV.
Defensor, ἔκδικος, civitatis magistratus est, 91, t. III.
Definitio sapientiæ, 289, t. V.
Deformitas non vilipendenda quando animus pulchre ornatus est, 283, t. V.
Deformitas corporis non nocet, neque forma prodest, 428, t. V.
Defunctos lugere non inutile tantum, sed etiam damnosum est, 1022. Pro defunctis preces, 681, t. I.
Defunctorum luctus cum tibiis et cymbalis celebratus, 573, t. VII.
Defuncti quomodo sint honorandi, 348, t. VIII.
Defunctus. *Vide* Mortuus.
Defunctis prosunt eleemosynæ et oblationes, 169, t. IX.
δεῖ, *oportet*, aliquando non consulentis, non jubentis est, sed futura prænuntiantis, 40, t. III.
Deipara nomen Mariæ virgini tributum, 839, t. III.
Deipara est virgo Maria, 810, t. II.
Deliciæ lædunt animum, 586. Incommoda pariunt, *ibid.* Perniciosissimæ, 974. Ad numinis oblivionem deducunt, *ibid.* Periodi in veteri atque in nova lege prohibitæ, 573. Deliciæ hujus vitæ a futuris privant, 1000, t. I.
Deliciæ non sunt crimen, sed ad vitia ducunt, 158. Improbantur, 769. In peccatum inducunt, 770, t. II.
Deliciæ fera intractabilis, 772. Deliciæ vitam sexcentis mortibus graviorem inducunt iis qui ipsas plurimi faciunt, 771, t. II.
Deliciæ morbos pariunt, 673, 674, t. IV.
Deliciæ sunt spinæ, quomodo, 470. Deliciarum damna, *ibid.*, t. VII.
Delitiæ et sollicitudines duplex pestis, quæ animam invadit, 470, t. VII.
Deliciæ et confessio non possunt una consistere, 190, t. VII.
Deliciis frui non sinit mortis exspectatio, 639, t. VII.
Deliciæ ciborum valetudinis fundamenta subtrahunt, 137, t. VIII.
Deliciæ tristitiam pariunt, 57. Ad peccatum trahunt, 302, t. IX.
Deliciæ verre quæ, 208, t. IX.
A deliciis abstinere, jejunii species est, 206, t. IX.
Deliciarum locus præceps est, 132. Ex deliciis quæ mala oriantur, 133, t. IX.
Deliciæ onus sunt animæ, 133, t. IX.
Delicis et otio nihil inutilius, 235. Qui in deliciis vivit non mortuus modo, sed etiam mortuo deterior est, 521, t. IX.
Deliciæ nihil prosunt, quod desinant in afflictionem, 455, t. XI.
Deliciæ non possunt cum sobrietate consistere, 622, t. XI.
Deliciarum mala innumera, 569, t. XI.
Delicias nimias insectatur Chrysostomus, 351, 352, t. XI.
Deliciæ excæcant animam, 345, t. X.
Deliciæ nimiæ proceriorem staturam impediunt, 346, t. X.
Deliciæ non spectandæ, sed exitus earum, 472, t. X.
Deliciarum fructus corruptio est, 353, t. X.
Δήλωσις quid erat, 909, t. I.
Demetere, καλαμᾶσθαι, dicitur lapsas ex metentium manibus spicas colligere, 47, t. VI.
Demetrius monachus, 393. Ad eum epistolam mittit Chrysostomus, *ibid.* Eam epistolam memorat Chrysostomus, 413, t. I.
Demetrius monachus rogat Chrysostomum, sibi de compunctione sermones mittat, 393. Demetrius compunctionis semper igne flagrabat, 394. Compunctionis lacrymas fundebat, *ibid.*, t. I.
Demetrius, episcopus Pessinuntis, ad Theophilum missus a Chrysostomo, 531. Rogatu Chrysostomi ad Innocentium properat, 529. Pro causa Chrysostomi ærumnis affectus, 699, 700. Demetrius episcopus Romam confugit pulso Chrysostomo, 539, t. III.
Demetrio, Cyriaco, Palladio, Eulysio, episcopis, scribit Chrysostomus, 700, t. III.
Democritus philosophus et ephesius, 9, t. XI.
Demonstratio per opera, major est illa quæ fit per verba et per signa, 50, t. X.
Demophilus Chrysostomo amicissimus senex, ægritudine magna et paupertate pressus, 489, t. I.
Demosthenis acumen, 669, t. I.
Demosthenes ex suggestu ad bellum prodiit, 33, t. VI.
Denominationes ex quibusdam casibus acceptæ, 611, t. IV.
Deposita Christo, non hominibus tradenda, 41, t. II.
Deprecatio ubi est, venia est opus, 394.
Derbices miseros putabant qui ægrotatione moriebantur, 808, t. III.
Descriptio prima facta sub romanis principibus, 817, t. I.
Descriptio sive census Cyrenii in codicibus romanis asservabatur, 352, t. II.
Descriptio avari, 452, t. V.
Desiderium Dei auget moles afflictionum, 453, t. V.
Desidia grave malum, 114. Ea facit ut facilia videantur difficilia, *ibid.*, t. IV.
Desidia lædit corpus, otium lædit animam, 87, t. XII.
Desius Junius, 358, t. II.
Desperare de seipso pejus est quam desperare de alio, 300. Desperandum nunquam est, 279, 300, 967, t. I.
Desperationis mala, 302. Desperatio ignaviam alit, 307. Desperatio vitanda, 309. A desperatione oritur impudentia, 306, 307, t. I.
Desperandum nunquam est, 26, t. III; 261, t. IV; 332, 531, t. V.
Desperare nunquam oportet, 185, t. X.
Desperatio telum diaboli, 280, t. II.
Desperatio perniciosa, 279. Non desperare, magnum contra diabolum telum, 337, t. II.
Desperationis malum, quantum, 767, 768, t. VII.
Desperationi nunquam se dedere oportet, 432, t. VIII.
Desposyni: sic vocantur cognati Christi, qui admirationi fuerunt, 132, t. VIII.
Detractiones vix vitantur a concionatoribus, 675, t. I.
Detractio: qui detrahit fraternas carnes comedit, 53, t. II.
Detractionis mala quinque, 55, 54, t. II.
Detractionis et conviciorum malum, 199, t. II.
Detractio est etiam cum vera dicuntur, 54, t. II.
Detractionem audire non debemus libentes, 54. Detractio omne bonorum operum meritum tollit, 55, t. II.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Detractores qui mala fratrum quasi arcanum revelant, 84, t. II.
Detractores muscis comparantur, 245, t. II.
Detractores exagitantur, 465, t. IX.
Detractio sæpe falsa, 634, t. V.
Detractio innumerorum malorum causa, 633, t. V.
Dei natura incomprehensibilis.
Deus et Dominus, nomina Patri et Filio propria, 738. Deus simplex, incompositus, figuræ expers, 750. Sine ullo existendi principio, 427. Non loco circumscriptus, 729. Deo alæ et somnus in Scripturis quomodo tribuantur, 769. Deus est ingenitus, 742. Deus quomodo dicatur spiritus, fons, ignis, etc., 745, t. I.
Deus unus dicitur de Patre propter gentiles multiplicitatis deorum morbo laborantes, 739 *et seqq.*, t. I.
Dei substantia ab Unigenito et a Spiritu sancto comprehenditur, non ab aliis, 757. Quomodo sese attemperet ut videatur a seraphinis, 722. Deum nemo videt perfecta comprehensione, 730. Deum, etiam cum sese attemperat, supernæ virtutes videre nequeunt, 723. Deus etiam angelis incomprehensibilis, 721 *et seqq.*; incomprehensibilis etiam supernis virtutibus angelisque, 707 *et seqq.*, 725. Dei substantiam prophetæ non accurate noverant, 705, t. I.
Deus Pater, non ab aliqua creatura, sed a Filio tantum et Spiritu sancto cognoscitur, 720. Deum nemo videt seu cognoscit, nisi Filius, 736, et Spiritus sanctus, *ibid.* Dei substantia quomodo comprehensibilis sit, quando judicia ejus, prudentia, magnitudo incomprehensibilia sunt, 706, t. I.
Deum scrutari quam temerarium, 713 *et seqq.* Deum incomprehensibilem esse probat Chrysostomus, 843. Eum contumelia afficit qui substantiam ejus curiosius explorat, 714 *et seqq.* Dei substantiam non noverat Paulus, 706, 716. Dei substantiam se nosse putare, insanum est, 705, 714, tom. I.
Deus quo pacto cognoscitur, 704. Deum esse credere sufficit, nec requiritur ut ejus substantiam scrutemur, 745. Deus inaccessibilem lucem inhabitans, quanto magis ipse inaccessibilis, 721. In throno esse dicitur qui contineri nequit, sed sese attemperat, 722, t. I.
Dei sapientia immensa et inscrutabilis, 705, t. I.
Deus pro dignitate laudari nequit, 719. Est affectus expers, 416. Ejus zelus non est affectus, 525. Ejus ira non est animi ægritudo, 281, t. I.
Deus cum diceret, *Adam ubi es?* non ignorabat ubi Adam esset, 780. Nec ignorabat Sodomorum scelus, 781, tom. I.
Dei dispensationes scrutari vetat Paulus, 715. Deum nemo vel contemnendo lædere, vel laudando illustriorem facere potest, 719, t. I.
Deus creator omnia novit.
Deus corda scrutatur, 445. Dei est adorari, orationem suscipere, non offerre, 765, t. I.
Deus sola voluntate, sine labore creavit, 714. Creavit angelos ante hominem, 427. Non est causa malorum, 455. Ipsi omnia facilia, 279, t. I.
Dei præscientia, 444. Ejus decreta a nemine prohibentur, 1015. Dei consilia non disquirenda, 442, 443. Deum glorificat qui promissa ejus non curiosius explorat, 714, 715. Ex Dei voluntate bonum et malum penditur, 873, t. I.
De Deo vana.
Deus non vult mortem peccatoris, 286. Punit ad exemplum, 1003. Et ante peccatum et post peccatum nos curat, 929. Numquam aversatur sinceram pœnitentiam, 284, t. I.
Deus cur non omnes hic puniat, 443, 1002. Cur multos per totam vitam affligat, 444. Cur sanctos non statim a malis eripit, 349. Dei misericordia erga hominis animam, 296, t. I.
Deo qui vult placere, vitam mollem ne sectetur, 1005. Deus expetit a nobis amari, 301. Dat spatium et tempus sceleratis, ut pœnitentiam agant, 550. Comminatur, ut peccatores deterreat, non ut se ulciscatur, 282. Solus peccata dimittit, 787. Ad pœnitentiam provocat, 282, t. I.
Deus non læditur peccato, sed homines peccantes illo læduntur, 282. Libenter audit hominem mala sua sibi narrantem, 746. Appropinquans est, non ille recedit, sed nos, 286. Dei beneficiis nobis præstitis nihil dignum exhibere possumus, 418. Deus non vult nos cruciari, sed pœnitentiam agere, 493. Dei indulgentia erga homines, 545. Ejus benignitas et clementia, 1016. Ejus studium pro animæ salute, 296, t. I.
Dei operante manu nihil gestorum excidit, 383, t. I.
Dei officium est ut dolentes consoletur, 746, t. I.
Deus indignius tulit Christi necem, quam vituli adorationem, 909, t. I.
Deum inter et hominem tantum intervallum, quantum inter lutum et tigulum, 715, t. I.
Deo qui bellum movet, belli exitum bonum habere nequit, 319, t. I.
Deus non eget gloria a nobis affici, 507, t. I.
Deus cur homini præceptum dedit, quem prævaricaturum norat, 455, t. I.
Dei verba, opera exhibent mirabilia, 831. Contra Dei dicta non ratiocinandum, 711, 712, t. I.
Deum offendisse morte gravius est, 1030, t. I.
Deus viduis viri loco est, 600, t. I.
Dei judicium nullus effugiet, 980. Deo judici omnia nuda et aperta, 311, t. I.
Deus in cœlo splendore suo angelos et sanctos condecorat, 750, t. I.
Dei cultus non loco circumscriptus, 903, t. I.
Deus in operibus suis admirandus, 118. Ex rebus et operibus cognoscitur, 105, 106, t. II.
Dei existentiæ demonstratio, 256. Dei cognoscendi verus modus per creationem, 151, t. II.
Deus quo sensu dicatur deambulare, 98, 99, t. II.
Deus nullo opus habet, 117, t. II.
Deus et Dominus Filio perinde atque Patri competunt, 705, 704, t. II.
Deus nullis affectibus obnoxius, 94, t. II.
Deus magnas res per umbras præsignavit, 741, t. II.
Dei dona copiosa, 719, 720. Deus judex, medicus et magister, 95. Non tantum cum benefacit, sed etiam cum castigat, bonus, 93. Non cum dat modo, sed et cum aufert bonus, 248, t. II.
Deus antiquitus Judæis dux erat bellorum, 148, t. II.
Deus velociter adiicat, tarde diruit, 329. Dei clementia est immensa, 337. Dei clementia erga homines, 325, quanta, 56, t. II.
Dei clementia erga hominem lapsum, 95. Dei clementia et tolerantia: si emendationem ultio præverteret, mundus deletus esset, funditusque periisset, 325, t. II.
Dei longanimitas publicanum fecit evangelistam, etc., 325, t. II.
Deus vehementer cupit ut omnes ad ipsum confugiant, 49. Si punire cuperet, taceret; quia misereri vult, minatur, 724, t. II.
Deus non remittit nobis, nisi et nos remittamus, 202, t. II.
Deus nos vexari permittit, ut ipsum frequenter adeamus, 307, t. II.
Deus servorum suorum ulciscitur injurias, 702. Principibus terrorem incutit, 327, t. II.
Deus tardus ad pœnam, velox ad salutem, 328. Dei contra Niniven sententia non decidit, quare, 76. Deus puniens comparatus cum judicibus, 252, t. II.
Dei promissa certa, 691, t. II.
Deus læsus plus timendus, quam imperator læsus, 56, t. II.
Deus ubique coli potest, 257. Quam facile adeatur, 304, t. II.
Dei sapientia et providentia, 126. Dei providentiam esse probatur, 109, 110, 112. Sine Dei providentia mundus stare nequit, 113, 114. Dei providentia nullo potest exprimi verbo, 248. Omnia administrat, 751. Dei providentia cur bonos inprospere, malos prospere agere in hac vita sinat, 254, 255. Dei providentia defenditur contra eos qui dicebant siccitates, calamitates, bella, non esse digna providentia Dei, 94, t. II.
Deus nihil ita amat, ut animam mitem et humilem, 304. Patris more per res adversas erudit, 168. Deo omnia in adversitate committenda, 63. Deus pater orphanorum, judex viduarum, 527. Deus ubi præcipit non est argutationibus utendum, 164. Nonnisi possibilia mandat, 518. Deus non necessitate pertrahit ad bonum agendum, 375, t. II.
Dei offensio, vera calamitas. 70, t. II.
Dei verbo omnia constant, 785, t. II.
Deus non loco circumscribitur, 818, t. II.
Deus simplex natura, incompositus, inconvertibilis, etc., 757. Deum nemo vidit ut est, 404. Sola fide cernitur, 108. Deus exemplis nullis digne potest repræsentari, 405, t. III.
Dei affectibus exprimendis exempla nulla satis sunt, 739. Deus qua ratione æmulari, irasci, odio habere, pœnitentia moveri dicatur, 402. Deus impassibilis, 738, 739. Deus quo pacto dicatur sanctificari, 45, t. III.
Deus solus consiliario non eget, 133. Nihil facit frustra, 126. Dei proprium est cordis secreta cognoscere. 59, t. III.
Dei cultus omnibus rebus præferendus, 145. Deus si colatur, secularia bene succedunt, 176, t. III.
Deus pater noster communis, 45. Qua ratione pater noster est, 44. Dei erga hominem affectus quantus, 51. Dei amor in creaturas, 488, 489, t. III.
Deo tales videmur quales sumus, 790. Deus solus magister, 71. Auctor Novi et Veteris Testamenti, 245. Deus cur voluerit res hujus mundi caducas esse, 349, t. III.
Deus aliter cum justis, aliter cum vulgo agit, 297. Dei ratio reddenda accepti et expensi, 22. Deus animi propositum spectat, 146. Deo auspice quæ fiunt, bene succedunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

59. Deus plus nostram salutem cupit quam nos ipsi, 26, t. III.
Dei indulgentia quanta, 20. Deus in remittendis peccatis ditescit, 24. 23. Deus sibi quam aliis debita facilius remittit, 28. Quomodo puniat, 340. Supplicium illaturus sese purgare solet, 346, t. III.
Deus alios in malis derelinquit, alios eripit, 167. Cur non statim adversitates tollat, 550. Per læta et adversa piorum vitam gubernat, 620. Cur permittat tentationes, 170, t. III.
Deus non evulgat peccata, quare, 52, 53, t. III.
Deus nunquam vincitur, neque vincit, quomodo, 820, t. III.
Deus non erubescit appellari pastor, 827, t. III.
Deus effudit spiritum suum, hoc est donum spiritus, 826.
Dei lingua non mutatur, 834, t. III.
Deus semper præsto est ad nos audiendos, 837, t. III.
Deus et *Dominus* in Scriptura parem habent significationem, 112, t. IV.
Deus simplex, incompositus, figura carens, 106, Dei ineffabilis essentia, 37. Deus non habet formam humanam. Confutantur ii qui illud dicerent, 589 Dei essentia non potest humana mente efformari, 589. Dei sapientia quanta, 506, t. IV.
Dei potentia unde demonstratur, 633, est incomprehensibilis, 224, ineffabilis, 33, immensa et mirabilis, 101, quanta, 544, t. IV.
Deus ubique adorandus, 290, optimus architectus, 121, omnia novit ante quam fiant, 34. Cur dicatur, *Et vidit Deus lucem, quod esset bona*, 34, t. IV.
Deus non ideo interrogat quod ignoret, 160, quomodo videt quidquam, 44. Deo indignum est ascendere et descendere, 521. Deus descendisse dicitur ut videret turrim, ut doceamur non judicandum esse ex auditu. 277. De Deo, cogitante, secum reputante, pœnitente, verba in Scriptura, non sunt ad litteram accipienda, 192. Deus corporeis oculis non videtur, 302, t. IV.
Deus nullum habet corpus 71, 72, quomodo dicatur ambulare. 155, t. IV.
Dei nutui omnia cedunt, 421, 422. Deo non potest imponi, 693, t. IV.
Deum condigne nec homines nec Cherubim et Seraphim celebrare possunt, 259, t. IV.
Deus et *Dominus* dicuntur de Patre et Filio, 121, t. IV.
Dei opera cum intelligentia et ratione facta, ut probatur exemplis multis, 91, 92, ea digne laudare non potest homo, 51. t. IV.
Dei sapientia in rebus creandis, 57, creatoris magnitudo ex rebus creatis conspicitur, 581. Deo omnia possibilia, 421. Deus verbo simplici omnia produxit, 77, Dei ineffabilis potentia in creando elucet. 41, t. IV.
Deus propter hominem omnia creavit, 60, cur non omnia produxerit uno die, 35, 36, cur cœlum perfectum produxerit, terram autem paulatim condiderit, 585. t. IV.
Dei opificia non curiosius investiganda, 66. Deus cur dixerit, *Faciamus hominem*, non, Fiat homo, 587. Deus nos creavit ut salvos faciat, 35, quomodo requieverit die septimo 89, ad imaginem Dei creari quid, 176, t. IV.
Deus quomodo Adamo et Evæ vestes pelliceas fecerit, 130. Dei misericordia erga Adamum et Evam, 140, a Deo immissa pœna Adamo admonitio potius est quam punitio, 141, Deus Abelis oblationem acceptam habuit, non item Caini, 135, 136. Dei pactum cum Noe, 253, ejus erga Abrahamum benevolentia maxima, 279, quomodo ab Abraham visus est, 294, quomodo videri possit, *ibid.*, tom. IV.
Deus est omnium Deus: cur dicatur, Deus Abraham, etc., 460, 665. Dei benignitas erga Abraham, 387, ejus munificentia erga eumdem, 315, t. IV.
Dei providentia erga Josephum, 559, t. IV.
Deus hominem in mundum, quasi in regiam omnibus rebus instructam induxit, 67, t. IV.
Dei, egregii artificis, sapientia. 49. Deus verbo et præcepto omnia condidit, 34, 49. Dei opera nostrarum cogitationum imbecillitatem superant, 27, 102. Dei opera omnia valde bona, 87, t. IV.
Deus secundum voluntatem suam creaturas moderatur, 50. Quomodo requiescere dicitur, 88, t. IV.
Deus ipse per prophetarum linguam loquitur, 34, 119, tom. IV.
Dei gratia in Davidis labiis residebat, 686. Deus agonothetes Davidis, 682. t. IV.
Dei præcepto cuncta obediunt, 258, t. IV.
Dei ineffabilis indulgentia erga Cainum. 136, t. IV.
Deus a principio quo pacto homines instituerit, 734. Dei ineffabilis benignitas erga genus nostrum, 67, 87, 105, 106, 229, t. IV.
Deus fons clementiæ, beneficia nobis confert, etiam nesciis, 258. Per litteras agit cum hominibus, 582. Dei patientia, 137. Dei erga homines indulgentia, 156. Dei ingens misericordia, 148. 221, 277, 278, t. IV.
Dei clementia, 391, tolerantia ineffabilis, 391, t. IV.
Deus non spectat suam dignitatem, sed nostram infirmitatem, 453. Deus quantam humani generis rationem habeat, 176, t. IV.
Dei quanta bonitas et providentia, 253, t. IV.
Dei providentia erga hominem, 86, liberalitas quanta, 115, t. IV.
Deus hominem quantum honoraverit. 192, t. IV.
Dei benevolentia viis diversis acquiritur, 83, t. IV.
Deus transformat naturam ut vult, 227. Quantam salutis humanæ curam gerat, 241. Nihil ita curat ut animarum salutem, 55, t. IV.
Deus potest illa dare quæ supra naturam sunt, 561, tom. IV.
Dei gratia efficit ut omnia bene succedant, 540, t. IV.
Deus necessitatem non imponit, 159, t. IV.
Deus gratiarum actionem exigit a nobis, 460, t. IV.
Dei est res desperatas restituere, 502, t. IV.
Deus desiderantem animam bonis cumulat. 39, t. IV.
Deus quantam suorum curam gerat, 410, 498, t. IV.
Deus omnia facit propter nostram utilitatem, 142, et salutem, 315, t. IV.
Deus etiam peccatoribus benignus, quanto magis justis, 253, t. IV.
Dei dispensationes non curiose inquirendæ, 198, t. IV.
Deus interdum per indignos futura prædicit, 181, t. IV.
Deus solus timendus, 538, t. IV.
Dei auxilio munito viro nihil fortius, 425, t. IV.
Deus cur permittat bonos cum malis vivere, 50, t. IV.
Deus nihil sic requirit, ut gratum animum, 238, t. IV.
Dei decretum nihil impedit, 605, t. IV.
Deus hominem eum solum vocat qui virtutem colit, 545, tom. IV.
Dei amor commendatur, 260, t. IV.
Deus non deserit eos quos sinit affligi, 205. Petitiones non statim implet, quare, 353. Impedimenta interponi sinit, ut suam magis declaret virtutem, 527, t. IV.
Deus per adversarios efficit ut fides crescat, 258. Propositum animi spectat, 155. Minando prædicit, ne inducat mala, 215, t. IV.
Deus nec ad gratiam, nec per odium judicat, 677, tom. IV.
Dei unius voluntas spectanda, 693, t. IV.
Dei beneficia quomodo se habeant, 664. Deus nobiscum certat beneficiis, 316. Animum attendit magis quam opera, 243. Non minus suppliciis quam beneficiis suam ostendit providentiam, 159, t. IV.
Deus non despicit eos qui calumniam patiuntur, 498. Deus non semper in adversis nos manere sinit, 572. neque semper in prosperis, *ibid.*, nihil supra vires nostras exigit, 82, t. IV.
Deus parva magnis remunerat, 237, 314. Dei promissio fide dignior quam ipsa possessio, 480. Deus liberalitate sua nostras petitiones transcendit, 560. Deus sese purgat apud homines, 582, t. IV.
Deus scit quid nobis expediat, nos ignoramus, 281, tom. IV.
Dei præsidio niti quantum sit, 520, t. IV.
Deus non cooperatur mendacio, 466, t. IV.
Deus solet admonere antequam puniat, 277, t. IV.
Deus proborum causa patienter fert peccatores, 302, propter justos etiam alios servat, 211. t IV.
Deus post minas differt pœnam, 169. Pœnas infert peccatis minores, 259, t. IV.
Dei prædictiones nequeunt impediri, 529. Deus prædicit pœnas, ne inferat, 221. Deus cum pœnas immittit, beneficio afficit, 230, t. IV.
Deus peccatum contra se facilius remittit quam peccatum contra proximum, 231, t. IV.
Deus medicus noster est et pater, 160. Eo quem Deus juvat nihil fortius, 458, t. IV.
Deum habentibus amicum, omnia facilia erunt, 506, tom. IV.
Deus cooperari nos vult auxilio suo, 466, t. IV.
Deum ad ultionem invocare quam indignum Christiano, 685, t. IV.
Deus cur hostes nobis tradat, 685, t. IV.
Deo juvante, omnia feliciter succedunt, 481, t. IV.
Dei offensa magis timenda quam ulla gehenna, 671, tom. IV.
Dei servos elementa reverentur, 100, t. IV.
Dei cultus non talis apud nos qualis apud Judæos, 667, tom. IV.
Deus glorificatur per recta dogmata et per bonum vitæ institutum, 585, t. IV.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deum ut placemus, non multo egemus tempore, 247, tom. IV.
Deum colit qui colit servos Dei, 417, t. IV.
Deum esse ut didicerimus, 459, t. V.
Dei nomen admirabile cum Christo, 107, t. V.
Deus opifex naturæ, 244, t. V.
Deum creasse noctem negabant quidam, 115, t. V.
Deus nullo negotio vel labore, sed voluntate sua omnia fecit, 389, t. V.
Deo omnia proclivia, 203, t. V.
Dei digitorum opera cur cœli dicantur, 115, t. V.
Deus unus Novi et Veteris Testamenti, 215, t. V.
Deus, cum sit omnium Deus, se dicit Deum justorum, 83, t. V.
Deus impatibilis est, 71, t. V.
Deus sub aspectum non cadit, 459, t. V.
Deus in cœlo habitat, non quasi circumscriptus sit, 331, tom. V.
Dei potentia ingens, 98, t. V.
Deus quod sit incomprehensibilis, ideo adorandus, 197, tom. V.
Dei substantia nobis ignota, 459, t. V.
Deus est ubique, 65, t. V.
Deus scit præsentia, præterita, futura, 425, t. V.
Dei nomen solum quantum possit, 169, t. V.
Deus justus, sed patiens, 99, t. V.
Deo benedicere quomodo possunt interiora nostra, 522, tom. V.
Deum ostendit creaturarum magnitudo, 241, t. V.
Deus præcipit ut nos ipsos in templum ejus adornemus, 148, t. V.
Dei scientia quomodo mirabilis facta, 413, t. V.
Dei quanta sit potentia, 489, t. V.
Deum habere filium probatur, 266, t. V.
Dei laus sacrificium ipsi gratissimum, 498, t. V.
Dei laus quid difficultatis habeat, 300, t. V.
Deus quomodo doctrinam suam disseminaverit, 48, t. V.
Deus loco non continetur, 71, t. V.
Dei timor solus ad salutem non sufficit, 290, t. V.
Deus per spiritum et faciem Dei significatur, 415, t. V.
Deus est immortalis, 290, t. V.
Deum nunquam celebrat præstigiator, 523, t. V.

Dei Providentia.

Dei providentia infinita, 130, t. V.
Dei providentia quæ apparet in sensibilibus, 56, t. V.
Dei providentiæ adscribenda terræ fertilitas, 479, t. V.
Dei providentia semper egemus, 151, t. V.
Dei providentia nulli dubio obnoxia, 57, unde probatur, 55, t. V.
Dei providentiam laudant opera ejus, 406, t. V.
Dei providentia apparet etiam cum dona contrahit et dat parcius, 56, t. V.
Deus cur dicatur unus, 260; *unus* non tollit Unigenitum, *ibid.*, t. V.
Dei providentia fluviis comparatur, 205, t. V.
Dei præscientia, 411, t. V.
Dei pulchritudo, 160, t. V.
Deus elementorum operationem in contrarium quando vult traducit, 416, t. V.
Deus potentiam suam quomodo declaravit, 392, t. V.
Deus utiliter omnia facit, 50, t. V.
Deo omnia sunt expedita et facilia, 334, t. V.
Dei manus est auxilium ejus, 461, t. V.
Deus decepit Ægyptios, quomodo, 412, t. V.

De Deo alia multa.

Deus occultorum omnium cognitor, 416, t. V.
Deus quam incomprehensibilis, 414, t. V.
Dei nomen pertimescunt dæmones, 289, t. V.
Dei facies quid, 125, t. V.
Deus cur in cœlo habitare dicatur, 302, t. V. Quomodo exsurgere dicitur, 89. Et quomodo sedere, *ibid.*, t. V.
Deus nullius rei eget, 130, t. V.
Deus quomodo dicitur exaltari, 90, t. V.
Deus naturæ opifex, potest ipsos naturæ transferre terminos, 398, t. V.
Dei administratio ut contemplanda et investiganda, 329, tom. V.
Deus quomodo dicatur descendere et tangere, 460, tom. V.
Deus communis universorum, 315, t. V.
Deus dicitur sedere super thronum sanctum, id est sancte regnare, 215, t. V.
Deus Jacob, dominus ex servi nomine appellatus, 307, tom. V.
Dei præsentia vires dæmonum imbecillas facit, 125, tom. V.
Deum maxime placat peccatorum confessio, 438. Deus quomodo placatur, 6. Dei misericordia non datur indiscriminatim, 410, t. V.
Dei verba pura, et mendacio libera, 147, t. V.
Deus miracula magna et facit, et solus facit, 400. Miracula facere nunquam intermittit, 285, t. V.
Deus prædicatur ex opificiis, 48, t. V.
Deus quanto hominibus clementior, 350, t. V.
Deus nos a parvis ad magna deduxit, 35. Quæ Dei sunt manent immobilia, perpetua, immortalia, stabilia, fine carentia, 347, t. V.
Deo familiarem hominem virtus efficit, 248, t. V.
Deus eos qui cum justitia accedunt non rejicit, 40, tom. V.
Dei timor bella interna sedat, 58, t. V.
Deus quomodo dicatur habitare, 129, t. V.
Deus dives in omnes, omnibus dare potest, 170, t. V.
Deus, ut medicus, novit quid conferat, 56. Cum medici officio fungitur, omnino sanat, 75, t. V.
Deus faciem suam avertit quando facimus quæ sunt indigna ejus præceptis, 151, t. V.
Dei silentium ejus patientia est, 237, t. V.
Deo justitia cohæret, 220, t. V.
Dei punitio et vindicta inferebatur iis etiam qui erant ante legem, 481. Deus contrariis castigat, quomodo, 352. Non temere minatur gehennam, 146, t. V.
Deo comminante non desperandum, Deo promittente non torpescendum, 370, t. V.
Deus vincit non clamore, sed nutu et voluntate, 208, tom. V.

Dei clementia, et patientia.

Dei justitia aliquando clementia dicitur, 448, t. V.
Dei patientia, 309, t. V.
Deus semper justam fert sententiam, 125, t. V.
Deus per verba terret, ne re ipsa puniat, 98. Prædicit et differt, *ibid.* et 99. Si vindictam peccatorum sumeret, jamdiu sustulisset genus humanum, 309, t. V.
Dei furor et ira non humano more sunt intelligenda, 71, tom. V.
Deus non propter imbecillitatem non ulciscitur, 96 tom. V.
Dei derelictio est aliquando species providentiæ, 150, tom. V.
Deus peccata nunquam digne punit, 445, t. V.
Dei clementia etiam cum castigat, 395. Deus cum sonitu punit, quare, 126, æque laudandus cum punit et cum a supplicio eximit, 489. Cum castigat, patris officium agit, 329. Non vult peccatorem absolute conteri, 139. Cum punit, non ex ira punit, 73. Non seipsum vindicans, sed nos corrigens irascitur, 51, t. V.
Deus in delicias versantes ipsis deliciis privat, ut ad sensum bonum reducat, 405, t. V.
Deo sunt expeditæ viæ omnes, et potest vel ex rebus desperatis ad salutem adducere, 110, t. V.

De Deo immunera.

Dei mandata ut sint amplectenda, 201, t. V.
Deo arma et membra tribuuntur, ut rudiores homines quod dicitur intelligant, 97, 98, t. V.
Dei opera non accusanda, 280, t. V.
Deus amandus præ caducis et momentaneis, 164, t. V.
Dei laudem quomodo emittant bruta et feræ, 487. Deum quomodo laudent membra nostra, 497, t. V.
Deus postulata superat, 346, t. V.
Deum timentium mercedes, 370. In Deum spes ærumnosorum præsidium, 440. Deus recto instituto mercedem semper confert, 381, t. V.
Deus armis instructus dicitur, quo sensu, 190, t. V.
Dei miracula ingentia, 480, t. V.
Dei erga nos beneficia, 165, t. V.
Deus cur a nobis laudari velit, 462, t. V.
Dei clementia ineffabilis, 468, t. V.
Dei beneficiorum memoria est sacrificium et oblatio, 264, t. V.
Deus homines non solum liberat a periculo, sed etiam facit illustres, 334, t. V.
Dei populus peculiaris quinam dicatur, 477, t. V.
Deus bonis operibus nostris honoratur, 257, t. V.
Deum laudare vel tacentes possumus, 300, t. V.
Deus recordatur vigilantium et sobriorum, 150, t. V.
Deus bona dat iis qui virtutem non profitentur, 475, tom. V.
Deus quæ sunt desperata adducit in bonam spem, 352. Salutem nostram curat magis quam nos ipsi, 625, t. V.
Deus quam exorabilis, 42, t. V.
Dei invocatio a malis liberat, 315, t. V.
Deus infantium custos, 316, t. V.
Deus vel in rebus difficillimis potest exitum invenire, 352, t. V.
Dei proprium est afflictos consolari, 476, t. V.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus non cessat omni tempore nostræ naturæ prospicere, 466, t. V.
Deus cur permittat afflictionem, 350.
Dei benignitas quanta, 47, t. V.
Dei amor omnem thesaurum superat, 162. Ex Dei clementia, non ex factis, nec ex vita homines servantur, 337. tom. V.

Dei beneficia erga Judæos, 478, t. V.
Deo per opera nostra adstamus, 65, t. V.
Deus quomodo sanctos suos conservet, 49, t. V.
Deum qui timet, feliciter agit, 566, t. V.
Deus non linguæ elegantiam, sed animæ pulchritudinem requirit, 42, t. V.
Deus solus sequendus, 552, t. V.
Deum quomodo laudet creatura manima, 486, t. V.
Deus si homini benedicat, nihil potest hominibus damni timeri, 69, t. V.
Deo gratiæ agendæ etiam cum non exaudit, 526, t. V.
Dei timor omne malum exstinguit, 366, t. V.
Deus tunc maxime suam ostendit potestatem cum est vehemens et extremum periculum, 376, t. V.
Dei præcepta requirunt alacritatem, 291, gravia non sunt, 290, t. V.
Deus perpetuo miseretur, 686, t. V.
Deus auxilium præbet pro modo necessitatis, 346, tom. V.
Dei laudes canentium vita cum cantu debet concordare, 475, t. V.
Deus cur permittat bonos affligi, malos prospere agere, non inquirendum, 93, t. V.
Deus quosnam vere amat, 90, t. V.
Dei erga nos amor, 161, t. V.
Dei misericordiam ut consequamur, 457, t. V.
Deo magis est curæ salus hominum quam sua gloria, 509, tom. V.
Deus auxilio suo dignatur pauperes et orbos, 139, t. V.
Deus facile aditur, 42, t. V.
Deus auxilium differt, ut magis probati efficiamur, 335, tom. V.
Dei servos esse oportet non solum dogmatibus, sed etiam accurata vitæ institutione, 586, t. V.
Dei desiderium auget moles afflictionum, 453, t. V.
Dei promissa quomodo impleantur, 370, t. V.
Deum qui benedicit, ipse lucratur, 311. In Deum spes tuta, in hominem periculosa, 331, t. V.
Deus prope est contritis corde, 150, t. V.
Deus adest afflictis, 409, t. V.
Deo magnæ curæ est ut in virtute crescamus, 104, tom. V.
Deus quorum sit refugium, 128, t. V.
Deus afflictiones inducit et tolerabiles reddit, 43, t. V.
Dei gratia opus est nobis quæ sunt nostra conferentibus, 516. Propter Deum ipsum patiendum est, potius quam præmii causa, 105, t. V.
Dei est subvenire orphanis, manum præbere pauperibus, 139, t. V.
Dei ineffabilis benignitas se adeo demisit, ut cum hominibus judicio contendat, 242, t. V.
Deo duce, etiam difficiliora facilia evadunt, 83, t. V.
Deum semper intueri debemus et ab eo pendere, 455, tom. V.
Deo addicti pace fruuntur, 57, t. V.
Deus ut est colendus, 247, t. V.
Dei oblivionis sensum habere non parvum est bonum, 149, t. V.
Deus quærendus et exquirendus, 129, t. V.
Deum attrahunt luctus, lacrymæ, gemitus, 85, t. V.
Deus cur differat postulata concedere, 49, t. V.
Dei, non hominis auxilium quærendum, 425, t. V.
Dei auxilium invictum ac inexpugnabile, 545. Propter Deum mori magna remuneratio, 105, t. V.
Deus homo factus est, et homo Deus, 107, t. V.
Deorum cultus, 247, t. V.
Cum Deus operatur, ratio non quærenda, 579. t. V.
Dei hostes non timendi, 569, t. V.
Dens nostræ se attemperat imbecillitati, 621, t. V.
Dei præscientia pœnitentiæ non nocet, 750, t. V.
Deus ita populo ut vir uxori copulatur, 612, t. V.
Deum de cœlo prospicere quid est, 555, t. V.
Dei essentia videri nequit, 585, t. V.
Deum ægare factis, quam dictis, gravius est, 550. t. V.
Dei existentia probatur, 551, t. V.
Dei iram et furorem nemo ferre potest, 543, t. V.
Dei benevolentia qui privatur, mortuus est, 691, t. V.
Deus ex bonitate castigat, 689, t. V.
Dei misericordia peccantium portus, 576, t. V.
Deus vindictam in futurum tempus reservat, 767, t. V.

Deus prophetiarum auctor primus, 13, prophetas confortabat, 14, t. VI.
Deus quomodo prophetiæ fidem adderet, 77, t. VI.
Deus quomodo videri possit, 66, non in sua substantia videbatur, sed in figuris diversis, *ibidem*, t. VI.
Dei gloria quid, 69, t. VI.
Deus et prævidet et facit, 202, t. VI.
Deus superior legibus nihil ex necessitate facit, 238, t. VI.
Deo quomodo similes efficiamur, 159, t. VI.
Deus incorporeus cum sit, non vere sedet, 136, t. VI.
Deus nihil onerosum præcipit, 285, t. VI.
Deum semper benedicere oportet, quia ubique ejus providentia extensa est, 202, t. VI.
Deo non decet adstare eos quorum maculosus est animus, 194, t. VI.
Deum opera ipsa celebrant, 144, t. VI.
Dei majestate indignus erat sacrificiorum cultus, 19, t. VI.
Deus quot quantaque beneficia ingratis Judæis præstiterit, 236, t. VI.
Deus in tristibus multo tempore Judæos relinquebat, ut liberati postea eorum memores et grato erga beneficum animo essent, 79, t. VI.
Deo curante commercia inter homines fiunt, 279, t. VI.
Deo nihil tenebrosum, omnia lucida, 202, t. VI.
Deo illatæ injuriæ vindicandæ, nobis illatæ ferendæ, 48, t. VI.
Deus necessitatis, non ostentationis causa operatur, 213, t. VI.
Deus nec vim affert nec cogit, 162, t. VI.
Deus pœnam peccato longe leviorem infligit, 18, t. VI.
Deus tentationem permittit ad probationem, 225, t. VI.
Deum mortuos posse suscitare probatur, 501, t. VI.
Deum in solio sedere, judicare est, 69, t. VI.
Deus cur non omnes peccatores ulciscatur in hoc mundo, 15, t. VI.
Deum nihil ita ad iram concitare solet, ut injuria pauperibus facta, 23, t. VI.
Deo vindictam sumenti nemo potest resistere, 27, t. VI
Deus velut medicus hominum valetudinem curat, 39, t. VI.
Deus aliquando plus indignatur de peccatis in conservos, quam de peccatis in ipsum Deum, 48, t. VI.
Deus non semper similia peccantes similiter castigat, 52, t. VI.
Deus quærit modum sese nobis reconciliandi, 135, t. VI.
Deus prævenit peccatorem, 140, t. VI.
Dei ultio clemens, 127, t. VI.
Dei providentia, 216, t. VII.
Dei justitia, et puniendi ratio, 418, t. VII.
Deus cur sic aliquando loquitur, ut quidpiam ignorare videatur, 706, t. VII.
Deus sine libris et scriptura loquebatur Noæ, Abrahamo, Jobo. 13, t. VII.
Deo ignorante nihil fit, 179, t. VII.
Deus sæpe in nube apparebat, 544, t. VII.
Dei beneficia nobis collata, quæ, 590, t. VII.
Deus cum pater appellatur, omnis beneficii nobis auctor esse significatur, 278, t. VII.
Deus beneficia sæpe confert nobis invitis et ignorantibus. 352, t. VII.
Dei sapientiam prædicat creaturarum pulchritudo, 300, t. VII.
Dei unius est secreta cordis nosse, ergo Christus qui illa noverat, est Deus, 339, t. VII.
Deus melius quam nos opera nostra novit, 56, t. VII.
Deus non modo non odit, sed etiam beneficio afficit eos qui se oderunt, 269, t. VII.
Deus, quæ superflua dat, necessaria dabit, 302, t. VII.
Deus bonorum gratia malos fert patienter, 200, t. VII.
Deus nihil ita aversatur ut superbiam, 616, t. VII.
Deus mavult gratiam nobis petentibus dare, quam aliis pro nobis precantibus. 60, t. VII
Deus ex occasione aliquando vocat, 66, t. VII.
Deus cur mala permittat, 680, t. VII.
Deus nos plus quam pater et mater diligit, 285, magis nos diligit, quam a nobis ipsis diligamur, 477, t. VII.
Deus quanta nobis beneficia contulit, 632, libentius bona quam supplicia infert, 402, in omnibus omnia ad utilitatem nostram dispensat, 192, t. VII.
Deus vult non quasi exigentes precari, 303, ad Deum accedentes, importuni nunquam sumus, 307, t. VII.
Deus quantum salutem hominum curet, 580, putat salutem nostram divitias esse suas, 307, t. VII.
Deo multa magnaque debemus, 238, t. VII.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus non prius supplicia infert, quam ipse peccator contra seipsum sententiam tulerit, 650, t. VII.
Dei providentia, non cura nostra, omnia perficit, 298, t. VII.
Dei providentia nemo non fruitur, 334, t. VII.
Deus facilem nobis de diabolo victoriam parat, 254, t. VII.
Deo nihil nos ita æquales facit, ut si beneficia præstemus, 411, t. VII.
Deus vult christianum, non sibi tantum, sed etiam proximo esse utilem, 267, t. VII.
Deus eleemosynæ artifex et doctor est, 665, t. VII.
Dei auxilio omnia bona agimus, 303, t. VII.
Dei auxilio et opera nostra est opus, 254, t. VII.
Deo nihil ita conglutinat ut lacrymæ pœnitentis, 134, tom. VII.
Deus cur non semper postulata concedat, 586, t. VII.
Dei est corripere, diaboli adulari, 214, t. VII.
Deo vidente peccare non veremur, homine vidente peccare non audemus, 589, t. VII.
Deus sæpe minas intentat, non ut mala infligat, sed ut ad se pertrahat, 191, t. VII.
Deus asperis dulcia miscet, 167, t. VII.
Deus alios hic, alios in futura vita punit, 216, t. VII.
Deus non ita peccatores aversatur, ut eos qui post peccatum non sese cohibent, 70, t. VII.
Deus cum fert sententiam, nihil ultra explorandum reliquit, 344, t. VII.
Dei præcepta impleri possunt, 273, t. VII
Dei est dare cor contritum et humiliatum, 70, t. VII.
Deo semper gratiæ agendæ, 298, t. VII.
Deus ubique quæ sua sunt operatur, 391, t. VII.
Deus cur signa edere cessaverit, 387, quandonam signa facere solet, 219, t. VII.
Dei solius est arcana cordis scire, 45, t. VII.
Deus per contraria sæpe œconomiam suam implet, 179, tom. VII.
Deus et potentia et arte utitur, 84, t. VII.
Deus quomodo in cœlis esse dicatur, 278, t. VII.
Deus æternus esse probatur, 99, t. VIII.
Deus mutari nequit, 79, t. VIII.
Deus solus novit ea quæ in corde sunt, 143, t. VIII.
Deus de se multa loquitur quæ, licet aliquo modo ipso indigna videantur, ipso tamen digna sunt, 356, t. VIII.
Deus semper beneficiis nos prævenit, 94, t. VIII.
Deus arbitrio nostro nullam infert necessitatem, 73, tom. VIII.
Deus quomodo operetur, 214, t. VIII.
Deus secundum substantiam a nemine visus est, 97, neque ab Angelis et supernis potestatibus, *ibid.*, t. VIII.
Deus credendus et diligendus, 445, t. VIII.
Dei arcana incomprehensibilia non scrutanda, 63, t. VIII.
Dei benignitas erga omnes cujusvis conditionis, 312, tom. VIII.
Dei amicis maxime competit ut in ærumnas incidant, 341, t. VIII.
Deus corpus castigat ob animæ peccata, 211, t. VIII.
Deus per opera glorificatur, 291. Vult diligi per opera, 403, t. VIII.
Deo vicem rependimus cum animam nostram curamus, 80, t. VIII.
Deus nec vocem nec speciem habet, 233, t. VIII.
Deus non in prosperis modo, sed etiam in adversis adeundus ab amatoribus, 202, t. VIII.
Deus operibus magis quam precibus placatur, 446, t. VIII.
Deus non necessitate aut vi homines bonos facit, 268, tom. VIII.
Deo nos deserente quanta sit naturæ infirmitas, 451, tom. VIII.
Dei amor erga homines quantus, 159, t. VIII.
Deum unum datorem quærere oportet, 45, t. VIII.
Deum nihil ita placat ut inimicorum dilectio, 458, t. VIII.
Deus nullum proprie indurat, 377, t. VIII.
Deus ex arbitrio nostro ad nos accedit, 58, t. VIII.
De Deo et de mundo sententiæ variæ, 67, t. VIII.
Dei non est precari, 275, t. VIII.
Deus ex amore æternas pœnas peccatori comminatur, 472, t. IX.
Deus quomodo diligatur, 273, t. IX.
Dei mandatorum ratio non quærenda, 410, t. IX.
Deus in proximi nostri bonis glorificandus, 187. A Deo proficiscuntur omnia bona : ex se homo nihil habet, 225, tom. IX.
Deus nobiscum decertat in tentationibus, 343. Dei benignitati, non propriis laboribus confidendum, 561, tom. IX.
Deus semper tristibus læta miscet, 143, t. IX.
Dei offensio gravior quam ultio, 430, t. IX.
Deo gratiæ quandonam agendæ, 401, t. IX.
Deus cur in hoc mundo alios puniat, alios minime, 654. Deo rationes non repetendæ sunt, 557. Ab eo de gestis rationem repetere non licet, 405, 410, t. IX.
Dei patientia ad peccandum provocare non debet, 424, tom. IX.
Dei providentia, 129, ratiocinium nostrum exsuperat. 535, per illam omnia administrantur, 183, t. IX.
Dei patientia quanta, 560, t. IX.
Dei nomen quam venerandum, 83, t. IX.
Deus si est, omnia fecit; si non fecit, non est Deus, 271, t. IX.
Deum magis decet servare, quam punire, 476, t. IX.
Deus, qui a seipso vitam habet, vitæ auctor est, 79, t. IX.
Dei gloria quanta, 561, t. IX.
Deus ignotus Atheniensium quis, 272, t. IX.
Deus non est causa malorum, 181. Liberum arbitrium non tollit, 559. Quam cupidus sit salutis nostræ, 568, t. IX.
Deus regnum pollicens despicitur, et diabolus gehennam concilians honoratur, 60, t. IX.
Deus aliorum malignitate utitur ad bonum, 80. Deus dispensat ut a quibus lædimur, ab iisdem juvemur, 342, tom. IX.
Deus ea quæ videntur impossibilia facit, 121, 122, t. IX.
Deus per bonam vitam laudatur, 67, t. IX.
Dei amorem reliqua omnia sequuntur, 541, t. IX.
Dei essentiam curiose perquirere furentis est, 538, t. X.
Dei naturæ insita misericordia est, 385, t. X.
Dei benignitas quanta, 478, t. X.
Dei oculum nemo fugit, 432, t. X.
Deo vocanti obtemperandum, 18. Deus non vim vel necessitatem infert, 19, 20, t. X.
Deus amantior est quam patres omnes, 272, t. X.
Deus omnia caritati postponit, 290, t. X.
Dei gratia quærenda, non hominum, 14, t. X.
Deus cum injuria affectis non fert opem, id ad utilitatem nostram facit, 561, t. X.
Dei offensio longe magis nobis formidanda esse debet, quam supplicium, 480. Dei offensionem incurrere, hoc tantum grave acerbumque est, 388. Deus solus peccata remittere potest, 459, t. X.
Deus cur in hac vita non puniat? 464, t. X.
Dei dispensatio non nimis examinanda, 247, t. X.
Deus semper suos in calamitate versantes consolatur, 586, t. X.
Dei promissa omnino certa, 19, t. X.
Deus non munerum mensuram, sed dantium facultates metitur, 536, t. X.
Deus nihil ita amat ut gratum animum, 17, t. X.
Deum, non homines, respicere oportet bona agentem, 100, t. X.
Deus glorificatur a vita servorum suorum, 149, t. X.
Dei donorum discrimen, 243, t. X.
Deus cur non fecerit scientiam et virtutem naturalem, 20, t. X.
Dei essentia impervestigabilis, 30. Deus nusquam est, et est ubique, 335, t. XI.
Deus est incorporeus, 336, t. XI.
Deus quam alte hominem extulerit, 25, t. XI.
Deus solus magnus proprie dici potest, 690, t. XI.
Deum diligere oportet, et illum imitando diligere inimicum, 55, t. XI.
Deus magis parcit, quam quisquam alius, 512. t. XI.
Deus non potest esse nobiscum, nisi adsit gratia Spiritus, 659. Ut Deus nostri misereatur in nostra potestate est, 454, tom. XI.
Dei caritas cœlo terram conjunxit, etc., 75, t. XI.
Deus magis nos diligit, quam parentes nostri, 150, t. XI.
Dei benignitatem quot et quanta ostendant, 37, t. XI.
Deus ad nostram utilitatem magis quam ad suam dignitatem respicit, 500, t. XI.
Deus agit in bonis operibus, et nos cum Deo, 185, t. XI.
Deus cunctatur ut ad pœnitentiam nos adducat, 259, t. XI.
Dei bonitati non est nimis fidendum, 35, t. XI.
Deus nobis volentibus operatur in nobis, 240, t. XI.
Dei præscientia admiranda, 17, t. XI
Deus cur permiserit sanctos multa ignorare, 415, t. XI.
Dei servus a quæstionibus abstineat oportet, 631, t. XI.
Deum timet, qui nemine vidente nihil mali facit, 567, tom. XI.
Dei timor quam neglectus, 590, t. XI.
Deus cur velit a nobis laudari, 15, t. XI.
Deum imitari potest homo, 586, t. XI.
Deus, etiam cum pœnas expetit, bonus et clemens est, 716, t. XI.
Deus cur modo puniat in hac vita, modo non puniat, 646, t. XI.
Dei providentiæ est, quod rationes ejus nobis arcanæ sint, 152, t. XI.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Dei providentiam ostendit non minus gehenna, quam regnum cœlorum, 585. Dei providentia omnia geruntur, 558, t. XI.
Dei benignitas quanta, 40, t. XI.
Deo acceptæ sunt preces pro omnibus oblatæ, 536, t. XI.
Deus derelictum ab hominibus non sinit grave quidpiam pati, 657, t. XI.
Deus est zelotes, et maxime vult diligi, 431, t. XI.
Deus ipse doctor noster est, 687, t. XI.
Deus principatus constituit ad communem utilitatem, 619, tom. XI.
Deum imitari quid sit, 113, t. XI.
Dei timor nulli rei comparari potest, 204, t. XI.
Deum nihil æque irritat, ut si amici lædantur, 36, t. XI.
Dei voluntatem cum non facimus, sub laqueo diaboli sumus, 633, t. XI.
Dei causa rapinam ferre patienter, majus est quam bene facere, 459, t. XI.
Deum nihil ita irritat, ut immisericordes, 212, t. XI.
Deus non manet in anima immisericordi, 462, t. XI.
Deo homines præferre quantum malum, 706. De iis quæ Deus facit ratio non exigenda, 331, t. XI.
Deus sordes corporis non aversatur, sed animæ immunditiam, 635, t. XI.
Deum nihil ita delectat ut misericordia et eleemosyna, tom. XI.
Deus non esset justus si judicium non esset, 315, t. XI.
Deus nihil immundum fecit, 680, t. XI.
Deus quomodo glorificandus, 524, t. XI.
A Deo lugere quomodo possumus, 268, t. XI.
Deo, non hominibus confidendum, 700, t. XI.
Deus improbos aliquando punit in hac vita, 609, t. XI.
Deus credebatur a quibusdam corporeus et visibilis esse, 500, t. XI.
Deus cur permiserit ut qui Petrum custodiebant in carcere, occisi fuerint, 63, t. XI.
Deus cur permissurus sit Antichristum venire, 485, t. XI.
Deus quam timendus, 863, t. XII.
Deum timentibus nihil molestum, 182, t. XII.
Omnia propter Dei timorem agenda, 183, t. XII.
Deus quibusnam sacrificiis placatur, 95, t. XII.
Deus quantum honorem homini præstiterit, 45, t. XII.
Deus est in cœlo quod homo est in terra, 22, t. XII.
Deum ita nihil afficit lætitia ut vita proba, 171, t. XII.
Deus non statim promissa exhibet, 89, t. XII.
Dei memoria frequenter habenda, 181, t. XII.
Deus non prævenit nostras voluntates, ne perdat nostrum liberum arbitrium, 99, t. XII.
Deus terrena despicientibus, terrena dat, 174, t. XII.
Deus cum deserit, ad utilitatem nostram id facit, 228, tom. VI.
Deum qui curiose scrutatur, inter fideles non numeratur, 419, t. VI.
Deus præterita, præsentia et futura videt, 458, t. VI.
Deus non circumscribitur, 475, t. VI.
Deus castigat in terra malos, ut excitentur boni, 876, t. VI.
Deus solus scit differentiam inter sanctos, 850, t. VI.
Deus magis vult diligi quasi pater, quam timeri ut Dominus, 833, t. VI.
Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, quid sit, 878, t. VI.
Deus cur in hoc mundo peccatores omnes non puniat, 625, t. VIII.
Deus est pars fidelium, fideles sunt pars Dei, 718, t. VIII.
Deus lux est, quomodo, 545, t. VIII.
Deus cur non statim peccantibus pœnas rependat, 757, tom. VIII.
Deus sine fluxu gignit, 712, t. VIII.
Deus τριανδρότατον φῶς, *trium personarum lux*, 544, t. VIII.
Deus præscit actus malos, nec prædeterminat illos, 661, t. VIII.
Deus idolicus quid sit, 49, t. VIII.
Deus hujus seculi est diabolus, secundum Manichæos, 333, t. X.
Deos Labani furatur Rachel, 545, 547, t. V.
Deos sibi faciebant idololatræ, quo nihil turpius, 26, t. VI.
Deorum insani in masculos amores, 310, t. V.
Dii gentium dii non sunt, 241, t. V.
Dii cur aliquando lignei facti, 222, dii aurei, dii argentei, *ibid.*, t. VI.
Dii Græcorum, 49, t. IX.
Dextrocheria quid, 51, t. VI.
Diabolus nihil contra nos potest, nisi ansam præbeamus, 449. Diaboli fraudes variæ, 1012. Nobis utiiis est diabolus, si velimus, 433, 434. Diabolus non discedit a pugna, nec eo discedamus, 966. Vigilat ad interitum nostrum, vigilemus ad salutem, *ibid.*, t. I.
Diabolus pœnitentiam timet, 301. Diabolus circumcursat, ut nostræ saluti obsistat, 966. Aliquando illa tentat quæ fieri nequeunt, *ibid.* Diabolus desperationem inducit peccatoribus, 279, 287. Ipse ex desperatione periit, 301. Diaboli incursus, coronarum materia, 432, t. I.
Diabolus quomodo in urbe grassaretur Chrysostomi tempore, 328. t. I.
Diaboli techna ut Christum obscuraret, 887, t. I.
Diabolo et angelis ejus ignis paratus, 287, t. I.
ad Deum clamabant: Rex, vitæ Dominus et mortis, nos quidem, quam comminatus es, sententia digni sumus, et cujusvis pœnæ reos nos effecimus, te non agnoscentes verum Deum, et perditam vitam agentes. Tu vero mari misericordiæ tuæ usus, pœnam tolle contra nos edictam: vince obstantem justitiam bonitate, nostram ingratitudinem clementia. Si enim repentinam nobis plagam infligere voluisses, sermo ille tuus supplicio ipso fuisset conjunctus, nosque cum adhuc a te alieni essemus ac impii, neci dedisses: jam vero cum tempus definitum in bonum nobis usum concesseris, si conversos occideris, non alienos perdis, sed tuos. Cum impii essemus, nos protexisti, et eosdem, qui ad fidem redivimus, consumes? A bonis moribus alienos servasti, et bene operantes e medio tolles? Adauxisti civitatem idolis addictam, et reginam cæterarum urbium constituisti, et ditioni tuæ nunc deditam evertes? Terram, cum te ignoraremus, adjuvante te, devicimus, nunc ipsa etiamnum terra, cum te adoremus, ejiciemur? Nomini tuo, Rex, parce, ne cum a Ninivitis supplicia poposceris, pietatem rei inutilis adinstar fugiendam reddas; ne justam nobis pœnam infligens, januam pœnitentiæ hominibus præcludas. Equidem si legislatorem et magistros sortiti ulterius in malitia progressi fuerimus, ruina nos destruas inexorabili, nec veniam supplicibus concedas, imo graviorem ipsa, quam comminatus es, pœnam inducas: verum si non intelligentes, neque edocti, in malitia et impietate perstiterimus, nostram insciitiam ne tantæ, o Rex, damnaverimus ruinæ. Perdidisti non immerito olim diluvio homines, Noe enim docenti præbere aures noluerunt: prænuntiasti eis interitum, a peccato autem non abstinuerunt. Merito Sodomitas incendio conremasti, suscipere enim Loti consilia renuerunt. Submersi sunt simili ratione cum Pharaone Ægyptii; Mosi enim docenti fidem non habuerunt, sæpenumero licet percussi, tuamque dexteram experti. Nos vero unum contradicere aliqua in re ausi sumus? Modo unicum nobis, neque hunc magistrum, sed malorum potius indicem misisti; plenam nihilominus fidem ipsi præbuimus, tuumque cultum rebus omnibus potiorem habemus. Spatium (pœnitentiæ) idque exiguum nobis concessisti, et summam in eo mutationem ostendimus. Pernicie nostra præconis voce denuntiata, tuum, quo genus humanum amplecteris, amorem agnovimus. Propheta subversionem nuntiante, in tua misericordia nostram collocavimus fiduciam. Noli, optime, spem nostram reddere inanem, neque linguas cohibere tuam beneficentiam celebraturas. Noli committere, ut neci tradas viros, qui bonitatis tuæ referre præconia omni conatu ambimus; neque impedias, quominus iis omnibus, qui aliquo pacto nobis sunt conjuncti, magistri fiamus pietatis. Noli in eadem contra nos ira persistere, qui rebus iisdem non amplius immoramur. Nos mutati sumus, mutare et tu. Siste iram, sicut

(3) Malim scribere λόγον, ut sensus sit: *Vindicta justitiam habuisse.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nos cohibuimus errorem. Fac cessare pœnam, sicut refrenavimus malitiam. Satis edocuisti nos timore, da ut futurum tempus suaviora tui amoris incitamenta nobis offerat. Parce armentis a fame mugientibus. Parce innocuis pueris planctu suffocatis, immaturis infantibus præ jejunio deficientibus. Noli cum impiis perdere innocentes. Miseratio te subeat matrum, quæ ut te sibi iratum reconcilient, dilectissimæ proli lac non præbent. Huic denegant parentes misericordiam, ut tuam sibi attrahant. Quivis hominum eadem, quam nos admisimus, detinetur malitia; unde si nostra non reconciliatus fueris pœnitentia, totius mundi spem præcidisti. In primordiis (pœnitentiæ) talibus fortasse sermonibus Ninivitæ utebantur; opera autem, jejunium, saccus, oratio continua, lacrymæ, peccati fuga, verbis erant consona. Clamaverunt enim, ait, impense ad Dominum, et reversus est quisque a via sua mala, et ab injustitia, quæ in manibus eorum erat. Sapientiam ab ipso suo culmine attingunt, et apicem virtutis basim ejusdem constituunt: quodcunque enim optimum Deoque gratissimum opus foret, ei quisque studebat. Viderunt bellum cœlitus sibi illatum, atque seipsos quasi murum operibus suis communiverunt. Induerunt se saccis, miris profecto armis. Fulminibus de cœlo missis vota et preces in terra opposuerunt. Contra tonitruum fragores hymnodiæ sonum adhibuerunt. Jejunium fuit eis conspicua turris. Lacrymarum fontibus exstinxerunt peccatorum multitudinem. Inimicos sibi amicitia devinxerunt, ut Deum sibi reconciliarent: quam in offensores fovebant, iram deposuerunt, ut eam, qua Dominus in eos erat accensus, sedarent. Libellum debitorum diruperunt in terra, ut remissionem peccatorum in supernis assequerentur. Servis dederunt libertatem, ut ipsi liberationem supplicii obtinerent. Bona pauperibus erogarunt, ut in tuto collocarent propriarum rerum possessionem. Voluptati renuntiantes, continentiam sequebantur; fugientes luxuriam, temperantiam amplectebantur. A fastu dignitatum alieni omnes cum habitu humili ac lugubri figuram aliam induerunt. Venditionibus, pactis, et quocunque negotio supersedentes nonnisi Deo serviebant. Improbi ultro sua confitebantur latrocinia, neque judices pœnam a confitentibus repetebant. Omnes tanquam in vitæ termino constituti confitebantur. Divitiæ ejiciebantur absque custode, neque fur uspiam comparebat. Aurum suppeditabatur egentibus, et possessionem velut jacturam ipsam quisque fugiebat. Res unica, nimirum salus, omnibus curæ erat. Divitibus æque, ac pauperibus unus erat conatus, vitæ scilicet servandæ studium præ manibus erat. Omnia autem, quæ eo non collimarent, velut vilia et inutilia rejiciebantur. Incerta erat salus, et velut extra omnem aleam posita quærebatur. Non poterant sibi promittere finem pœnitentiæ, et tanquam ad terminum usque victuri in quodlibet opus bonum

A Φεῖσαι θρεμμάτων διὰ λιμὸν μυκωμένων· φεῖσαι παίδων ἀναμαρτήτων ὑπὸ κλαυθμοῦ πνιγομένων. Φεῖσαι νηπίων ἀώρων ὑπὸ νηστείας ἐκλελυμένων. Μὴ συνδιαφθείρῃς τοὺς ἀναιτίους τοῖς αἰτίοις. Οἰκτείρησον μητέρας γάλα διὰ τὴν σὴν ὀργὴν τοῖς φιλτάτοις οὐ παρεχούσας· ἠρνήσαντο γονεῖς ἐκείνους ἐλέων (4), ἵνα τὸ σὸν ἔλεος ἐπισπάσωνται. Πάντες ἄνθρωποι τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς, ἀνέχονται πονηρεύμασιν· ἂν ἡμᾶς μετανοοῦντας μὴ δέξῃ, τοῦ κόσμου παντὸς τὰς ἐλπίδας ἐξέκοψας. Τοιούτοις παρὰ τὰς ἀρχὰς, ὡς εἰκὸς, Νινευῖται λόγοις ἐχρῶντο· ἦν δὲ καὶ τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἐφάμιλλα, νηστεία, σάκκος, ἐκτεινῆς προσευχὴ, δάκρυα, πονηρίας φυγή. Ἀνεβόησαν γὰρ, φησὶ, πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, καὶ ἀπέστρεψεν ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν B χερσὶν αὐτῶν. Ἄπτονται τῆς φιλοσοφίας ἀπὸ τῶν ἄκρων αὐτῶν τῆς φιλοσοφίας, καὶ τὴν κορωνίδα τῆς ἀρετῆς κρηπῖδα ποιοῦνται τῆς ἀρετῆς· πᾶν γὰρ ὅ τι κάλλιστον ἔργον, καὶ Θεῷ προσφιλέστατον, τοῦτο ἕκαστος ἐπιτηδεύετο. Ἴδον πόλεμον οὐράνιον κατ' αὐτῶν ἐγειρόμενον, καὶ ὠχύρωσαν ἔργοις ἀγαθοῖς ἑαυτοὺς, ὥσπερ τεῖχος [τείχει]. Ἐνεδύσαντο θαυμαστήν τινα πανοπλίαν τοὺς σάκκους. Ἀντέταξαν κάτωθεν εὐχὰς, καὶ δεήσεις τοῖς ἄνωθεν κεραυνοῖς φερομένοις. Τῷ πατάγῳ τῶν βροντῶν τὸν ἦχον τῆς ὑμνῳδίας ἀντέστησαν. Νηστεία πύργος αὐτοῖς γέγονεν ἐναργής. Κρουνοῖς δακρύων τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἔσβεσαν φάλαγγα. Φίλους ἐποιήσαντο τοὺς ἐχθροὺς, ἵνα τὸν Θεὸν ἑαυτοῖς καταλλάξωσιν. Ἀφῆκαν αὐτοὶ τὴν ὀργὴν τοῖς λελυπηκόσιν, ἵνα τὴν κατ' αὐτῶν ὀργὴν πάυσωσι τοῦ C Δεσπότου. Ὀφλημάτων κάτω γραμματεῖον διέρρηξαν, ἵνα τῆς ἄνωθεν ἐπταισμένων ἀφέσεως τύχωσιν. Ἔδωκαν δούλοις ἐλευθερίαν, ἵνα λάβωσιν αὐτοὶ τῆς τιμωρίας ἐλευθερίαν. Προσέθηκαν τὰς κτήσεις τοῖς ἐνδεέσιν, ἵνα κτήσωνται βεβαίως τὰς ἰδίας οὐσίας. Τρυφὴν ῥίψαντες, ἐγκράτειαν μετεδίωκον. Ἀκολασίαν φυγόντες, σωφροσύνην ἠσπάζοντο. Ἀξιωμάτων ὄγκον μισήσαντες, εἰς ταπεινὸν καὶ πενθηρὲς σχῆμα ἅπαντες μετεσκευάσθησαν. Ὠνίων, καὶ συμβολαίων, καὶ πάντων ἔργων σχολάσαντες τὸν Θεὸν ἐθεράπευον. Οἱ κακοῦργοι τὰς λῃστείας οὐδενὸς ἀναγκάζοντος ὡμολόγουν. Οἱ δικασταὶ τοὺς ὁμολογοῦντας οὐκ ἐπράττοντο δίκας. Ὡς τεθνεῶτες τοῦ βίου πάντες ὡμολόγουν. Ὁ πλοῦτος ἀφύλακτος ἔρριπτο, καὶ D ὁ κλέπτης οὐδαμόθεν ἐφαίνετο. Χρυσὸς τοῖς ἐνδεέσιν ἐχορηγεῖτο, καὶ τὴν κτῆσιν ἕκαστος ὡς ζημίαν ἔφυγεν. Ἓν μόνον ἐσπουδάζετο πᾶσιν, ἡ σωτηρία. Εἷς δρόμος καὶ πλουσίοις, καὶ πένησιν, ὁ περὶ τῆς ζωῆς προύκειτο πόνος. Πᾶν δὲ τὸ μὴ εἰς τοῦτο φέρον, ὡς ἀνόνητον καὶ φαῦλον ἐκβέβλητο. Ἄδηλος ἦν ἡ σωτηρία, καὶ ὡς ὁμολογουμένη παρ' αὐτοῖς ἐσπουδάζετο. Οὐκ εἶχον θαῤῥεῖν τῷ τέλει τῆς μετανοίας, καὶ ὡς ζησόμενοι πάντως ἀγαθῆς πάσης ἐπεμελοῦντο πράξεως. Ὦ φιλοσόφων βαρβάρων! ὦ σοφῶν ἀπαιδεύτων! Ἔγνωσαν ἀδιδάκτως τὰ δέοντα, ἄνευ νομοθέτου μετερῥυθμίσθησαν, ἄνευ διδασκάλων ἐσωφρονίσθησαν, ἐκ τῆς ἐσχάτης κακίας εἰς τὴν οὐράνιον πολι-

(4) Forte legendum ἐλεεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τείαν ἀνέδραμον. Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου. Εἷς ὄμβρος ἀπειλῆς, καὶ μυρίων ἀγαθῶν φορὰν ἐβλάστησαν Νινευῖται· ἀνεχωνεύθησαν ὡς παλαιοί τινες ἀνδριάντες. Μετεσκευάσθησαν ἐκ τῆς μετανοίας· ἐξ ἁμαρτωλῶν γεγόνασι δίκαιοι. ἀγγέλοις ἐράσμιοι, Θεῷ ποθεινοί. Ἔστησαν σαλευομένην τὴν πόλιν, καταπίπτουσαν ὤρθωσαν, δονουμένην ἐστήριξαν. Μετεστράφησαν, καὶ οὐκ ἀντεστράφησαν· μετεβλήθησαν, καὶ οὐ διεφθάρησαν. Ἴδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι ἀπεστράφησαν ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν πονηρῶν, καὶ μετενόησεν ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Ὦ παραδόξων πραγμάτων! Ἀνεδίκασε τὴν δίκην ὁ δικαστὴς, τὴν φονεύουσαν ἔλυσε ψῆφον, καὶ τὴν σώζουσαν ἐψηφίσατο. Μετενόησαν Νινευῖται, καὶ μετενόησεν ὁ Θεός. Ἔσχισεν ἡ μετάνοια τῆς ἀπωλείας τὸ πρόσταγμα. Διέῤῥηξαν ἐκεῖνοι τὴν πονηρίαν, διέῤῥηξεν ὁ Θεὸς τὴν ἀπόφασιν. Ὦ πάντα δυναμένης μετανοίας! Ἐπὶ γῆς τελεῖται, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀναστρέφει. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὦ φίλοι, μετανοήσωμεν· οὕτω νηστεύσωμεν· ἀγαθὰς πράξεις τῇ νηστείᾳ συνζεύξωμεν· πονηρῶν πράξεων ἀπεχώμεθα· τῆς γεέννης τὴν ἀπειλὴν φοβηθῶμεν· διὰ μετανοίας τὴν παρὰ Θεοῦ σωτηρίαν κτησόμεθα. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

curam omnem conferebant. O rudes philosophos! o sapientes indoctos! Ea quæ decent, sine præceptore cognoverunt, emendati sunt sine legislatore, absque magistro bonis moribus imbuti sunt, ex profundo malitiæ in supernam civitatem sursum cucurrerunt. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi* [1]. Nonnisi unus fuit minarum imber, et Ninivitæ immensam bonorum copiam germinarunt. Denuo conflati sunt velut antiquæ quædam statuæ. Pœnitentia diversam sortiti sunt formam. Ex peccatoribus facti sunt justi, amabiles angelis, Deo desiderabiles. Commotam firmarunt civitatem, collapsam erexerunt, agitatam consolidarunt. Conversi sunt, et non sunt reversi: mutati sunt, et non sunt destructi. *Vidit* enim, ait, *Deus opera illorum, quia conversi sunt a viis suis malis, et misertus est super malitiam, quam locutus erat, ut faceret eis* [2]. O res admirabilis! Novam tulit judex sententiam, mortis decretum diremit, salutis sententiam edixit. Pœnituit Ninivitas, et pœnituit Deum. Pœnitentia rescidit decretum interitus. Diruperunt ipsi impietatem, et sustulit Deus sententiam. O pœnitentiam omnipotentem! Perficitur in terra, et ea quæ in cœlo sunt, permutat. Talem nos quoque, amici, pœnitentiam agamus: eodem modo jejunemus: bona opera jungamus jejunio: a pravis operibus abstineamus: inferni comminationem timeamus, et per pœnitentiam a Deo salutem consequemur: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ εἰς τὸν πλούσιον καὶ τὸν Λάζαρον (5).

Α'. Μεγάλη τῆς ἐλεημοσύνης ἡ εὐεργεσία. Οὐδὲν ἄλλο ἐξισάζεται τῇ ἐλεημοσύνῃ. Οὐδεμία ἀρετὴ ἐξισχύει οὕτως ἐξαλεῖψαι ἁμαρτίας. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία Γραφή φησιν· *Ὁ ἐλεῶν πτωχῷ, δανείζει Θεῷ*. Ἐὰν δανείσῃς ἀνθρώπῳ χρυσίον, δεσμεύει τοῖς τραύμασι καὶ τοῖς γράμμασιν. Ἐπὶ δὲ Θεοῦ οὐκ ἔστιν οὕτως. Ἀλλὰ τοῖς μαρτυρίοις διδοῖς, τοῖς πένησιν, καὶ ὁ Θεὸς προσκαλεῖ ἀποδοῦναι τὸ δάνειον. Ἃ ἐδάνεισας τῷ πένητι, σπεύδει λῦσαι τὴν ἐγγύην, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀποδίδωσιν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐλογίας ἀποδιδοῖ λέγων· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Ἄνθρωπον ἐὰν δανείσῃς, οὐκ, ἔστιν ὅτε, ἀποδίδωσι δάνειον, οὐδὲ τὸ πρόσωπόν σου θέλει ἰδεῖν· ὁ Θεὸς δανεισάμενος ἀντὶ τῶν παραμενόντων τοῖς μαρτυρίοις, καὶ τῶν πενήτων, οὐκ ἀποδίδωσι τὸ δάνειον καὶ ἀποπέμπει, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμους ποιεῖ τοὺς δανειστάς, λέγων· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Πότε ἡτοίμασεν ὁ Κύριος; Πότε; ὅτε σὺ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐν τοῖς μαρτυρίοις ἐκαρποφόρεις, ὅτε σὺ τὰς μνήμας τῶν ἁγίων ἐπετέλεις, ὅτε σὺ τοῖς πένησιν τὸν ἄρτον ἐδάνειζες,

HOMILIA III.

De eleemosyna, et in divitem ac Lazarum.

Magnum eleemosynæ beneficium. Nihil aliud exæquabitur eleemosynæ. Nulla virtus ita valet delere peccata. Quare et divina dicit Scriptura: *Quem miseret pauperis fenerat Deo* [3]. Si feneraveris homini aurum, revincit te vulneribus et litteris. At penes Deum non ita se res habet. Sed martyriis quis dat vel pauperibus, et Deus vocat, ut fenus reddat. Quæ fenerasti pauperi, festinat ipse ut eorum solvat vadimonium: nec simpliciter restituit, verum etiam cum multa reddit benedictione, inquiens: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditatem adite præparati vobis regni a fundatione mundi* [4]. Homini si feneraveris, nunquam fenus reddit, nec faciem tuam videre vult: Deus accepto fenore per eos qui martyriis assistunt, et per pauperes, non reddit fenus et dimittit, verum etiam cohæredes facit feneratores, dicens: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditatem adite præparati vobis regni a fundatione mundi*. Quando præparavit Dominus? Quando? cum tu in ecclesiis et in martyriis fructus afferebas: cum tu memorias sanctorum efficiebas: cum tu pauperibus panem fenerabas: cum tu mendicos in domum tuam suscipiebas: cum tu mendicos veste induebas: cum tu infirmos et in car-

[1] Psal. LXXVI, 11. [2] Jon. II, 10. [3] Prov. XIX, 17. [4] Matth. XXV, 34.

(5) *Bibliotheca Gallandiana*, tom. XIV, Append., p. 156, ex ms. Naniano. Menda amanuensis quædam emendantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cere positos visitabas : cum tu hæc faciebas, ego regnum præparabam.

II. Attende vero granditatem eleemosynæ, quod nulla virtus æquetur illi. Non enim dixit : Virginitatem propter me custodistis. Hoc non dixit. (Sed) *Esurivi et dedistis mihi manducare* [a]. Magna est virginitas, et jejunium, et cæteræ virtutes, at eleemosyna inferiores sunt. Custodierunt etiam quinque virgines fatuæ virginitatem : sed quia misericordiæ opera non habebant extra thalamum mansere ; quinque enim prudentes una cum virginitate etiam misericordiam habebant : propterea thalamum ingressæ sunt. At quinque fatuæ virginitatem solam custodierunt, ratæ ut per illam ingressuræ essent regnum cœlorum, nec aliud quidpiam sibi comparaverunt, non eleemosynam, non aliud quid. Idcirco Dominus quoque ad illas inquit : *Abite a me, non novi vos* [b]. Idcirco etiam fatuæ audiunt, quia virginitatem solum custodiebant, et misericordiæ opera nulla fecerant.

III. Quemadmodum enim si quis lucernam accendat, et oleum non infundat, exstinguitur : haud aliter etiam, si quis virginitatem servet, nec oleo tamen eleemosynæ nutriat pauperem, nihil lucratus est. Magnum est mercimonium eleemosynæ. Si cupias vestimentum emere aut boves, accipis impensas et argentum, ad nundinas proficisceris, et æstu ardens aliquando esuris et sitis. Hæc vero omnia ubi sustinueris, vix potes propositi tui compos fieri. Et si quando compos fias, non ut vis venditor dabit, sed ut ipsi libet. Juras tu, Non emo tanti : jurat ille, Tanti non vendam; fitque inter vos primum peccatum, sicut dixit Salomon : *Inter venditionem et emptionem generabitur peccatum* [c]. Necesse est enim ut alteruter pejeret, aut etiam uterque : quod sæpe etiam non uno verbo committit emptor, aut venditor. Aliquando post tot labores certus non es habendi quod possidere concupiscis. Sæpe enim antequam domum tuam pervenias, vel moritur quod emptum est, vel perit, vel reprobum invenitur, acciditque tibi duplex molestia. At enim pro regno Dei nihilo hujusmodi obnoxius es. Non itineris laborem sustines, et lassitudinem æstus, non deceptæ spei dolorem : nihil horum inquam. Sed domi tuæ residente te, pauper venit, qui paradisum vendit, et dicit : Da panem et accipe paradisum : da attritæ vestis frustum, et accipe regnum cœlorum. Nec dico tibi quanti, ut non hæreas, paupertatem causatus. Quanti vis eme paradisum. Da panem : non habes panem? da obolum, da calicem aquæ frigidæ. Quod vis da; quod habes : omnia recipio : tantum eme paradisum. Imitare viduam illam admirabilem,

ὅτε σὺ τοὺς πτωχοὺς εἰς τὸν οἶκόν σου ἐδέχου, ὅτε σὺ τοὺς πτωχοὺς περιετίθεις ἱμάτιον, ὅτε σὺ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ τοὺς ἐν φυλακῇ ἐπεσκέπτου, ὅτε σὺ ταῦτα ἐποίεις, ἐγὼ τὴν βασιλείαν ἡτοίμαζον.

Β'. Καὶ βλέπε τὸ μέγεθος τῆς ἐλεημοσύνης, ὅτι οὐδεμία ἀρετὴ ἐγκρίνεται αὐτῇ. Οὐκ εἶπεν γάρ, ὅτι Παρθενίαν δι' ἐμὲ ἐφυλάξατε· οὐδὲν τούτων εἶπεν (6). *Ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν.* Μεγάλη καὶ ἡ παρθενία, καὶ ἡ νηστεία, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταί· ὀλλὰ τῆς ἐλεημοσύνης ἔλαττον τυγχάνουσαι. Ἐφύλαξαν καὶ πέντε παρθένοι αἱ μωραὶ παρθενίαν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐλεημοσύνην οὐκ εἶχον, ἔμειναν ἔξω τοῦ νυμφῶνος. Αἱ γὰρ πέντε φρόνιμοι μετὰ τῆς παρθενίας καὶ ἐλεημοσύνην εἶχον· διὰ τοῦτο εἰσῆλθον εἰς τὸν νυμφῶνα. Αἱ δὲ πέντε μωραὶ τὴν παρθενίαν μόνον ἐφύλαξαν προσδοκῶσαι δι' ἐκείνης εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἐκτήσαντο, οὐδὲ ἐλεημοσύνην, οὐδ' ἕτερόν τι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριός φησιν πρὸς αὐτάς· *Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.* Διὰ τοῦτο καὶ μωραὶ ἐκλήθησαν, ὅτι τὴν παρθενίαν μόνον ἐφύλαξαν, καὶ ἐλεημοσύνην οὐκ ἐποίησαν.

Γ'. Ὥσπερ γὰρ ἐάν τις ἄψῃ λύχνον, καὶ μὴ ἐμβάλῃ τὸ ἔλαιον, σβέννυται· οὕτως καὶ ἐὰν κτήσηται παρθενίαν, καὶ μὴ τῷ ἐλαίῳ τῆς ἐλεημοσύνης θρέψῃ τὸν πένητα, οὐδὲν ἐκέρδησεν. Μεγάλη τῆς ἐλεημοσύνης ἡ πραγματεία. Ἐὰν ἐπιθυμῇς ἀγοράσαι ἱμάτιον ἢ βόας, ἐπαίρεις δαπάνας καὶ χρυσίον, καὶ πορεύῃ εἰς πανήγυριν, καὶ καυσούμενος (7) ἐνίοτε πεινᾷς καὶ διψᾷς. Καὶ ταῦτα πάντα ὑπομένων, μόλις δύνασαι τοῦ σκοποῦ τυχεῖν· καὶ ὅταν ἐπιτύχῃς, οὐχ ὡς θέλεις δώσει ὁ πωλῶν, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἀρέσκεται. Ὀμνύεις σὺ, Οὐκ ἀγοράζω τοσούτου· ὀμνύει ἐκεῖνος, Οὐκ ἐπιπράσκω τοσούτου. Καὶ γίνεται ἀνὰ μέσον ὑμῶν πρώτη ἁμαρτία, καθὼς εἶπεν Σολομών, ὅτι· *Ἀνὰ μέσον πράσεως καὶ ἀγορᾶς γενήσεται ἡ ἁμαρτία.* Ἀνάγκη γὰρ τὸν ἕνα ἐπιορκῆσαι, ἢ τοὺς δύο. Πολλάκις γὰρ οὔτε ὁ ἀγοράζων ἑνὶ ῥήματι, οὔτε ὁ πωλῶν. Καὶ ὅτε μετὰ τοσούτου κόπου κτῆσθαι ὃ ποθεῖς, οὐκ ἔχεις τὸ ἀσφαλές. Πολλάκις γὰρ πρὸ τοῦ φθάσαι εἰς τὴν οἰκίαν σου, ἢ ἀπέθανεν, ἢ ἀπώλετο, ἢ ἀδόκιμον εὑρίσκεται, καὶ γίνεταί σοι διπλοῦς ὁ κόπος. Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτον ὑπομένεις· οὐχ ὁδοιπορίας κόπον καὶ καύσωνος καυνότητα, οὐ λύπην ἀποτυχίας· οὐδὲν τούτων. Ἀλλ' ἔσω καθημένου σου ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἔρχεται ὁ πένης πωλῶν τὸν παράδεισον, καὶ λέγει· Δὸς ἄρτον, καὶ λάβε παράδεισον· δὸς ἀπότριμμα ἱματίου, καὶ λάβε βασιλείαν οὐρανῶν. Καὶ οὐ λέγω σοι πόσου, ἵνα μὴ ὑπερτίθῃ, πενίαν ἀναλαμβανόμενος. Ὅσου θέλεις ἀγόρασον τὸν παράδεισον. Δὸς ἄρτον. Οὐκ ἔχεις ἄρτον; Δὸς ὀβολόν, δὸς ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος. Ὃ θέλεις δὸς, ὃ ἔχεις· πάντα δέχομαι. Μόνον ἀγόρασον τὸν παράδεισον. Μίμησαι τὴν

[a] Matth. xxv, 35. [b] ibid. 12. [c] Eccli. xxvii, 2.

(6) Hoc membrum interpositum male videtur, aut aliquid deesse.

(7) Cod. καυσοῦσαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χήραν ἐκείνην τὴν θαυμαστὴν, ἥ τις δράκα ἀλεύρου ἀπέδωκεν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐκληρονόμησε τῶν οὐρανῶν. Καὶ πάλιν ἄλλη χήρα, ἡ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μνημονευομένη, μηδὲν ἔχουσα ἄλλο, εἰ μὴ δύο λεπτὰ καὶ μόνον, καὶ ἐκεῖνα ἔβαλεν ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, καὶ ἠγόρασεν τὸν παράδεισον.

A quæ pugillum farinæ dedit, et regnum cœlorum hæreditavit. Et rursum alia vidua, cujus mentio in Evangelio, cum nihil haberet aliud, nisi tantum duo minuta, illa quoque conjecit in arcam eleemosynæ, et emit paradisum.

Δ'. Οὐ χρηματίζει (8) ὁ πωλῶν τὸν παράδεισον, ἀλλὰ ψυχὴν ἐλεήμονα καὶ καρδίαν εὐπροαίρετον. Δὸς τῷ πένητι, καὶ κτῆσαι τὸν Θεὸν χρεωστήν. *Ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει Θεῷ*. Καὶ πότε, φησὶν, ἀποδιδοῖ ὁ δανεισάμενος; Πότε; Ὅτε ἀφιεὶς τὰ χρήματα, τὰς οἰκίας, τὸν χρυσὸν, τὸν ἱματισμὸν, τὰ λοιπὰ πάντα, καὶ ἀπέρχῃ γυμνὸς, καὶ πάντα ἐγκαταλιπών· τότε ὁ δανεισάμενος μετ' εὐχαριστίας ἀποδίδωσιν. Πρόπεμψόν σου τὰ χρήματα ἐκεῖ, καὶ τότε σὺ ὕπαγε. Μὴ ἀναμένῃς τὸν χρυσὸν, μὴ τηρήσῃς αὐτά. Ἄδηλος ὁ βίος· οὐκ οἶδας πότε ἐξέρχῃ τοῦ βίου. *Ὡς γὰρ κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται* ὁ θάνατος. Οἷᾳ ὥρᾳ οὐ γινώσκεις καὶ προσδοκᾷς, πορεύῃ· καὶ τὰ χρήματά σου ὧδε μένει· καὶ ἐκεῖ ἐπιθυμεῖς ῥανίδα ὕδατος, ἵνα βρέξῃς τὰ χείλη, καὶ ἄλλοι ὧδε καταμερίζονταί σου τὸν βίον.

IV. Non opes postulat qui paradisum vendit, sed animam misericordem, et cor cui bona adsit voluntas: Da pauperi, et acquire Deum debitorem. *Qui miseretur pauperis, fenerat Deo* [6]. At quando, inquit, reddit qui feneratus est? Quando? Cum relinquens facultates, et domos, et aurum, et vestes, et cætera omnia, abis nudus, desertis omnibus: tunc qui feneratus est, cum gratiarum actione reddit. Præmitte opes tuas eo, et tunc perge et tu. Ne exspectes aurum, ne opes attendas. Incerta est vita: ignoras quando vita sis discessurus. *Tanquam fur* enim *in nocte, sic venit* mors [7]. Qua hora non scis nec exspectas, venit: facultates porro hic manent, tu vero ibi concupiscis stillam aquæ, ut irriges labia, dum interim alii heic herciscunt inter se bona tua.

B

Ε'. Οὕτως ἐπεθύμησεν ῥανίδα ὕδατος καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ὁ ἐν τῷ πυρὶ ὑπάρχων, καὶ παρεκάλει τὸν Ἀβραὰμ λέγων· *Πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με, καὶ, ἀπόστειλον Λάζαρον, ἵνα τῷ μικρῷ δακτύλῳ αὐτοῦ βρέξῃ μου τὰ χείλη, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ*. Οὗτος ὁ πλούσιος ὅτε ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, πορφύραν ἐνεδιδύσκετο, βύσσον καὶ σηρικά· καὶ προήρχετο ὑπὸ ὀχήματος φερόμενος· οἱ ἵπποι αὐτοῦ ξύασπροι (9), χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλλωπισμένοι, χρυσῷ δὲ τὰ σκέλη ἐμπεπηγμένοι (10). Παῖδες προτρέχοντες καὶ ἀκολουθοῦντες, μανιάκια χρυσᾶ περικείμενα, ψέλλια καὶ ὁρμίσκοι, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν μεγάλῃ φαντασίᾳ προήρχετο. Ἐν δὲ τῷ ἀρίστῳ αὐτοῦ χρυσὸς ἄμετρος διηκόνει, καὶ ἄργυρος ἀμύθητος, οἶνος πολύτιμος, φασιανοὶ, χῆνες, πορφυρίωνες, πέρδικες, περιστεραὶ, ὄρνεις, λαγωοὶ, ἄρνια, ἔριφοι, μαγείρων πλῆθος θορυβουμένων· ἄλλοι ῥιπίζοντες σποδὴ μὴ μία ὑφίσταται αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ· ἄλλοι ἀργυροῦς νιπτῆρας κατέχοντες, καὶ ὀθόνια καθαρὰ ἕτοιμοι παρεστήκεισαν, τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων αὐτοῦ ἀποσμήχοντες, ἀνακειμένου αὐτοῦ. Καὶ βλέπε τὴν ἀπανθρωπίαν καὶ τὴν αἰσχύνην.

V. Haud aliter concupivit stillam aquæ etiam dives ille, qui in igne est, orabatque Abraham dicens: *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut minimo digito suo irriget labia mea: crucior enim in hac flamma* [8]. Iste dives dum esset super terra, purpura induebatur, bysso, et sericis: procedebat curru vectus: equi ejus insignes, auro argentove ornati erant; auro crura eorum solidabantur. Pueri præcedebant et sequebantur. Torques aureæ circumpositæ erant, armillæ et monilia, ac ut paucis eloquar, magno incedebat apparatu. In prandio ejus aurum immensum inserviebat et argentum copia indicibili: vinum aderat pretiosissimum, phasiani, anseres, porphyriones, perdices, columbæ, gallinæ, lepores, agni, hædi, coquorum multitudo obstrepentium: alii diffabant, ne quis pulvisculus capiti ejus insideret: alii argenteos pelves tenebant, et lintea munda parati suggerebant, extrema digitorum ejus abstergentes, ipso recumbente. Sed attende hominis crudelitatem pudendam.

C

D

Ϛ'. Οἱ πάντες ἔκαμνον· αἱματοχειρίαι, θόρυβος τοσοῦτος, ἵνα τοῦ ἑνὸς πλουσίου ἐκείνου τὴν κοιλίαν χορτάσωσιν. Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι αὐτὴν τῶν πολυτελῶν βρωμάτων, προετοιμάζονται αὐτῷ καὶ κλῖναι ἐλεφάντιναι, χηνόπλουμα, συνδόναι καθαραὶ καὶ τρυφεραί. Καὶ μὴ δυναμένου ἀφυπνῶσαι διὰ τὴν καρηβαρίαν αὐτοῦ, ἄλλοι τοὺς πόδας ψηλαφῶσιν, ἄλλοι τῆς οἰκίας φροντίζονται, τὰς θύρας καὶ τὰς θυρίδας φυλάσσοντες, μή που φωνὴ, μή που ζόφοι καὶ

VI. Omnes laboribus distenti erant, cultri jactabantur, tumultus tantus, ut unius illius divitis abdomen satiarent. Postquam satietas contigit pretiosissimorum ciborum, præparantur ei lecti eburnei, anserina lanugine plena cervicalia, sindones mundæ et voluptuosæ. At cum somnos capere nequiret propter capitis sui gravedinem, alii pedes palpant, alii domus curam gerunt, ostia fenestrasque custodientes, ne quis strepitus, ne qui clamores, ne qui so-

[6] Prov. xix, 17. [7] I Thess. v, 2; II Petr. iii, 10. [8] Luc. xvi, 24.

(8) Χρήματα ζητεῖ.
(9) Vox incognita vel corrupta.
(10) Vel ἐσκεπασμένοι. Ms. χρυσῶν δὲ σασελες ἐμπαισαγμέναι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nitus dormitantem perturbent. Hujusmodi erat divitis illius spectaculum.

VII. *Erat vero quidam pauper nomine Lazarus, et projecerat se in atrio divitis vulneribus scatens, optabatque satiari de micis quæ cadebant de mensa divitis, et nemo dabat ei*[9]. Videbat enim illum dives, et aversabatur faciem ejus, abominabatur, respuebat, præteribat, atque adeo indignabatur. Non dicebat miser : Hic homo est, perinde atque ego. Eadem manus utrumque creavit ; contribulis meus est, et ejusdem particeps naturæ. Non inflectebat animos, non remollescebat ad misericordiam, non est misertus hominis gravi adeo infirmitate in atrio suo projecti. Canes sedenim venientes videntesque illum ita affectum et tabo scaturientem etiam ex membris suis, multam præ se ferentes benignitatem, veluti spongiam quamdam adhibentes, lingua sua tabum absfergebant, membra illius circumlingentes quasi quidam optimi medici vulnera ejus curantes, multo ceu boni ominis præsagio intenta ora tenentes, caventesque diligenter, ne forte dentium virus præoccuparet vitiaretque aliquod justi membrum. O divitis crudelitatem ! Canes medicam artem præ se ferebant pro languente, qui nec Dei notitiam habentes, nec resurrectionem exspectantes, sese ad pauperis curationem urgebant. At dives, qui ad terribile illud tribunal adstaturum se sciebat, pauperis non est misertus.

VIII. Vidisti divitis istius heic pompam et luxum? Vidisti pauperis nullo loco habitam conditionem et divitiarum parcimoniam? Ille gloriosus, iste ignobilis : ille in voluptatibus vivens, iste infirmitate prostratus : ille tantis opibus abundans, Dei recordationem nullam habuit : iste in Deum verba non protulit. Agedum videamus etiam in illa æternitate finem utriusque.

IX. *Accidit*, inquit, *ut moreretur dives et deferretur in supplicium æternum. Mortuus est autem etiam Lazarus, et delatus est ab angelis in sinus Abrahæ. Et cum esset in igne dives ille, vidit Lazarum requiescentem in sinibus Abrahæ, et agnovit eum. Et clamavit dicens : Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut minimo digito irrigat labia mea, quia crucior in flamma ista* [10]. Ubi sunt divitiæ? ubi aurum? ubi argentum? ubi argenteum laquear? ubi servorum pompa? ubi elutriatum vinum? Nunc vero stillam aquæ requiris et optas? *Miserere mei, pater Abraham* ? O miser dives ! Quando in atrio tuo jacebat Lazarus, noluisti eum agnoscere : et nunc Lazarum ad opitulandum postulas? *Miserere mei* ? At enim inutiliter cessura est deprecatio tua. Elapsum est misericordiæ tempus. Ibi cæteroqui non

[9] Luc. xvi, 20, 21. [10] Luc. xvi, 22, 23, 24.

A τοῦτο (11) διυπνίσουσιν. Τοιαύτη ἦν ἡ φαντασία τοῦ πλουσίου.

Ζ'. Ἦν δέ τις πτωχὸς ὀνόματι Λάζαρος, καὶ ἐβέβλητο εἰς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἑλκόμενος, καὶ ἐπεθύμει χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ. Ἔβλεπε γὰρ αὐτὸν ὁ πλούσιος, καὶ ἀπέστρεφε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἐβδελύσσετο, διέπτυσεν, παρέτρεχεν, μᾶλλον δὲ παρεβλέπετο. Οὐκ εἶπεν ὁ ἄθλιος, ὅτι Οὗτος ἄνθρωπός ἐστιν ὡς κἀγώ. Ἡ αὐτὴ χεὶρ τοὺς ἀμφοτέρους ἐδημιούργησεν, ὁμόφυλός μού ἐστι καὶ ὁμογενής. Οὐκ ἔκλινε τὸν λογισμὸν, οὐκ ἐμειλίχθη πρὸς τὴν εὐσπλαγχνίαν. Οὐκ ἠλέησεν τὸν ἐν τοσαύτῃ ἀσθενείᾳ βεβλημένον εἰς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ. Οἱ κύνες γὰρ ἐρχόμενοι καὶ B βλέποντες αὐτὸν οὕτως κείμενον, καὶ τὸν ἰχῶρα περιῤῥεόμενον, καὶ (12) τῶν μελῶν αὐτοῦ, εὐσπλαγχνίαν πολλὴν ἐπιδεικνύμενοι, ὥσπερ σπόγγον τινὰ προσερχόμενοι τῇ γλώσσῃ ἀπέμασσον τὸν ἰχῶρα ἐκ τῶν μελῶν αὐτοῦ, περιλείχοντες, ὡς ἄριστοί τινες ἰατροὶ θεραπεύοντες, τὰ ἕλκη, μετὰ πολλῆς εὐφημίας κεχηνότες, ἀσφαλιζόμενοι ἀκριβῶς, μή πως φθάσῃ ὁ ἰὸς τῶν ὀδόντων, καὶ καταλυμήνηται τοῦ δικαίου τι. Ὦ τῆς ὠμότητος τοῦ πλουσίου ! Οἱ κύνες ἰατρικὴν τέχνην προσεβάλλοντο ἐπὶ τοῦ ἀσθενοῦντος, οἱ μὴ εἰδότες, Θεὸν, μήτε ἀνάστασιν προσδοκῶντες, πρὸς θεραπείαν τοῦ πένητος ἐπείγοντο. Καὶ ὁ πλούσιος, ὁ προσδοκῶν τὸ φοβερὸν κριτήριον παραστῆναι, τὸν πένητα οὐκ ἠλέησεν.

Η'. Ἴδες τοῦ πλουσίου τὴν ἐνταῦθα δόξαν, τὴν C τρυφήν ; Ἴδες τοῦ πένητος τὴν ὀλιγοφρόνιον περιφάνειαν, καὶ τὴν τοῦ πλούτου πρὸς ὀλίγον εὐτέλειαν ; Ἐκεῖνος ἔνδοξος, οὗτος ἄτιμος · ἐκεῖνος ἐν τρυφερότητι διάγων, οὗτος ἐν ἀσθενείᾳ κατακείμενος. Ἐκεῖνος ἐν τοσούτῳ πλούτῳ διάγων, τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐμνημόνευσεν · οὗτος ἐν τοσαύτῃ ἀσθενείᾳ κατακείμενος τὸν Θεὸν οὐκ ἐβλασφήμησεν. Δεῦρο λοιπὸν ἴδωμεν καὶ ἐν τῷ αἰῶνι ἐκείνῳ ἀμφοτέρου τὸ τέλος.

Θ'. Ἐγένετο, φησὶν, ἀποθανεῖν τὸν πλούσιον, καὶ ἀπενεχθῆναι εἰς κόλασιν αἰώνιον. Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ Λάζαρος, καὶ ἀπηνέχθη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους Ἀβραάμ. Καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ πυρὶ ὁ πλούσιος ἶδεν τὸν Λάζαρον ἀναπαυόμενον εἰς τοὺς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ ἐγνώρισεν D αὐτόν. Καὶ ἔκραξε λέγων · Πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα τῷ μικρῷ δακτύλῳ βρέξῃ μου τὰ χείλη, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. Ποῦ ὁ πλοῦτος ; ποῦ ὁ χρυσός, ποῦ ὁ ἄργυρος ; ποῦ ἡ στέγη ἡ ἀργυρᾶ ; ποῦ ἡ φαντασία τῶν παίδων ; ποῦ ὁ οἶνος ὁ ἐκχυνόμενος, καὶ νῦν ῥανίδα ὕδατος ἐπιζητεῖς καὶ ἐπιθυμεῖς ; Ἐλέησόν με, πάτερ Ἀβραάμ ; Ὦ ἄθλιε πλούσιε ! Ὅτε εἰς τὸν πυλῶνά σου ἔκειτο ὁ Λάζαρος, γνωρίσαι αὐτὸν οὐκ ἤθελες · καὶ νῦν Λάζαρον ἐπιθυμεῖς εἰς

(11) Forte ψόφοι καὶ δοῦποι διυπνίσουσιν.

(12) Forte ἐκ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βοήθειαν ; *Ἐλέησόν με ;* ἀνωφελὴς λοιπὸν ἡ ἱκεσία σου. Παρῆλθεν ὁ καιρὸς τοῦ ἐλέους. Ἐκεῖ λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἔλεος. *Ἡ γὰρ κρίσις ἀνήλεός ἐστι τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος.* Τί ἐπιθυμεῖς ἔλεος, ὅπερ σὺ ἐπὶ γῆς οὐκ ἐκτήσω; *Ἐλέησόν με, πάτερ Ἀβραάμ, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα τῷ μικρῷ δακτύλῳ βρέξῃ μου τὰ χείλη, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ.* Ποίῳ δακτύλῳ, ὦ πλούσιε ; ὃν σὺ φαγεῖν ἐπὶ τραπέζης οὐ κατεδέξω ; Τότε κατανοῆσαι τὰς χεῖρας αὐτοῦ οὐκ ἤθελες, ἀλλ' ἐδδελύσσου, καὶ νῦν τῇ γλώσσῃ σου ἅψασθαι παρακαλεῖς ; *Ἐλέησόν με, πάτερ Ἀβραάμ.* Πῶς καλεῖς αὐτὸν πατέρα μὴ πράξας τὰ τοῦ υἱοῦ ; Ἐκεῖνος πατὴρ τῶν ἐν φωτὶ διαγόντων ἐστίν. Οὐδεμία συμφωνία φωτὶ πρὸς σκότος. Μὴ καλέσῃς αὐτὸν πατέρα. Σὺ γὰρ κατὰ τὸν ἀνελεήμονά σου τρόπον, υἱὸς σκότους καὶ γεέννης ὑπάρχεις. Πῶς δὲ καλεῖς αὐτὸν πατέρα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Λάζαρον μὴ ἐλεήσας;

A est misericordia. *Judicium enim sine misericordia est ei, qui non fecit misericordiam* [11]. Quid misericordiam desideras, quam tu in terris positus non habebas? *Miserere mei, pater Abraham, et mitte Lazarum, ut minimo digito irriget labia mea, quia crucior in flamma ista.* Quo digito, o dives? quemne tu in mensa tua comedere non tulisti? Tunc intendere animum ad manus illius nolebas, sed abominabare : et nunc ut linguam tuam attrectet exoras? *Miserere mei, pater Abraham.* Quomodo eum vocas patrem, cum non feceris quæ filii sunt! Ille pater est degentium in lumine. Nulla convenientia est luci ad tenebras. Ne voces illum patrem. Tu enim secundum immisericordes mores tuos, filius es tenebrarum et Gehennæ. Quomodo vero vocas B eum Patrem, qui non es misertus filii ejus Lazari?

Ι'. Ὁ δὲ πατριάρχης οὗτος ὁ μέγας οὐκ ἐμάλλαξεν αὐτὸν τῇ ὀδύνῃ · οὐ προσέθηκεν πόνον, οὐκ ἔπληξεν αὐτὸν λόγοις · οὐκ ἠρνήσατο τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην. Ἀλλὰ πραείᾳ τῇ φωνῇ καὶ ἱλαρὸς τῷ προσώπῳ ἀπεκρίνατο, λέγων· *Τέκνον, ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ Λάζαρος τὰ κακά. Διὰ τοῦτο οὗτος ἐνταῦθα ἀναπαύεται, καὶ σὺ ὀδυνᾶσαι. Ὅμως χάσμα μέγα ἐστὶν ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς δύναται αὐτὸ περάσαι ἐξ ἡμῶν.*

X. Magnus autem iste patriarcha nequaquam illum obruit dolore, afflictionem non adjecit, non perculit eum verbis, non abnegavit humanitatis naturam. Sed blanda voce, et hilari vultu respondit, dicens : *Fili, recepisti tu bona tua super terra, et Lazarus mala. Propterea iste hic requiescit, et tu cruciaris. Nihilominus hiatus magnus est inter vos et nos : et nemo potest ex nobis illum transmittere* [11].

ΙΑ'. Ἶδες τοῦ πλουσίου τὸ τέλος ; ἶδες τῆς τρυφῆς τὸ πρόσκαιρον ; Μὴ ἀναμείνῃς δοῦναι τὰ σὰ τοῖς πένησιν, Μηδέποτε τηρήσῃς εἰς τὴν αὔριον. *Οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Τί συντίθεις χρήματα ; ἃ μετ' ὀλίγον μὴ θέλων καταλιμπάνεις, καὶ πορεύῃ λυπούμενος, καὶ ἐπιθυμεῖς ἐκεῖ ῥανίδα ὕδατος, καὶ ἄλλοι ἐνταῦθα καταμεριζόμενοί σου τὸν πλοῦτον, οὕτως (13) μνήμην τοῦ ὀνόματός σου ποιοῦνται. Πολλάκις γὰρ καὶ οἱ κληρονόμοι σου ἀνασκάπτουσιν τὰ ὀστᾶ καταρώμενοί σου. Πρόπεμψόν σου τὰ χρήματα εἰς τὸν ἐκεῖ αἰῶνα τὸν ἀτελεύτητον. Δωρεάν σου παρέχων (14) τὴν βασταγὴν ὁ ἐκεῖ πανδοχεύς. Ἐνταῦθα ἐὰν θέλῃς μετενεγκεῖν σου τὸν πλοῦτον ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἑτέραν, μισθοῦ σὰ (15) κτήνη, μισθοφόρους καμήλους, ἡμιόνους, φύλακας ξιφήρεις ἐν τῇ ὁδῷ, μή τινες ἁλιτήριοι ἐπιῤῥίψαντες διαρπάξωνταί σου τὸν πλοῦτον. Εἰς ἐκεῖνον δὲ τὸν κόσμον, ἐὰν θέλῃς μετενεγκεῖν σου τὸν πλοῦτον, οὔτε κόπον ὑπομένεις, οὔτε μισθὸν ἀναλίσκεις, οὔτε ἐπηρίαν τινὰ ὑπομένεις, οὔτ' ἐξέρχῃ ἐκ τῆς οἰκίας, Ἀλλὰ σὺ κάθῃ ἐν τῇ πόλει ἐν πολλῇ ἀναπαύσει, καὶ ἔρχεται ὁ πένης εἰς τὴν θύραν σου, ζητῶν σου τὸν πλοῦτον μετενέγκαι εἰς τὸν ἐκεῖ αἰῶνα τὸν ἀτελεύτητον. Καὶ οὐ παραχωρεῖς αὐτῷ οἰκεία σου προθέσει οὔτε ἕνα ὀβολόν ; Ἀνάνευσον, ὦ ἄνθρωπε, εἰ θέλεις ἔχειν πλοῦτον ἀτελεύτητον. Δὸς εἰς τὰς χεῖρας τῶν πενήτων, καὶ εὑρήσεις

XI. Vidistin' divitis finem? vidistin' luxus brevitatem momentaneam? Ne comperendines dare C tua pauperibus : ne differas in crastinum. *Nec enim nosti quid paritura sit crastina* [12]. Quid coacervas opes, quas haud ita multo post vel invitus deseris, et abis dolens, et concupiscis ibi stillam aquæ, et alii hic herciscunt divitias tuas, nec amplius memoriam nominis tui faciunt? Sæpe enim hæredes tui effodiunt etiam ossa tua imprecantes tibi. Præmitte opes tuas in illud interminabile sæculum. Gratis indulget tibi translationem portitor ille. Hic si velis transferre divitias tuas, de civitate in civitatem aliam, pretio comparanda sunt jumenta, cameli meritorii, muli, gladio ornati custodes in via, ne qui forte latrones irruentes diripiant sibi divitias tuas. At si facultates tuas in illum mundum trans- D mittere velis, nec laborem sustines, nec pretium impendis, nec damnum ullum pateris, nec egrederis domo. Sed resides in civitate in multa quiete, advenitque pauperculus ad ostium tuum, quærens transferre divitias tuas in illud sæculum æternum ; et non concedis ei propria tua voluntate ne obolum quidem? Resipisce, o homo, si vis habere divitias immortales. Trade in manus pauperum, et invenies ibi apud quem hospiteris. Ne metuas, quia sine censu sunt pauperes : vas eorum dives est et be-

[11] Jac. II, 13. [11*] Luc. XVI, 25, 26. [12] Prov. XXVII, 1.

(13) Puto legendum οὕπω. Cod. habet οὕτος.
(14) Forte παρέχει.
(15) Legerem μισθοῦσαι, vel μισθοῦσαι τά.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nignus : *Qui enim miseretur pauperis, fenerat Deo.*

XII. Timeamus diem illam, qua die paterfamilias operarios vocat ad sationem frumenti, frumentumque colliget in horrea, paleas vero comburet igne inexstinguibili. Paterfamilias est Dominus, operarii sunt angeli, qui cogunt mundum in judicium die et hora illa. Ac justos quidem congregant in æterna tabernacula, quæ Dominus assumptus præparavit; peccatores vero in ignem æternum. Studeamus igitur inveniri ut frumentum pulchrum per opera misericordiæ, ut ingrediamur æterna tabernacula : *per Christum*, cui cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, imperium, honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA IV.

In decem millia talenta et centum denarios et de oblivione injuriarum.

Benedic, pater.

Beatus Paulus apostolus, illud vas electionis, qui Christum in seipso loquentem habebat, ad Romanos scribens dicebat : « Nox præcessit, dies autem salutis appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis, ut in die honeste ambulemus [1]. » Ideo et nos, fratres, zelum quemdam ostendamus, assiduas ad Dominum mittamus preces, in lacrymis effundamur, indesinenter quæ fecimus mala damnemus, quasi medico animæ nostræ vulnera illi exponamus et aperiamus, remedium ab ipso flagitantes ; refrenemus atque eradicemus passiones quæ rationem perturbant, nec in nos dominari permittamus desideria divitiarum, neque erga proximum memoriam injuriarum aut inimicitias servemus. Nihil enim iram Dei repulsumque adeo movet quam homo qui injuriarum memor est odiumque contra proximum continuo servat. Tanta est enim hujus peccati pernicies ut etiam Dei misericordiam revocet. Ut illud discatis, in memoriam revocare volo parabolam quæ in sancto Evangelio legitur [2] de servo qui decem millium talentorum remissionem obtinuit, postquam procidens supplex Dominum rogavisset. Misericordia motus dominus ejus, illi dedit veniam debitumque remisit. Vidistine benignitatem Domini ? Ille procidens dilationem sibi dari supplex petebat servus : « Patientiam habe in me, inquit, et omnia reddam tibi. » Sed benignus, indulgens et misericors Dominus precibus servi motus tantum illi concessit quantum nec petebat nec poterat cogitare. Sic etenim Deus semper petitiones nostras solet vincere et prævenire.

[1] Rom. XIII, 12, 13. [2] Matth. XVIII, 23 seqq.

(16) Deest aliquid, fortasse consueta formula, Ὧν γένοιτο ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, mox τῷ υἱῷ recentiori manu additum est.

ἐκεῖ ξενίαν σοι ποιούμενον. Μὴ φοβηθῇς, ὅτι ἄποροί εἰσιν οἱ πένητες · ἐγγυητὴς πλούσιός ἐστι καὶ εὐγνώμων. *Ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχῷ δανείζει Θεῷ.*

ΙΒ'. Φοβηθῶμεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ὁ οἰκοδεσπότης τοὺς ἐργάτας καλεῖ εἰς τὴν σπεῖραν τοῦ σίτου, καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὰς ἀποθήκας, τὰ δὲ ἄχυρα κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Ὁ γὰρ οἰκοδεσπότης ἐστὶν ὁ Κύριος, οἱ δὲ ἐργάται εἰσὶν οἱ ἄγγελοι, οἱ συναγαγόντες τὸν κόσμον εἰς τὴν δίκην ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ καὶ ἡμέρᾳ. Καὶ τοὺς μὲν δικαίους συνάξουσιν εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς, ἃς ἡτοίμασεν ὁ ἀναληφθεὶς Κύριος, τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Σπουδάσωμεν οὖν εὑρεθῆναι σῖτος ὥριμος διὰ τῆς ἐλεημοσύνης, ἵνα εἰσέλθωμεν εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. Μεθ' οὗ (16) τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ. Δ' (17).

Εἰς τὰ μυρία τάλαντα καὶ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν.

Εὐλόγησον, πάτερ.

Ὁ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, γράφων τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἔλεγεν· « Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε τῆς σωτηρίας. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. » Διὸ καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοὶ, σπουδήν τινα ἐπιδειξώμεθα, εὐχὰς ἐκτενεῖς ἀναπέμψωμεν πρὸς τὸν Δεσπότην, δάκρυα θερμὰ προχέωμεν, κατηγορήσωμεν συνεχῶς τῶν ἡμῖν πεπραγμένων, προθῶμεν καθάπερ ἰατρῷ τὰ ἡμέτερα τραύματα, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἕλκη ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἰατρείαν ἐπιζητήσωμεν, καὶ τὰ πάθη τὰ διαταράττοντα ἡμῶν τὸν λογισμὸν χαλινώσωμεν καὶ ἐκριζώσωμεν, καὶ μήτε ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας πολιορκεῖσθαι, μήτε μνησικακεῖν πρὸς τὸν πλησίον καὶ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ὁμογενεῖς. Οὔτε γὰρ οὐδὲν οὕτως ὁ Θεὸς μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται, ὡς τὸν μνησικακοῦντα ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἐπὶ τῆς ψυχῆς διηνεκῶς φυλάσσοντα. Τοσαύτη γὰρ ταύτης τῆς ἁμαρτίας ἡ λύμη ἐστὶν, ὅτι καὶ φιλανθρωπίαν Θεοῦ ἀνεκαλέσατο. Καὶ ἵνα μάθητε, ὑπομνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι τῆς παραβολῆς τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ κειμένης, ὅπως ἐκεῖνος ὁ τῶν μυρίων ταλάντων τὴν συγχώρησιν δεξάμενος παρὰ τοῦ δεσπότου, ἐπειδὴ προσέπεσε καὶ ἐδεήθη καὶ ἱκέτευσε. Σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ κύριος αὐτοῦ ἀφῆκεν αὐτῷ, καὶ τὸ δάνειον αὐτῷ συνεχώρησεν. Εἶδες εὐσπλαγχνίαν Δεσπότου; ἐκεῖνος προσέπιπτεν ἱκετεύων προθεσμίαν αὐτῷ δοθῆναι· *Μακροθύμησον* γὰρ, φησὶ, *καὶ πάντα σοι ἀποδώσω.*

(17) Ex quinque cod. mss. edidit C. F. Matthæi, univ. Cæsareæ Mosquensis prof., ann. 1776.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλ' ὁ ἀγαθὸς Δεσπότης, ὁ κηδεμὼν καὶ φιλάνθρωπος, ἐπικαμφθείς, τῷ οἰκέτῃ οὐχ ὅσον ᾔτησε, τοσοῦτον παρέσχεν, ἀλλ' ὅσον οὐδὲ ἐνενόησε. Τοιοῦτον γὰρ αὐτῷ ἔθος ἀεὶ νικᾷν καὶ προφθάνειν τὰς ἡμετέρας αἰτήσεις. Ἐκείνου τοίνυν ἐνδοθῆναι παρακαλέσαντος, καὶ ὑποσχομένου πᾶσαν ποιήσασθαι τὴν ἔκτισιν, ὁ ἀγαθότητι νικῶν τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα, σπλαγχνισθείς, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον συνεχώρησεν αὐτῷ. Εἶδες; τί μὲν ὁ δοῦλος ᾔτησεν, ὅσον δὲ ὁ δεσπότης ἐχαρίσατο; Ὅρα δὲ πάλιν τούτου τὴν πολλὴν ἀπήνειαν. Δέον γὰρ, μετὰ τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν καὶ τὴν ἄφατον εὐεργεσίαν τὴν ἐν αὐτῷ γεγενημένην, συμπαθέστερον αὐτὸν κατασταθῆναι περὶ τοῦ ὁμογενοῦς, ὁ δὲ τὸ ἐναντίον ἐπεδείκνυτο. « Ἐξελθὼν, φησὶν, οὗτος ὁ τῶν μυρίων ταλάντων τὴν συγχώρησιν δεξάμενος. » Ἀκούετε, παρακαλῶ, μετὰ ἀκριβείας· τὰ γὰρ αὐτῷ τούτῳ συμβάντα ἱκανὰ καθικέσθαι τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ πεῖσαι τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα ἐξορίσαι τῆς ἡμετέρας διανοίας. Οὗτος τοίνυν « ἐξελθὼν εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια. » Σκόπει, πόσον τὸ μέσον. Ὧδε καὶ σύνδουλος ὁ ὀφείλων, καὶ ἑκατὸν δηνάρια. Ἐκεῖ καὶ δεσπότης, καὶ μύρια τάλαντα, καὶ ὅμως, ἐπειδὴ εἶδεν ἱκετεύοντα καὶ παρακαλοῦντα, συνεχώρησεν. Οὗτος δὲ « κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε λέγων, Ἀπόδος μοι, εἴ τι ὀφείλεις. » Τί οὖν; « Πεσὼν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ παρεκάλει λέγων· » Ὅρα πῶς συνεχῶς στρέφει τοῦτο τὸ ῥῆμα ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, « ὁ σύνδουλος αὐτοῦ, » οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐδὲν μεταξὺ αὐτῶν τὸ μέσον, καὶ ὅμως τὴν αὐτὴν ἱκετηρίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο, ἣν οὗτος πρὸς τὸν Δεσπότην, λέγων, « Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Ὁ δὲ, φησὶν, ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. » Ὦ ἀγνωμοσύνης ὑπερβολή! ἐναυλον ἔχων τὴν μνήμην τῆς τοσαύτης φιλοτιμίας οὐδὲ οὕτως ἠνείχετο συμπαθές τι λογίσασθαι, ἀλλὰ πρότερον μὲν ἔπνιγε, νῦν δὲ « καὶ εἰς δεσμωτήριον ἔβαλεν. »

A Servum igitur dilationem sibi dari petentem et integram fore solutionem promittentem misertus liberavit qui bonitate sua peccata nostra superat, illique remisit debitum. Vidistine quid servus petebat, et quantum concessit dominus? Sed considera multam illius inhumanitatem. Oportebat igitur illum post tantam misericordiam et ineffabile beneficium quo fuerat donatus magis erga proximum esse compatientem. Sed alium omnino ostendit animum. « Egressus, inquit Evangelista[3], qui decem millium talentorum remissionem acceperat, » attente, quæso, audite; quæ enim illi acciderunt animæ vestræ possunt convenire, et vobis suadere ut hunc perniciosum morbum mentibus vestris eradicetis. « Ille igitur, egressus invenit unum B ex conservis, qui debebat illi centum denarios. » Considera, quanta sit differentia. Hic, debitor conservus; debitum, centum denarii; illic, creditor dominus; debitum, decem millia talenta. Dominus tamen cum illum suppliciter rogantem vidisset, totum ei debitum dimisit; ille autem apprehensum conservum « suffocabat dicens: Redde quod debes. » Quid igitur ille? « Procidens conservus ejus, rogabat eum dicens: » Considera quomodo idem verbum vertit evangelista dicens: « Conservus ejus, » non sine intentione, sed ut discamus nullam inter eos esse differentiam, et illum tamen eodem supplicationis modo ad eum usum fuisse, quo ipse ad Dominum: « Patientiam habe in me, » inquit, « et omnia reddam tibi. Ille autem, dicit evangelista, abiit et in carcerem illum conjecit donec omne debitum persolveret. » O inhumanitatis excessum! Recentem habens tantæ munificentiæ memoriam, nullam potuit concipere compassionem, sed primum eum *suffocabat*, deinde autem « et in carcerem conjecit. »

Ἀλλ' ὅρα, τί γίνεται. « Ἰδόντες, φησὶν, οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ ἐλυπήθησαν, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γινόμενα. » Οὐκ ἐκεῖνος ὁ πεπονθώς· πῶς γὰρ, καθειργμένος ὢν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ; ἀλλ' οἱ σύνδουλοι, οἱ μηδὲν ἠδικημένοι, ὡς ἀδικηθέντες οὕτως ἦλγησαν, καὶ ἀπελθόντες D ἅπαντα ἐμήνυσαν. Ἀλλ' ὅρα λοιπὸν τὴν ἀγανάκτησιν. « Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν, φησὶ, λέγει αὐτῷ, « Δοῦλε πονηρέ. » Ἀληθῶς ἐνταῦθα ἔστιν ἰδεῖν, ὅσος τῆς μνησικακίας ὁ ὄλεθρος. Ἡνίκα τὰ μύρια τάλαντα μεθώδευεν, οὐκ ἐκάλεσεν αὐτὸν πονηρὸν, ἀλλὰ νῦν, ὅτε περὶ τὸν σύνδουλον γέγονεν ἀπηνὴς, τότε φησὶ, « Πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με. » Ὅρα, πῶς δείκνυσιν αὐτοῦ τῆς κακίας τὴν ὑπερβολήν; Μὴ γὰρ πλέον τι ἐπεδείξω; φησίν· οὐχὶ ῥήματα ψιλὰ ἐποιήσω, καὶ δεξάμενός σου τὴν ἱκετηρίαν, πᾶσαν τὴν μεγάλην ἐκείνην καὶ ἀφόρητον ὀφειλὴν συνεχώρησα; οὐκ ἔδει καὶ

Sed considera quid accidit. « Videntes, inquit, conservi ejus, contristati sunt valde, et venerunt et narraverunt domino suo omnia quæ facta erant[3]. » Non ille qui injuriam passus fuerat, quomodo enim? conclusus erat in carcere, sed conservi ejus, qui nullam passi erant injustitiam, sicut injuria affecti contristati sunt et venerunt et omnia narraverunt. Sed vide exinde domini indignationem. « Tunc vocavit eum dominus, inquit, et ait illi: Serve nequam. » Vere tunc videre possumus quanta sit injuriarum recordationis pernicies. Cum decem millia talenta deberet, dominus non vocavit malum; quando autem circa conservum immanis effectus est, tunc dicit: Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Considera quomodo illius malitiæ ostendat excessum. Quid enim amplius obtulisti? inquit: nonne verba tantum dedisti? et deprecationem tuam accipiens, omne tibi magnum

[3] Matth. XVIII, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illud et permolestum debitum dimisi. Nonne ergo oportuit et misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum? Quanam, inquit, indulgentia dignus esses? Ego quidem tantam illam debitorum molem propter verba tantum dimisi tibi. Tu vero nulla misericordia motus fuisti in conservum et consimilem tuum, nec indulgentia qua erga te usus sum, te in illum misericordem effecit, sed immanis et crudelis effectus es, et conservi tui misereri noluisti. Nunc autem experientia disce quantorum malorum tibi causa factus es. « Et iratus dominus tradidit eum tortoribus. » Considera dominum et iratum propter ejus in conservum crudelitatem, et illum tortoribus tradentem. Quod dominus non fecerat cum tantis debitis gravaretur servus, nunc fieri jubet: tradidit eum tortoribus, donec omne debitum persolveret, donec decem millia talenta, quibus dimissis jam ablerat, redderet. Maxima et ineffabilis Dei misericordia. Quando quidem servus domini benevolentiam captaret, eamque supplex deprecaretur, dominus dimisit. Sed cum illum vidit erga conservum crudelem immanemque factum, propriam deinceps munificentiam revocat, ostendens effectu, non tantum illi quantum sibi damnum intulisse. Et quemadmodum ille conservum in carcerem conjecit donec omne debitum persolveret, sic dominus eum tradidit tortoribus donec debitum redderet.

Hic autem, fratres, non de talentis et denariis agitur; sed de gravitate peccatorum debitores Deo constituti, per ineffabilem ipsius misericordiam, remissionem ab eo accipimus. Sed si erga conservos et eos qui ejusdem sunt naturæ et familiæ, crudeles et inhumani efficiamur, nec eorum in nos offensas dimiserimus, sed de parvis rationem ab eis exegerimus, tunc in nos inducimus Domini indignationem, et quorum primum remissionem acceperamus, horum debitum tormentis exigi jubet. Quantum enim centum denarii a decem millibus talentorum distant, tantum inter se differunt peccata nostra in Dominum et proximi offensæ in nos. Sed ut accurate discamus ad utilitatem nostrarum animarum hanc parabolam esse prolatam, audi quid addidit Dominus: « Sic et Pater vester cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris peccata eorum. » Magnum parabolæ lucrum, si modo ei attendere velimus. Quomodo enim tantum aliis dimittere possumus, quantum nobis a Domino dimittitur? Nos quidem si velimus conservis dimittimus, et a Domino remissionem accipimus. Considera etiam quam accurata sint verba. Non dicit simpliciter: Si non remiseritis hominibus peccata eorum: sed quid? « Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris peccata eorum. » Considera quomodo velit cor nostrum ipsum esse in pace et tranquillitate, mentem imperturbatam, et ab omni passione liberam, et nos multam in proximum ostendere benignitatem. Sed et aliunde iterum illum audire est dicentem: « Si enim hominibus remiseritis peccata eorum, sic dimittet vobis

σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγὼ σὲ ἠλέησα; Ποίας ἂν εἴης, φησὶν, ἄξιος συγγνώμης; Ἐγὼ μὲν, φησὶ, τοσοῦτον ὄγκον ὀφλημάτων διὰ τὰ ψιλὰ ἐκεῖνα ῥήματα συνεχώρησα· σὺ δὲ τὸν σύνδουλόν σου τὸν ὁμογενῆ οὐκ ἠλέησας, οὐδὲ ἐπεκάμφθης, οὐδὲ εἰς μνήμην ἐλθὼν τῶν ὑπαρξάντων σοι παρ' ἐμοῦ ἐπεδείξω περὶ αὐτὸν συμπάθειαν, ἀλλ' ἀνηλεὴς ἐγένου καὶ ὠμὸς, καὶ ἐλεῆσαι σύνδουλόν σου οὐκ ἠθέλησας. Διὰ τοῦτο ἐνταῦθα διὰ τῆς πείρας μάνθανε, ὅσων κακῶν αἴτιος σεαυτῷ κατέστης. « Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς. » Ὅρα αὐτὸν καὶ ὀργιζόμενον διὰ τὴν εἰς τὸν σύνδουλον ἀπανθρωπίαν, καὶ τοῖς βασανισταῖς παραδιδόντα· καὶ ὃ πρότερον οὐκ ἐποίησεν, ἡνίκα τοσούτοις ὀφλήμασιν ὑπεύθυνος ἦν, νῦν κελεύει γενέσθαι· παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον, ἕως οὗ τὰ μύρια τάλαντα, ὧν τὴν συγχώρησιν ἤδη λαβὼν ἀπῆλθε, ταῦτα καταβαλεῖν. Μεγίστη καὶ ἄφατος ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία. Ἡνίκα μὲν αὐτὸς μεθώδευεν, ἐπειδὴ τὴν ἱκεσίαν ἐποιήσατο, συνεχώρησεν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν αὐτὸν περὶ τὸν σύνδουλον ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον γεγονότα, λοιπὸν τὴν οἰκείαν ἀνακαλεῖται φιλοτιμίαν, δεικνὺς αὐτὸν διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς οὐ τοσοῦτον αὐτὸν ἠδίκησεν, ὅσον ἑαυτόν. Καὶ καθάπερ ἐκεῖνος εἰς φυλακὴν ἔβαλεν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον, οὕτω καὶ αὐτὸς ταῖς βασάνοις παρέδωκεν, ἕως οὗ ἅπασαν καταθῇ τὴν ὀφειλήν.

ἐξ αὐτῶν τῶν φωνῶν διαδέδεικται μάχη· ἴδωμεν δὲ καὶ τὸν τῶν γραμμάτων σκοπὸν πολὺ τῆς αἱρετικῆς μυθολογίας ἀπάδοντα. Κεκρατηκότος πανταχοῦ τοῦ κηρύγματος, καὶ δὴ καὶ ταύτης τῆς τῶν νομίμων πυρᾶς, λέγω δὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ, Χριστιανισμὸν ἀστραπτούσης, φθόνος τις τῇ τῶν Ἑβραίων ἐπιφυεὶς σωτηρίᾳ, τὴν ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῖς ἐπὶ τὸν νόμον αὖθις παλινδρομίαν εἰργάζετο, καὶ τὰ τῆς ἀπάτης ἐν εὐφημίᾳ διὰ τοῦ Χριστοῦ κεκρυμμένα τοῖς ἀπατῶσιν ἐποίει τὴν θήραν εὐληπτοτέραν. Τοὺς γὰρ ἅπαξ τῷ Χριστῷ προστεθέντας τῆς μὲν εἰς αὐτὸν καθάπαξ οὐκ ἀπέστρεφον πίστεως, ὥστε μὴ τῷ περὶ τὸν φιλούμενον ἐκ προδήλου πολέμῳ πρὸς τὴν τῆς ἀπάτης ἐγεῖραι τοῦ (24) τὴν ἀπάτην ὑπομένοντας νῆψιν, ἀλλ' εὐπιθάνοις ἐδελέαζον λόγοις· μέγας, φησὶν (25), ὁ Χριστός· πῶς γὰρ οὐ μέγας, οὗ καὶ τὰ τῆς προσηγορίας αἰδέσιμα πάθεσιν καὶ τὴν εἰς τοῦτον οὐκ ἄν τις ὑμῶν καταπέμψαιτο πίστιν; Ἐκεῖνο δὲ φυλάττεσθαι δεῖ τὸ μὴ νομίζειν τοῦ νόμου λοιπὸν τὴν φυλακὴν περιττὴν, μηδὲ τῆς κατ' αὐτὸν ἄλλην προτιμᾷν πολιτείαν, ἢ τόπον ἕτερον μακαρίστων ἀμοιβῶν παρὰ τὸν τῆς Παλαιστίνης ἀναμένοντας κλῆρον, ἢ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἄλλην ἡγουμένους τιμιωτέραν, ἀλλ' ἔχεσθαι μὲν τῆς εἰς Χριστὸν διαθέσεως, ἀκίνητα δὲ τὰ τοῦ νόμου φυλάττειν. Οὕτω τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπὶ τὸν νόμον παρασυρομένων πιστῶν ἀλγήσας πρὸς τὴν ἀπάτην ὁ Παῦλος δείκνυσι τῷ τοῦ Χριστοῦ προσώπῳ τὰ τοῦ νόμου κεκινημένα, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀντιλογίαν ἀνθίσταται, τοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστηρίου τὸν σκοπὸν ἐκκαλύπτων· *Οὐκ ἀγγέλων*, φησὶν, *ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.* Ἡ δι' ἀνθρωπίνης σαρκὸς τοῦ Δεσπότου, φησὶν, ἐπιδημία Χριστοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα γεγένηται φύσεως, ὑπόσχεσιν εὐλογίας ἀρχαίαν βεβαιοῦσα τῷ γένει. Ἐλλήφει γὰρ ὁ πατριάρχης ὑπόσχεσιν ἐνευλογηθήσεσθαι ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη. Διῆλθεν μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν χρόνος, ηὐξήθη τὸ τοῦ σπέρματος γένος, προέκοψεν ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς, τοῖς ἔθνεσιν δὲ οὐδαμοῦ μεταβολὴ πρὸς εὐσέβειαν, οὐδὲν εἶδος ἐπ' αὐτοῖς εὐλογίας. Ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦ πατριάρχου τὸ γένος εἰς εἰδωλολατρείας κατάραν μετέστραπτο, δυσσεβοῦν ἐν Αἰγύπτῳ, τὴν Παλαιστίνην ῥυποῦν, προσκυνοῦν παρὰ Πέρσαις εἰκόνα. Πῶς οὖν τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἐκβῇ; Πῶς ὡς ψευδὴς ἡ θεία μὴ κινδυνεύσῃ φωνή; Τίς ὁ πρὸς τοσαύτην Θεῷ μεσιτεύων ὑπόσχεσιν; Ὁ νομοθέτης Μωϋσῆς; Μέγας μὲν ὡς ἀληθῶς ὁ προφήτης καὶ προφητῶν ἁπάντων κεφάλαιον, ἀλλ' εὐθὺς τῷ Θεῷ πρὸς μεσιτείαν καὶ γῆθεν ἐλευθερίας δειλὸς καὶ τὴν δειλίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκβοῶν· *Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι Ἄλλον ὃν ἀποστελεῖς.* Ἀλλ' Ἀαρὼν πρὸς τὴν τῆς εὐλογίας διακονίαν αὐτάρκης; Λαμπρὸς μὲν ὁ ἱερεὺς καὶ τῆς νομικῆς ἱερωσύνης κρηπὶς, ἀλλ' ἀσεβέσιν εὐκατάπληκτος δήμοις, ὡς ἡ μοσχοποιία δι-

ipsis vocibus manifestatur controversia contra syllabas: sed videamus etiam finem verborum multum ab hæretica confabulatione discrepantem. Cum vicit ubique prædicatio et præsertim cum ara illa sacrificiorum, Hierosolyma scilicet intelligo, Christianismum illustravit, invidia quædam Hebræorum oborta saluti, a gratia iis ad legem iterum reditum effecit, et fraus, quæ in laudatione Christi occultata erat, conatum eorum, qui a fide seducebant, maximopere juvit. Etenim eos, qui semel sacra Christiana amplexi erant, non subito a fide in Christo posita averterunt, ita ut non aperto bello contra dilectum concitarent ad evitationem fraudis eos, qui fraudem sustinerent, sed verbis facile persuadentibus eos inescaverunt: magnus, inquiunt, est Christus: quomodo enim non magnus cujus quidem nomen passionibus venerabile est, et quis vestrum **74-75** fidem in eo non ponat? Sed in hoc nos oportet cavere, ne jam custodiam legis superfluam habeamus, neque alium illius præferamus ordini, vel alium locum beatarum mutationum præter Palæstinæ hæreditatem exspectemus, vel aliud sacerdotium Levitico æstimemus magis honorificum; sed ut alamus quidem amorem in Christum, immutabiles autem legis partes servemus. Ita Paulus, dolens de eo, quod fidi a Judæis vi ad legem retraherentur, contra perversam doctrinam monstrat, Christi persona legem mutatam esse, et contradictioni sacerdotii adversatur, incarnationis mysterii finem manifestans: *Non angelis*, inquit, *opitulatur, verum Abrahamidis opitulatur.* Adventus Christi Domini in carne humana, inquit, hominum natura causa factus est, promissum antiquum confirmans generi humano. Acceperat enim patriarcha promissionem [42], fore ut in semine ipsius benedictio contingat omnibus gentibus. Præterlapsum est post promissionem tempus, auctum est seminis genus, processit annorum numerus, sed nullibi gentibus mutatio ad pietatem facta est, nulla species benedictionis apud eas. Verumenimvero ipsum patriarchæ genus ad idololatriam exsecrabilem convertebatur, irreligiose agens in Ægypto, Palæstinam contaminans, apud Persas imaginem colens. Ergo quomodo promissio eventum habuit, ut mentita esse vox divina non videretur? Quis erat, qui ad tantam promissionem sese Deo interponeret? Num Moses legislator? Magnus quidem ille tanquam verus propheta omniumque prophetarum princeps, sed statim vel ad interventum **76-77** libertatis terrestris coram Deo ignavus est et ignaviam Deo significat: *Elige, quæso, Domine, alium idoneum, quem mittas* [43]. Et Aaron ad benedictionis ministerium sufficiens? Splendidus quidem sacerdos et sacerdotii legalis fundamentum, sed ab irreligiosis turbis facile perterrebatur, ut fabricatio imaginis

[42] Gen. XXII, 18. [43] Exod. IV, 13.

(24) Sic codex. Hoc reddidi, quasi scriptum sit τούς.

(25) Sic codex. Leg. φασίν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vitul: docuit : venerabilis etiam Elias est, qui quídem ardoris ferventis scintillas ejicit, sed impiis invisus. Nullibi erat sequester benedictionis promissæ, cum gentes idola colerent, Judæi simul irreligiosi essent, prophetæ clamarent : *Elige, quæso, Domine, alium idoneum, quem mittas*, cum sacerdotes vel immodice indulgerent peccatoribus, vel impudice et abjecte eos adularentur. Itaque opus erat ad interventum benedictionis pontifice, secundum naturam quidem e gente Abrahami nato, dignitate autem prophetis superiori, innocente et mansueto, patibili quidem tanquam cognato Abrahami, sed in periculis sciente ad Deum clamare : *Verum non quod ego volo, sed quod tu* [44]. Nascitur vero ad hoc Christus, non angelorum induens naturam : etenim non e genere angelorum hominibus Deus benedictionem promisit, sed ex Abrahami posteris æqualis alicujus iis, qui acceperant promissionem. Hoc nunc est Pauli consilium, iis, qui Christi pontificatum superfluum haberent, monstrare, promissionem benedictionis sine hoc sacerdotio eventum non habuisse. Sed quod non fingo hunc sensum, e verborum cohærentia vos ipsi judicare, spectantes verborum subtilitatem. Volo enim accuratioribus quoque præceptis vos ante assuefacere, ut evadatis **78-79** populus bene instructus, rerum divinarum magister. *Non angelis*, inquit, *opitulatur, verum Abrahamidis opitulatur :* non angelos, inquit, respexit Dominus universi, sed genus Abrahami, periclitans, ne antiqua promissione excideret. Et quid hoc ad id, de quo nunc agitur, Paule? *Propterea*, inquit, *debuit per omnia fratribus suis assimilari, ut misericors fieret et fidus Pontifex in rebus divinis.* Cum veniret, ait, Salvator Abrahamidicæ gentis, quæ promissionem benedictionis acceperat, quæ pontifice opus habebat ad impetrandam illam innocente humanæque imbecillitatis consorte, nascitur ille e gente Abrahami secundum carnem et naturæ communionem in genere Abrahami assumit, ut ostendens in seipso personam a peccato liberam, fiat consors vitæ humanæ benedictionis intercessor communione fragilitatis humanæ, et fortis omnino auxiliator intercessione per innocentem, æternum, cognatum. Ergo quare mortem obire eum oportuit, qui purus esset ab omni peccato, brevique resurrecturus? *Quod passus est*, inquit, *ipse tentatus, potest iis, qui tentantur, ferre auxilium.* Illud, inquit, illud passionis supplicium in innocente carne contingens, potestas quædam ei est in cognatos, satisfactio invincibilis, tanquam superatio potestatis diaboli injuste obnitentis, ne innocens quidem inter eos homo sine damno, quod ab illo (sc. diabolo) est, præteriret. *Quare, fratres sancti, vocationis cœlestis principes, intueamini apostolum et pontificem professionis nostræ Jesum Christum, fidum*

ἐδειξεν· σεμνὸς καὶ Ἠλίας καὶ ζήλου φλογώδους ἀποβάλλων σπινθῆρας, ἀλλ' ἀμαρτωλοῖς ἐπαχθής. Οὐκ ἦν οὐδαμόθεν πρὸς τὴν τῆς εὐλογίας μεσίτης ὑπόσχεσιν, εἰδωλολατρούντων ἐθνῶν, Ἰουδαίων συνασεβούντων, προφητῶν κεκραγότων· *Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς*, ἱερέων ἢ συγχωρούντων ἁμαρτωλοῖς ὑπὲρ μέτρον, ἢ κολαζόντων ἀφειδῶς παρὰ πόδας. Ἔδει τοίνυν πρὸς τὴν τῆς εὐλογίας μεσιτείαν ἀρχιερέως, τῇ φύσει μὲν ἐκ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ τικτομένου, τῇ δὲ ἀξίᾳ προφητῶν ἀνωτέρου, ἀναμαρτήτου καὶ πράου, παθητοῦ μὲν ὡς συγγενοῦς Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἐν κινδύνοις εἰδότος πρὸς τὸν Θεὸν ἐκβοᾶν· *Πλὴν οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ σύ.* Τίκτεται δὴ πρὸς τοῦτο Χριστὸς, οὐκ ἀγγέλων περιθέμενος φύσιν· οὐ γὰρ ἐκ γένους ἀγγέλων εὐλογίαν ἀνθρώποις ὁ Θεὸς καθυπέσχετο, ἀλλ' ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ τοῦ τοῖς ἐπαγγελίαν εἰληφόσιν ὁμοίου. Τοῦτο νῦν τὸ προκείμενον Παύλῳ τὸ τοῖς τὴν κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνην περιττὴν ἡγουμένοις δεῖξαι τὴν τῆς εὐλογίας ἄνευ ταύτης μὴ πληρουμένην ὑπόσχεσιν. Ὅτι δὲ οὐ πλάττω τὴν ἔννοιαν, ἐκ τῆς τῶν ῥημάτων ὑμεῖς ἀκολουθίας δικάσατε, συντείνοντες ἑαυτοὺς πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων λεπτότητα. Βούλομαι γὰρ καὶ τοῖς ἀκριβεστέροις ὑμᾶς προεθίσαι διδάγμασιν, ἵνα γένησθε δῆμος ἠκριβωμένος τῶν θείων διδάσκαλος. *Οὐκ ἀγγέλων*, φησὶν, *ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται.* Οὐ πρὸς ἀγγελικὴν, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἐπίσκεψιν ἔδραμεν, ἀλλὰ πρὸς γένος Ἀβραὰμ ἐκπεσεῖν εὐλογίας παλαιᾶς κινδυνεῦον. Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ κείμενον, Παῦλε; *Ὅθεν ὤφειλεν*, φησὶν, *κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν.* Ἐπειδὴ γένους, φησὶν, ἦλθεν Ἀβραμιαίου Σωτὴρ, εὐλογίας μὲν προειλημμένου ὑπόσχεσιν, ἀρχιερέως δὲ πρὸς ταύτην ἀναμαρτήτου καὶ συμπαθοῦς δεομένου, γίνεται τοῦ γένους αὐτὸς τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα, καὶ τὸ τῆς φύσεως κοινὸν ἐν τῷ τοῦ Ἀβραὰμ ἀναδέχεται γένει, ἵνα δείξας ἐν ἑαυτῷ τὸ τῆς φύσεως πρόσωπον ἁμαρτίας ἐλεύθερον, γένηται τῇ φύσει καὶ συμπαθὴς εὐλογίας μεσίτης τῇ πρὸς τὸ τῆς φύσεως παθητὸν κοινωνίᾳ, καὶ βέβαιος διὰ παντὸς βοηθὸς τῷ δι' ἀναμαρτήτου καὶ ζῶντος ἀεὶ συγγενοῦς μεσιτεύειν. Τίς οὖν ἡ τοῦ θανάτου χρεία τῷ καθαρῷ τε παντὸς πλημμελήματος καὶ μετὰ μικρὸν ἀνίστασθαι μέλλοντι; *Ἐν ᾧ*, φησὶν, *πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.* Αὐτὸ, φησὶν, αὐτὸ τὸ τοῦ πάθους ἐν ἀναμαρτήτῳ σαρκὶ συμβὰν πειρατήριον δυναστεία τις αὐτῷ ὑπὲρ τῶν συγγενῶν δικαιολογία ἀήττητος, ὡς ὑπερβολὴ τῆς παρὰ τοῦ διαβόλου δυναστείας ἀδίκου πολεμουμένων (26) τῷ μηδὲ τὸν ἐν αὐτοῖς ἀναμάρτητον ἄνθρωπον ἄγευστον τῆς ὑπ' ἐκείνου παρελθεῖν ἐπηρείας. *Ὅθεν, ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ*

[44] Marc. XIV, 36.

(26) Sic codex. Hic vel πολεμουμένου legendum, vel vocabulum aliquod addendum esse existimo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Ὄντος οὖν ὑμῖν τούτου μόνου, φησὶν, ἀρχιερέως συμπαθοῦς καὶ συγγενοῦς καὶ βεβαίου, τῆς εἰς αὐτὸν μὴ περιτρέπεσθε πίστεως. Αὐτὸς γὰρ ὑμῖν τῆς ἐπηγγελμένης ἀρχιερεὺς εὐλογίας ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἀπεστάλη, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους τὴν τοῦ σώματος θυσίαν συνεπαγόμενος, αὐτὸς μεσίτης ἧς ὡμολογήσατε πίστεως, ὡς τὴν φύσιν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ τῆς φύσεως ἐν αὐτῷ καταλλάξας ἀναμαρτήτου. Εἶτα ἵνα μὴ ξένα κηρύττειν Ἰουδαίοις ὁ Παῦλος νομίζηται καὶ μηδαμοῦ τῷ Θεῷ πεπραγμένα, ἐπήγαγεν· *Ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.* Οὐ ξένον, φησὶν, ἀνθρωπον ὑποσχέσεσιν θείαις ἀνθρώπῳ καὶ Θεῷ μεσιτεύειν· προέλαβεν γὰρ τῆς μεσιτείας ὁ τύπος· διὰ Μωϋσέως τοῦ τῷ οἰκείῳ πρὸς Θεὸν μεσιτεύσαντος γένει. Κἂν ταύτην, αἱρετικὲ, τὴν φωνὴν ἐρυθριάσον· *Πιστὸς*, φησὶν, *ὁ Ἰησοῦς ὡς καὶ Μωϋσῆς.* Τί οὖν, ὦ τῆς Ἀρείου κληρονόμε φρενίτιδος, τῷ Θεῷ Λόγῳ παρὰ Παύλου νομίζεις τὸν Μωϋσέα συγκρίνεσθαι; Καί τοι γε περὶ τοῦ τῆς σαρκὸς Ἰωάννης βοῶν ὑποδήματος· *Οὐκ εἰμὶ*, φησὶν, *ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.* Ἱμάντος ὁ Ἰωάννης τοῦ τῆς Δεσποτικῆς σαρκὸς ὑποδήματος ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι διαμαρτύρεται, *Οὗ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται.* Σὺ δὲ τὸν τοῦ παντὸς Κτίστην εἰς τὴν πρὸς Μωϋσέα κατάγειν ὁμοτιμίαν τὸν Παῦλον συκοφαντεῖς, ὃς οὐδὲ κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος τάξιν διὰ τὴν ἐκ τῆς πρὸς τὴν θεότητα συναφείας ἀξιοῖ ἐξισοῦσθαι τὸν Μωϋσέα τῷ Ἰησοῦ; Δι' ὧν γὰρ ἐξῆς φθέγγεται, δείκνυσιν· εἰπὼν γὰρ, *Πιστὸς ὁ Ἰησοῦς ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*, προσέθηκε τούτοις εὐθύς· *Πλείονος γὰρ οὗτος δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται.* Κἂν τῇ τῶν φωνῶν ἐναντιολογίᾳ προσέχων σύνες τῇ διανοίᾳ, αἱρετικέ. Πιστὸς, φησὶν, ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς ὡς Μωϋσῆς· εἶτα πλείονος, φησὶν, οὗτος δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται. Ἡ τῶν φωνῶν πρὸς ἀλλήλας ἐναντιότης τὴν σύγκρισιν δείκνυσιν τῆς τῶν τύπων ὁμοιότητος οὖσαν, οὐ τῆς τῶν ἀξιωμάτων ἰσότητος Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ· αἱρετικὸς δὲ οὐ φρίττει τὸ τῆς Θεότητος ὕψος εἰς Μωσαϊκὴν κατάγων θνητότητα. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν κατὰ τῶν ἀποστολικῶν φωνῶν ληστείας εἰρήσθω μοι. Βούλομαι δέ τι πλημμελούμενον παρ' ὑμῶν εἰς μέσον διὰ βραχέων προθεῖς, εἰς τὴν τοῦ πλημμελουμένου προτρέψαι διόρθωσιν· γοργοὶ γὰρ πρὸς τὰ καλὰ καθεστήκατε. Τί οὖν τὸ πλημμελούμενον; Προτίθεται μετὰ μικρὸν τοῖς πιστοῖς τὰ μυστήρια ὡς στρατιώταις τισὶν βασιλικὸν σιτηρέσιον· τῶν πιστῶν δὲ τότε οὐδαμοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' ὥσπερ ἄχυρον τῷ τῆς ῥαθυμίας ἀνέμῳ τοῖς κατηχουμένοις συνεκριπίζονται. Καὶ σταυροῦται μὲν κατὰ τὸν τύπον Χριστὸς, τῇ τῆς ἱερατικῆς εὐχῆς μαχαίρᾳ σφαττόμενος, τοὺς ἑαυτοῦ δὲ μαθητὰς ὡς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὸ πρὶν πεφευγότας εὑρίσκει. Δεινὸν τὸ πλημμέλημα χωρὶς διωγμοῦ τοῦ Χριστοῦ προδοσία, χωρὶς πολέμου τῆς Δεσποτικῆς σαρκὸς ὑπὸ

illi, qui fecit ipsum. Ergo cum sit hic vobis unicus sacerdos una patiens et cognatus et fortis, ne avertamini a fide in eo posita. Ille enim pontifex benedictionis promissæ a semine Abrahami vobis missus est, ut pro eo et genere ejus sacrificium corporis simul secum duceret ille fidei, cui assentimini, mediator, ut naturam Deo per naturam, quæ in ipso fuit, reconciliaret innocentem. Deinde, ut ne inaudita prædicare Judæis Paulus crederetur et quæ nullibi a Deo essent perfecta, adjecit : *Ut Moses quoque in tota ejus domo.* Non inauditum, inquit, hominem promissionibus divinis Deum inter et hominem intercedere ; anticipavit enim intercessionis typus : per Mosen intercedentem pro propria gente apud Deum. Atque vel ob hanc vocem, o hæretice, erubescas ! *Fidus*, ait, *est Jesus, ut Moses.* Quid igitur, o hæres delirii Ariani? num cum Deo Filio a Paulo Mosen putas comparari? Atqui Joannes de calceamento corporis clamat : *Non sum dignus*, inquit, *qui solvam corrigiam calceamenti ejus*[45]. Corrigia calceamenti carnis Domini Joannes indignum se testatur, *Quo major non exstitit quisquam inter genitos e mulieribus*[46]. Tu autem Paulum criminaris, quasi Dominum universi in parem cum Mose dignitatem adducat, qui, ne secundum humanitatis quidem ordinem ratione habita conjunctionis cum deitate, dignum habet Mosen qui æquiparetur cum Jesu ? Per ea enim, quæ deinde dicit, docet : nam postquam dixit : *Fidus est Jesus, sicuti Moses in tota domo ejus*, adjecit his statim : *Hic enim majori præ Mose honore dignus habitus est.* Et si ad contrarietatem verborum attendis, idem sentis, o hæretice. Fidus, inquit[47], est Jesus, uti Moses, deinde majori, inquit, præ Mose honore dignus habitus est. Contrarietas verborum in se invicem ostendit comparationem typorum similitudinis, non dignitatum æqualis Mosis et Jesu : sed hæreticus non dubitat sublimitatem Numinis ad mortalitatem Mosis detrahere. Atque hæc quidem de hæreticorum calumnia, verbis apostolicis adhibita, a me dicta sunto. Volo autem peccatum a vobis commissum breviter proponere et ad emendationem peccati convertere : nam honesto reluctati estis. Quid vero est peccatum? Proponuntur mox fidis mysteria, tanquam militibus quibusdam stipendium regium. Sed tum, cum hoc fit, fidorum nullibi est exercitus. sed tanquam palea a flatu levitatis simul cum catechumenis propelluntur. Atque cruci affigitur secundum typum Christus, precationis sacerdotalis gladio mactatus, sed discipulos suos uti olim in cruce profugos reperit. Magnum est peccatum cum persecutione non urgente Christus proditur, bello non flagrante, corpus Domini a fidis derelinquitur. Quæ est culpa derelictionis? Negotia utilia. Et quid est hac cura operi divino impensa, eaque tam brevi, magis necessarium? At metus peccatorum. Et quid beatam illam adulteram mundam

[45] Joan. I, 27. [46] Matth. XI, 11. [47] Hebr. III, 6 ; V, 5, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fecit, utrum futura a corpore Domini, an refugium ad illud? Propterea erubescamus, quippe victi pœnitentia illius meretricis, pertimescamus illam Domini vocem, nos obtestantem : *Confirmo vobis sanctissime,* **84-85** *nisi edatis carnem Filii hominis ejusque sanguinem bibatis, non habebitis vitam in vobis* [48]. Evitemus periculum, ne nobis quoque cœlitus increpans acclamet : *Non potuistis unam horam vigilare mecum* [49]; præterea etiam caveamus ne hæreticorum impietati in eum adjungamur : bene attendamus ad Pauli verba de incarnatione, ne, quæ hominis sunt, cum natura divina, a corpore libera, confundamus, ne affectus deitatis cum affectibus humanitatis permisceamus, proprietates naturarum discernentes : unionis dignitatem conjungamus, neque Deum Filium templum loco inhabitantis prædicemus, atque templum loco inhabitati inhabitans habeamus : memoria teneamus verba utramque naturam amplectentia : *Destruite hoc templum,* hoc est, destructioni subjectum, *et intra triduum excitabo illud* [50], hoc est, Deus cum homine arcanum in modum conjunctus : ei gloria in sæcula sæculorum. Amen.

πιστῶν ἐγκατάλειψις. Τί τὸ τῆς ἐγκαταλείψεως αἴτιον; Ἀσχολίαι χρειώδεις. Καὶ τί τῆς εἰς τὸ Θεῖον ἀσχολίας ἀναγκαιότερον καὶ ταύτης μικρᾶς; Ἀλλ' ἁμαρτημάτων δειλία. Καὶ τί τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀπεκάθηρεν πόρνην, τὸ φυγεῖν ἢ τὸ προσφυγεῖν τῇ τοῦ Δεσπότου σαρκί; Ἐρυθριάσωμεν τοίνυν τῆς πορνικῆς ἐκείνης γινόμενοι κατανύξεως χείρους, φρίξωμεν τὴν Δεσποτικὴν ἐκείνην ἡμᾶς διαμαρτυρομένην φωνήν· *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς.* Δειλιάσωμεν, μὴ καὶ ἡμῖν ἐπιτιμῶν ἐξ οὐρανῶν φθέγξηται· *Οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν παραμεῖναι μετ' ἐμοῦ·* φοβηθῶμεν πρὸς τούτῳ καὶ τῇ τῶν αἱρετικῶν συντίθεσθαι κατ' αὐτοῦ κακουργίᾳ· πρὸς τὰς τῆς ἐνανθρωπήσεως νήφωμεν τοῦ Παύλου φωνάς, τὰ τῆς ἀνθρωπότητος τῷ τῆς Θεότητος ἀσωμάτῳ μὴ συνασωματώσωμεν, τὰ τῆς Θεότητος τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μὴ συμφύρωμεν πάθεσι, τὰ τῶν φύσεων χωρίζοντες ἴδια· τὴν τῆς ἑνώσεως ἀξίαν συνάπτωμεν, μήτε τὸν Θεὸν Λόγον ναὸν ἀντ' ἐνοικοῦντος κηρύττωμεν, μήτε τὸν ναὸν ἀντ' ἐνοικουμένου τὸν ἐνοικοῦντα νομίζωμεν· μνημονεύωμεν τῶν ἐπ' ἀμφοτέροις αὐτοῦ τὰς δύο φύσεις ἀναλαβόντων φωνῶν· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον*, τοῦτ' ἔστιν τὸ τελευτῆς δεκτικόν, *καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τῷ θνητῷ συνημμένος κατὰ τὸ κεκρυμμένον Θεός· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[48] Joan. VI, 53. [49] Matth. XXVI, 40. [50] Joan. II, 19.

HOMILIÆ FRAGMENTUM

QUÆ INSCRIBITUR :

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία περὶ τῶν μετὰ παρατηρήσεως προσιόντων τοῖς θείοις μυστηρίοις, εἰς τοὺς ἀπολειφθέντας εἰς τὰ Ἐγκαίνια (27).

Sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi homilia de iis qui ad divina mysteria cum attentione accedunt, in eos qui ad Encœnia relicti sunt.

Incipit : Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀκούειν ἡμᾶς Χριστιανοὺς, καὶ εἰ βούλεσθε παρέξω ἀξιόπιστον μάρτυρα τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον λέγοντα. Desinit, ἵνα τῆς μελλούσης καὶ ἀτελευτήτου κολάσεως ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀξιωθῶμεν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Hæc homilia neque inter genuina, neque inter spuria S. Joannis Chrysostomi opera invenitur, si modo fides habenda sit *alphabetico ejusdem operum Indici ex primis verbis Sermonum et Homiliarum, in quibus spuriæ et etiam omissæ*, quem P. de Montfaucon exhibet locupletissimæ editionis vol. XIII, pag. 296. At vero post bene multos mss. catalogos et indices frustra exploratos excussosque, tandem hujus homiliæ occurrit mentio in Antonii Augustini *Bibliotheca Græca ms.*, cod. 44, his disertis verbis : *CHRYSOSTOM. item de Eucharistia in Encæniis sermo, et quod debemus accedere cum multo timore ad divina mysteria.* Cum autem doctissimi præsulis mss. bibliotheca in Regiam Escurialensem illata sit, homiliam hanc ibidem, nisi funestissimo anni 1671 incendio periit, adhuc exstare minime dubitamus. Ut ut est, nondum illa typis innotuit.

(27) Iriarte, *Catalog. codd. Græc. Matrit.*, p. 63.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ADMONITIO EDITORIS.

Multis in operibus plus minusve antiquis, necnon apud ambiguæ scientiæ diversarum regionum auctores, quotidie prædicatum legimus, veteres D. Chrysostomi editiones quas Erasmus, Savilius ac Fronto Ducæus in lucem emiserunt, haud pauca continere, præsertim homilias seu integras seu mutilas, quæ in celeberrima editione Benedictina a Montefalconio et sociis elaborata non inveniuntur. Istiusmodi errorem, undecunque ortum, hinc inde secuti sunt, mutuis insistentes vestigiis, haud bonæ disciplinæ scriptores, qui quidem res a fonte repetere neglexerunt. Constat enim PP. Benedictinos in elucubrandis D. Chrysostomi Operibus tres supra memoratas editiones ob oculos habuisse; ac eorum laborem, quidquid tandem in ipso desideretur, cæteris omnibus longe præstantiorem esse, nemo est qui inficietur. Porro in supradictis editionibus ne unum quidem verbum a D. Chrysostomo, fatentibus omnibus, prolatum, reperias, quod non in maxime recenti editione similiter occurrat. Quæ nempe a PP. Benedictinis omissa, ab Erasmo autem, Savilioque et Frontone edita prædicantur, ea sunt operum fragmenta plus minus obtruncata, quæ Montefalconius adamussim exprimere minime neglexit, sicut et plures homilias, tanquam incertorum auctorum fœtus haud genuinos, rejicere non dubitavit. Quo fit ut si denuo ederentur prædictæ homiliæ operumque portiunculæ quas illi, nescio qua ostentatione ducti dubiæ eruditionis viri, quasi prætermissas jactant, longa esset rerum earumdem repetitarum series. Et hanc quidem assertionem proferre non piget, postquam diversarum, de quibus lis orta est, editionum collationem inter se accuratissimam haud exiguo labore perfecimus.

SUPPLEMENTUM AD EPISTOLAS

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Α'.

Τοῦ Χρυσοστόμου τῇ βασιλίδι Εὐδοξίᾳ (28).

Ὁ μὲν Θεὸς πάσης ὢν φύσεως δημιουργὸς, πάσης κατ' οὐσίαν ὑπερανέστηκεν ἐξουσίας, καὶ κυριότητος· ἄνθρωποι δὲ πάντες, ἴσοι, κἂν ὁ μὲν ἄλλου, ὁ δὲ ἑτέρου προέχειν δοκεῖ. Καὶ σοὶ τοίνυν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἀπένειμεν, οὐχ ἵνα σαυτὴν τῶν ἄλλων ὑπερέχειν νομίζεις, ἀλλ' ἵνα ἰσονιμίαν (29) τῷ κοινῷ καὶ δικαιοσύνην βραβεύῃς. Δόξα γὰρ, καὶ πλοῦτος, καὶ ὑπερηφάνεια κοσμικὴ, οὐκ ὠφελήσει ὅλως ἡμᾶς ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἀλλ' ἢ μόνων ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακὴ, τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐπαγομένη συντήρησιν. Ὧν αὐτὴ μὴ ἐπιλήσμων φανῇς, μὴ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον τῆς σῆς ἀπώσῃ ψυχῆς, ἐπισταμένη σαφῶς ὡς ἡ πνοὴ πάντων ἡμῶν ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσίν ἐστιν· καὶ ᾧ μὲν προστίθησιν ἔτη ζωῆς, ἐξ οὗ δὲ βούλεται, ἀφαιρεῖται· *Ἐγὼ* γὰρ, φησὶ, *ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω. Καὶ τίς ὁ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἐξαιρούμενος; Φοβερὸν* δὲ *τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.* Χοῦς, καὶ σποδὸς τυγχάνομεν πάντες ἄνθρωποι, ἄνθος, χόρτος, καὶ κόνις, σκιὰ, καπνὸς, καὶ ἐνύπνιον, καὶ ζῶμεν οὐ ζῶντες. Ἐξ οὗ γὰρ τὸ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, κατὰ πάσης ἡμῶν ἐξηνέχθη τῆς φύσεως,

I.

Chrysostomi ad imperatricem Eudoxiam.

Deus omnis naturæ conditor essentia sua præstat omni potestati atque dominationi: homines vero omnes sibi invicem sunt æquales, licet alius alium antecellere videatur. Tradidit igitur et tibi regia sceptra, non ut aliis antecellere te putes; sed ut jus cuique suum tribuas, atque justitiam administres. Gloria enim, et opes, et mundanus splendor, nihil omnino nobis proderunt in formidabili judicii die; sed id unum proderit, observantia scilicet divinorum præceptorum, qua simul recta dogmata sarta tecta servantur. Quorum fac, ne immemor esse videaris, neve Dei timorem ex animo tuo excutias, probe sciens spiritum omnium nostrum in ipsius manibus esse: quippe ad libitum uni adjicit vitæ annos, alii vero aufert: *Ego* enim, ait, *occidam, et vivere faciam. Et quis ex manibus meis eripietur*[a]? *Horrendum* vero *est incidere in manus Dei viventis*[b]. Limus et cinis sumus omnes homines, flos, gramen, pulvis, umbra, fumus et somnium; et vivimus vitæ prorsus expertes. Ex quo enim in universam naturam nostram lata est hæc sententia, *Pulvis es, et in pulverem reverteris*[c]; mortalitatem

[a] Deut. xxxii, 39. [b] Hebr. x, 31. [c] Gen. iii, 19.

(28) Galland., *Vet. Patrum Biblioth.* t. VIII, 244.

(29) Leg. fortasse, ἰσονομίαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnes et corruptionem simul induimus, et communem ad unum omnes mortem subivimus, licet unus hodie, alius cras occumbat. Ut enim a terra quisque prodimus, in terram rursus paulo post revertimur reges simul, et privati, principes, et subditi. Respice igitur eos qui ante vos regnarunt, atque considera quid ii tum erant, et quid iidem sint in præsentia. Vide quomodo qui bona egerunt, vel post mortem bene beateque vivant, et in retributionis die in resurrectionem vitæ prodeant; contra, qui male egerunt, in hoc mundo maledictis et exsecrationibus incessanter ab omnibus lacerentur, et non amplius in resurrectionem vitæ, sed judicii exsurgant. Imitetur igitur et pietas vestra eos qui fidem illæsam servarunt, quique pulchrum divinorum præceptorum cursum confecerunt: atque miseræ Theognosti mulieri, ejusque filiis suum vinetum reddite. Sufficiunt his præteritæ molestiæ: ne augeantur ipsis miseriæ, neve, quæso te, ulterius protendantur afflictiones. Fac eis quam citissime solvas opprimentem dolorem atque calamitatem, in memoriam revocando Salvatoris evangelica monita, quibus nos hortatur, ne solem super iracundiam nostram occidere sinamus [d]. Et rursum in divitem illum invectus: *Stulte*, ait, *hac nocte animam a te repetunt; quæ autem parasti, cujus erunt* [e]? *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam commutationem dabit homo pro anima sua* [f]? Nunquid nobiscum ad inferos descendet suavitas vineæ fructus? an ficorum dulcedo? an olei pinguedo? an opum redundantia et imperii gloria? Nonne in corruptionem omnis hominum conatus desinit? nonne, relictis omnibus, spoliati mundanis hujusce vitæ bonis, nudi hinc discedimus, sine potestate et imperio? Hæc igitur omnia mente revolvens, fac ut vinetum restituatur, ut bene tibi fiat in judicii die.

A τὴν θνητότητα πάντες, καὶ τὴν φθορὰν ἄρδην ἠμφιασάμεθα, καὶ κοινῇ πάντες ἤδη τετελευτήκαμεν, κἂν ὁ μὲν σήμερον, ὁ δὲ αὔριον τελευτᾷ. Ἐκ γῆς γὰρ προελθόντες, εἰς γῆν πάλιν μετ' ὀλίγον καταφερόμεθα, βασιλεῖς τε, καὶ ἰδιῶται, ἄρχοντες, καὶ ἀρχόμενοι. Ἀπόβλεψον τοιγαροῦν εἰς τοὺς πρὸ ὑμῶν βασιλεύσαντας, καὶ ἀναλόγισαι, τί μὲν ἦσαν τότε, τί δὲ νῦν γεγόνασι. Σύνες πῶς οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, ζῶντές τε, καὶ μετὰ θάνατον μακαρίζονται, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀνταποδόσεως ἡμέραν εἰς ἀνάστασιν ζωῆς ἐκπορεύσονται· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, κάνταῦθα παρὰ πάντων ἀραῖς τε καὶ δυσφημίαις ἀεί ποτε βάλλονται, καὶ εἰς ἀνάστασιν οὐκέτι ζωῆς, ἀλλὰ κατακρίσεως ἐξανίστανται. Μιμησάσθω τοίνυν καὶ ἡ ὑμῶν θεοφίλεια τοὺς τὴν πίστιν ἀλωβήτως τηρήσαντας, καὶ τὸν καλὸν δρόμον τῶν ἐντολῶν διανύσαντας, καὶ τῇ ταπεινῇ γυναικὶ Θεογνώστου, καὶ τοῖς αὐτοῖς (30) τέκνοις, τὸν αὐτῶν ἀμπελῶνα ἀπόδοτε. Ἀρκεῖ τούτοις τὰ φθάσαντα λυπηρά· μὴ ἐπιτεινείσθω δὲ τὰ δεινά, μηδ' ἐπιπλέον προβαινέτω τὰ θλιβερά. Καὶ παρακαλῶ, λῦσον αὐτοῖς ἐν τάχει τὴν ἐπικειμένην ὀδύνην, καὶ συμφορὰν, μεμνημένη τοῦ Σωτῆρος ἐν Εὐαγγελίοις παρακελευομένου ἡμῖν, μὴ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν. Ἰδίλιν δὲ πρὸς τὸν πλούσιον ἐκεῖνον ἀποτεινομένου, καὶ λέγοντος· *Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; Τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;* Μὴ συγκαταβήσεται ἡμῖν ἐν τῷ ᾅδῃ γλυκύτης καρποῦ ἀμπέλου; ἢ ἡδύτης συκῶν; ἢ λιπότης ἐλαίου; ἢ χρημάτων περιουσία, καὶ δόξα ἀρχῆς; οὐχὶ πρὸς φθορὰν καταλήγει πᾶσα ἀνθρώπου σπουδή; οὐχὶ πάντα καταλιμπάνοντες, ἀπερχόμεθα γυμνοὶ τῶν ἐνταῦθα, καὶ ἀπροστάτευτοι; Τούτων οὖν ἁπάντων μνημονεύουσα, ἐπίτρεψον ἀποδοθῆναι τὸν ἀμπελῶνα, ἵνα εὖ σοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως γένηται.

II.

Chrysostomi ad Cæsarium.

Pium et valde pium, Christum, qui morte circumdatus est, confiteri in Divinitate perfectum, *et in humanitate perfectum* unum Filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem, portantem tamen in semetipso indivisarum duarum naturarum inconvertibiliter proprietates, non alterum et alterum; absit! sed unum eumdemque Dominum, Verbum carne nostra amictum, et ipsa non inanimata aut irrationabili, sicut impius Apollinarius dixit.

Si quis autem dixerit impossibile fieri, ut duo *quædam* sint unum, simul comprehendantur et simul crucifigantur, unumque solum ex duobus ignominiam patiatur: id sum demonstraturus similitudine ex rebus humanis desumpta.

B

C

D

B'.

Τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Καισάριον (31).

Καὶ ἔστιν εὐσεβὲς τὸν θανάτῳ περιβληθέντα Χριστὸν ὁμολογεῖν ἐν Θεότητι τέλειον *καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον*, ἕνα Υἱὸν μονογενῆ, οὐ διαιρούμενον εἰς υἱῶν δυάδα, φέροντα δὲ ὅμως ἐν ἑαυτῷ τῶν ἀχωρίστων δύο φύσεων ἀσυγχύτους τὰς ἰδιότητας, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον Ἰησοῦν Θεὸν Λόγον σάρκα ἠμφιεσμένον, καὶ ταύτην οὐκ ἄψυχον καὶ ἄνουν, ὡς ὁ δυσσεβὴς εἶπεν Ἀπολλινάριος.

Εἰ δ' ἔτι τισὶν ἀδύνατον δοκεῖ ἐν ἑνὶ δύο εἶναί *τινα*, καὶ ἅμα μὲν κατέχεσθαι, ἅμα δὲ σταυροῦσθαι καὶ τὸ ἓν τούτων ὑπομένειν τὴν ὕβριν, ἀνθρωπίνῳ ὑποδείγματι ὑποδεῖξαι τοῦτο πειράσομαι.

[d] Ephes. IV, 26. [e] Luc. XII, 20. [f] Matth. XVI, 28.

(30) Scribe, αὐτῆς.

(31) Ex Bibliotheca Laurentiana *Cod.* 37, *del banco* 31. CANISIUS. *Thesaurus Monumentorum*, t. I p. 230.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἡ βασιλικὴ πορφύρα ἔριον ἦν. Τούτῳ μιγὲν τῆς κογχύλης τὸ αἷμα χροιὰν πορφυρέαν αὐτῷ παρέσχεν· ὅτε οὖν ἐνήθετο τοῖς δακτύλοις καὶ ἐκλώθετο, στήμων γενόμενον, δῆλον ὅτι τὸ ἔριον καὶ οὐχ ἡ βαφὴ τὴν στρέψιν ὑπέμενεν· ὁμοίωται καὶ τῷ ἐρίῳ τὸν *ἄνθρωπον*, τῇ πορφυρέᾳ χροιᾷ τὸν *Θεὸν Λόγον*. Ὃς ἦνωτο ἐν τῷ πάθει καὶ τῷ σταυρῷ, ἀλλὰ τῷ πάθει παντελῶς οὐχ ὑπέπεσε. A

Purpura regia fuit lana, sed sanguis vermiculi (sic Hieronymus) vel cocci immistus lanam reddit purpuream; at quando fusos torquebant digiti, circumvolvebatur et texebat artifex, non tinctura, sed lana patiebatur circumvolutionem et texturam. Similis est *homo* lanæ, *Deum Verbum* purpureo colori. Unitæ fuerunt binæ naturæ in cruce, in passione; sed non in omni parte passioni subjectæ fuerunt.

Πάλιν ἔστω δένδρον ἔχον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου· ἐν τῷ οὖν τέμνεσθαι τοῦτο, θεωροῦμεν, ὅτι ὁ πλήττων σίδηρος πρῶτος κατὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἀκτῖνος ἄνωθεν φέρεται, καὶ ἡ ἀκτὶς πρώτη, πρὶν ἢ τὸ δένδρον πληγῆναι, τὴν πληγὴν ὑποδεχομένη φαίνεται· ὥσπερ οὖν ἡ λαμπηδὼν καίτοι ἐκεῖ οὖσα οὐ τέμνεται, οὔτε διακόπτεται· οὕτω καὶ ἡ Θεότης οὔτε χωρισθῆναι ἠδύνατο, οὔτε τμηθῆναι, καὶ παθεῖν· ἡ δὲ σὰρξ τῷ πάθει ὑπέπεσεν, ἢ τμηθῆναι, καὶ παθεῖν ἠδύνατο, ὡς ἐκεῖ τὸ δένδρον.

Supponamus pariter arborem quamdam habere radium solis insitum, quando scinditur arbor illa, ferrum percutere videtur solis radium, antequam sit arbor percussa; attamen radius solis, quanquam fulgens, nec percutitur, nec scinditur, sed arbor ipsa: sic Divinitas nec percuti, nec pati potuit; sed tormentis subjiciebatur caro, quæ percuti et pati potuit, sicut arbor superius indicata. B

Latinæ Versioni nostræ Italicam D. D. Maffei exaratam et nobis transmissam addimus, ne quid Viri celeberrimi curis et labori detrahatur.

DEL CRISOSTOMO A CESARIO.

E pia cosa è confessar Cristo circondato dalla morte nella divinità perfetto; unico Figliuolo unigenito, non diviso in dualità di figliuoli, ma portante in se stesso le proprietà inconfuse delle due inseparabili nature; non altro, ed altro, lungi ciò; ma uno, e l'istesso Signor Gesù Christo, Dio Verbo vestito di carne, e questa non senz' anima, e senza mente, come disse l'empio Apollinare. Che se impossibile ancora sembra ad alcuni, due cose essere in una, e insieme esser prese, e insieme crocifisse, e con tutto ciò una sola di queste soffrir l'ignominia; mi sforzerò di ciò dimonstrare con una umana similitudine. La regia porpora fu lana: mischiato ad essa il sangue della conchiglia, le diede il color purpureo: quando però si filava dalle dita, e si aggomitolava, fatta stame, è chiaro, che la lana e non la tinta soffrì quel torcimento. Or simile alla lana è l'uomo, ed al purpureo colore Dio Verbo, il quale era unito nella passione, e nella croce, ma non in ogni parte alla passione soggiacque. Parimente ponghiamo un albero ch'abbia in se stesso il raggio del Sole. Quando vien tagliato, noi veggiamo, che il ferro ond'è percosso, si scaglia prima d'alto contra il raggio, che è in esso, e pare che il raggio prima dell' albero soffra la percossa: ma come il raggio, benchè quivi pur sia, non resta tagliato, nè percosso, così la divinità nè separarsi poteva, nè ferirsi, o patire, ma soggiacque a' tormenti la carne, che patir poteva, ed esser ferita, come l'albero nell' altro caso.

D. MAFFEI CONCLUSIO.

Noi veggiamo qui, che siccome il primo pezzo ben riscontra con la version Latina verso il fine, così nulla abbiamo in essa di tutto il secondo, che contiene le due similitudini, onde pare, che nel Codice, da cui questo compilatore trascrisse, molto diversamente la nostra Epistola si registrasse. Sarà risposto, che forse la seconda parte spetta ad altro autore, o ad altro monumento, e che fra l'un pezzo, et l'altro dovrebbe framezzare altro titolo, omesso per errore dal copista. Io sopra ciò non ardirei affermare nè il pro, nè il contra, e non ho tempo, nè voglia d'intraprendere una lunga ricerca per questo conto: ma ben posso dire, che da una parte il ms. non favorisce questo sospetto, mentre in esso ogni volta, che si muta autore, o documento, e si premette nuovo titulo, e si va a capo; e d'all altera, che molto ben legano quelle due comparazioni con l'intenzione dell' Epistola, nel principio della quale si tocca, e si riprova l'error di coloro, C che dalla sentenza ortodossa *passionem apponi imaginabantur Deitati*. Forse non parrà a taluno questo stile di S. Gio. Crisostomo; ma ad alcun altro stile di San Gio. Crisostomo non pare nè pur quello dell' altre particelle per avanti stampate. Non lascerò di dire, che molto sospetta si rende presso di me questa Epistola anche dal sapersi, che negl' infiniti Codici continenti l'opere di S. Gio. Crisostomo essa non si inviene: poich' egli è certo, che una sì generale omissione d'autentico monumento non potrebbe esser nata, che dalla somma rarità di esso: ma noi veggiamo ne' mss. d'Italia, di Francia, d'Olanda, d'Inghilterra, che questa Epistola era notissima e comune, dove un pezzo, dove altro rinvenendosene presso varj raccoglitori D di sentenze, e di detti, che l'ebbero a mano; da che pare potersi arguire, che solamente per non farsene conto, e per non venir reputata legitima, da' Copisti tutti, e da' compilatori dell' opere del

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Crisostomo sia stata esclusa. E che diremo del farsi in essa chiaramente mentione dell' eresía di Nestorio, il quale non cominciò a seminarla se non A più di vent' anni dopo la morte di S. Gio. Crisostomo?

JAC. BASNAGII ANIMADVERSIO.

« Videmus, inquit vir doctissimus, initium epistolæ, quam hic protulimus, respondere priori versus finem; sed desunt binæ comparationes, unde patet descriptorem aliter legisse Epistolam Chrysostomi, quam in editis et ms. Florentino. Respondebitur forsan secundam partem alteri parenti tribui debere, aut alterius monumenti esse particulam, quæ tituli omissione cum epistola Chrysostomi conjuncta fuit. Ego nec affirmare, nec negare velim, neque per tempus mihi licet hoc amplius indagare. Sed huic conjecturæ non favet Codex, quippe ubi novum aliquod sese offert scriptum aut auctor, novus occurrit semper titulus in fronte. Deinde respondent scopo totius Epistolæ binæ comparationes B quæ adjiciuntur, et optime refutantur illi, qui *passionem apponi Deitati imaginabantur*. Dicet aliquis, illud fragmentum non respondere stylo B. Chrysostomi. Sed et prior epistola ab ejusdem sancti Chrysostomi stylo plane diversa mihi videtur. » Huc usque Maffei. Cætera, ut in compendium res redigatur, et quæ minoris sint ponderis, legi possunt Italice.

Gratias rependimus maximas viro doctissimo, qui nobis hoc epistolæ fragmentum transmisit, ideoque illud Operi nostro inseri voluimus. Binas comparationes hæreticis refutandis aptissimas, et probare quod Chrysostomus contendebat, non diffitemur. De codice abbatis Sancti Salvini, qui nostris oculis non subjicitur, judicare non licet; sed hæc est sententia nostra, compilatorem usui suo varia consarcinasse adversus eos qui passionem Deitati apponi imaginabantur; ut scopum attingeret, fragmentum, quod ad rem faciebat, ex epistola Chrysostomi excerpsit, cæteris omissis: ex alio fonte comparationes hausit, et simul omnia quæ compilaverat conjunxit; nec novus exigi debet titulus, siquidem sæpius una serie decurrant testimonia ex variis scriptoribus compilata.

SUPPLEMENTUM AD COMMENTARIOS IN SCRIPTURAM.

AD HOMILIAM XVIII IN GENESIM.

(Ex Codd. *Bibliothecæ Nanianæ*, *p.* 33.)

Continet Codex XLIII (32) Chrysostomi homilias in Genesim a prima, cujus deest initium, usque ad tricesimam primam: quarum decima nona in editis est pars decimæ octavæ. Illius vero homiliæ, quæ hic dicitur decima octava, epilogus, seu peroratio, seu ἠθικὸν in editis non exstat: itaque placet ipsum hoc loco exscribere. Nimirum post verba: Καὶ διηνεκῆ τὸν φόβον αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόμνησιν παρέχειν δυναμένης (vide pag. 155 tomi IV Operum S. Joan. Chrysost. edit. Paris. anni 1721 [33]) adduntur hæc:

Obediamus divinæ Scripturæ servantes ejus præcepta; salubria documenta conemur in nostras mentes deponere, deinde in vita præ nobis ferre, ut vita præcepta comprobet, et præcepta vitam perfectiorem ostendant; nam si nostra præcepta sunt recta, vita vero neglecta, nihil proderit nobis. Item si vitam rectam agentes dogmata recta negligamus, nullam pro salute nostra feremus utilitatem; decet enim, si voluerimus ex gehenna liberari, regnumque cœlorum obtinere, nos ornari et rectis dogmatibus et recta vita. Nam dic mihi quænam sit utilitas arboris multum in altitudinem extensæ, foliisque luxuriantis, cum reipsa non ferat fructus? Sic Christiano, cujus vita non est proba, non prosunt recta præcepta. Ideo Christus C Πειθωμεθα δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῆς εἰρημένοις κατακολουθοῦντες, τὰ ὑγειῆ δόγματα σπουδάζωμεν ἐναποτίθεσθαι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· καὶ μετὰ τοῦτον (sic) καὶ βίου ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι· ἵνα καὶ ὁ βίος μαρτυρῇ τοῖς δόγμασι· καὶ τὰ δόγματα τὸν βίον ἀξιοπιστότερον ἐπιφαίνῃ. Οὔτε γὰρ ἐὰν ἔχωμεν δόγματα μὲν ὀρθὰ, βίου δὲ ἀμελῶμεν, ὤφελος (sic) ἡμῖν ἔσται τι· οὔτε ἐὰν βίον ἔχοντες, τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀμελῶμεν κερδᾶναί τι χρήσιμον καὶ πρὸς σωτηρίαν ἡμετέραν δυνησόμεθα. Προσήκει γὰρ εἰ βουλοίμεθα καὶ γεέννης ἐλευθερωθῆναι, καὶ βασιλείας ἐπιτυχεῖν, ἀμφοτέρωθεν κοσμεῖσθαι καὶ δογμάτων ὀρθότητι, καὶ βίου ἐπιμελείᾳ. Τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, δένδρου εἰς ὕψος πολὺ ἐκτεινομένου, καὶ τοῖς φύλλοις κομῶντος,

(32) In folio, membraneus, mutilus initio et in fine, scriptus sæculo XI, constans foliis 209. Prima codicis verba nunc sunt: Εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα. Postrema vero: οὔτε τὰ ἄλλα ἄπερ.

(33) Editionis novæ tom. IV, col. 153, lin. 3 a.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ὅταν καρποῦ ἔρημον ᾖ· οὕτω καὶ τὸν Χριστιανὸν οὐδὲν ὀνίνησι τὰ ὀρθὰ δόγματα, ἐάν τις κατὰ τὸν βίον ἀμελῇ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς τοιούτους ἐμακάριζε λέγων· Μακάριος ὁ ποιήσας καὶ διδάξας. Τῆς γὰρ διὰ τῶν λόγων διδασκαλίας ἡ διὰ τῶν ἔργων ἀκριβεστέρα καὶ ἀξιοπιστοτέρα πολλῷ· ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ σιγῶν καὶ ὁρώμενος (sic) παιδεύειν δύναται τοὺς μὲν διὰ τῆς θέας, τοὺς δὲ καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς· καὶ πολλῆς ἀπολαύσεται τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίας· οὐ μόνον δὲ δι' ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν εἰς αὐτὸν ὁρώντων· παρασκευάζων δοξάζεσθαι τὸν αὐτοῦ Δεσπότην· ὁ τοιοῦτος διὰ μυρίων γλωσσῶν καὶ διὰ πολλῷ πλειόνων τὰς εὐχαριστίας καὶ τοὺς ὕμνους ἀνοίσει τῷ τῶν ὅλων Θεῷ. Οὐδὲ γὰρ οἱ γνώριμοι μόνον καὶ μάρτυρες ὄντες τοῦ βίου καὶ αὐτὸν θαυμάσονται καὶ τὸν αὐτοῦ Δεσπότην· ἀλλὰ καὶ οἱ ἀγνοοῦντες, παρ' ἑτέρων ταῦτα μανθάνοντες· καὶ οἱ πόρρωθεν οἰκοῦντες καὶ οἱ μακρὰν ἀπῳκισμένοι· καὶ οὐ φίλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχθροὶ αἰδεσθήσονται τῆς ἀρετῆς τὴν ὑπερβολήν. Τοσαύτη γὰρ ταύτης ἰσχύς· ὡς καὶ τῶν πολεμούντων αὐτὴν ἀποφράττειν τὰ στόματα καὶ τὴν γλῶτταν ἐπιστομίζειν· καὶ ὥσπερ πρὸς τὰς ἀκτῖνας τὰς ἡλιακὰς οἱ ἀσθενεῖς τὰς ὄψεις ἀντιβλέψαι οὐ τολμῶσιν, οὕτως οὐδὲ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἡ κακία ἀντιβλέψαι δυνήσεταί ποτε· ἀλλὰ παραχωρήσει, καὶ τὰ νῶτα δώσει καὶ τὴν ἥτταν ὁμολογήσει. Ὃ δὴ καὶ πεπεισμένοι, ἀντεχώμεθα τῆς ἀρετῆς· καὶ μετὰ ἀσφαλείας τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομῶμεν· καὶ τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν εἶναι δοκούντων ἁμαρτημάτων εἴτε ἐν λόγοις εἴτε ἐν πράγμασιν ἀπέχεσθαι σπουδάζωμεν. Οὕτω γὰρ οὐδέποτε τοῖς μείζοσι περιπεσούμεθα τῶν ἁμαρτημάτων, ἐὰν τῶν μικρῶν ἀπεχώμεθα· καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος δυνησόμεθα, καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύοντες, τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπιλαβέσθαι, καὶ τὴν κόλασιν διαφυγεῖν τὴν ἀποκειμένην, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tales prædicabat beatos, sic dicens : **Beatus qui** regit et docuit [1]. Etenim doctrina per acta multo perfectior tutiorque doctrina quæ stat verbis ; talis enim et silens et visus docere potest alios per oculos, alios vero per auditum, fructurque multa a Deo bonitate, non modo per seipsum, sed etiam per contemplantes ipsum ; paratus ad glorificandum suum Dominum, talis vir per sexcentas linguas et plures ad Deum omnium conditorem gratias et gloriam referet ; nam non solum illi qui noverint illius vitam, ejusque testes erunt, et eum et ejus Dominum admirabuntur, sed etiam ignoti ab aliis certiores facti, et procul habitantes et exsules in longinqua regione ; et non solum amici, sed etiam inimici venerabuntur summam virtutem. Tanta est B ejus vis ut obturet os et linguam pugnantium eam ; et sicut oculi infirmi non audent radios solis sustinere, sic malitia non potest virtutem ex adverso respicere, sed retrocedit fateturque se inferiorem. Itaque hoc persuasum habentes, palam virtutem amplectamur, firmiterque nostram vitam regamus, et minimis peccatis sive in verbis sive in actu abstinere nitamur. Sic nunquam in pejora peccata incidemus, si vel a minimis abstineamus ; fruentesque tempore præsenti et præterito poterimus attingere summam virtutem, vitareque pœnas impositas, et æternum bonum obtinere gratia et bonitate Domini nostri Jesu Christi, quocum Patri et Spiritui sancto, gloria, potestas et honor, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

Homilia vero sequens, seu 19, *sic incipit :* Σκόπει πότε τοῦτο ἐγένετο μετὰ τὴν παραχοήν.

[1] Matth. v, 19.

FRAGMENTUM IN LIBROS REGUM.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova*, t. II, p. 495.)

[Cod. f. 124.] *Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκ τοῦ εἰς τὰς Βασιλείας γ' λόγου* (34).

C *Sancti Joannis (Chrysostomi) ex tertio sermone in libros Regum.*

Φέρει γηπόνοις ἡδονὴν τὸ ἐξ ὑπτίων τε καὶ βαθυγείων χωρίων πολύν τινα δρέπεσθαι τὸν καρπόν. Εἰ δή ποτε καὶ ἐκ πετρώδους γῆς καὶ λιπτῆς καὶ ὑπὸ ψάμμου δυνηθείη μετὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν χρηστοῦ τινος ἀπολαῦσαι καρποῦ, μείζων ἐντεῦθεν ἡ ἡδονὴ τῷ γηπόνῳ, διότι πρὸς τὴν τῆς γῆς φύσιν ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς οἰκείους πόνους, ἀντεισάξας τῇ στειρώσει τῆς γῆς, νίκης τινὰ μαρτυρίαν ἀποφέρεται παρὰ τῶν τὸ γεώργιον θαυμαζόντων.

Jucundum est agricolis tum ex montanis tum ex depressis terræ regionibus uberem fructum carpere. Quod si aliquando ex petrosis etiam macrisque vel arenosis locis, post multam impensam curam bonus aliquis fructus eveniat, major hinc colono delectatio accidit ; quia cum soli natura luctatus, suisque pugnans adversus agri sterilitatem laboribus, victoriæ quoddam testimonium ab iis, qui agricolandi artem merito æstimant, refert.

(34) Joan. Chrysostomi in libros nominatim Regum, seu Regnorum, ut Græci loquuntur, non exstant sermones ; nisi forte intelligendæ hoc titulo sunt homiliæ quinque de Anna Samuelis matre, et tres de Saule ac Davide ; in quibus tamen hoc fragmentum non videbam, nisi me festinans oculus fefellit. Attamen in Damasceni Parallelis p. 462, aliud Chrysostomi fragmentum citatur ex sermone in secundum Regum, ἐκ τοῦ εἰς β' Βασιλειῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SPECIMEN

EXPOSITIONIS S. JOANNIS CHRYSOSTOMI IN JOB.

(Bandini, *Anecdota Græca*, p. 182, ex codice XIII Bibl. Laurent., plut. IX.)

Hic codex, sæculo circiter x conscriptus, tres Joannis Chrysostomi Commentarios complectitur, videlicet in Isaiam, in Jeremiam, et in Jobum. Primi duo editi sunt : tertius lucem nondum vidit, nonnullis exceptis fragmentis, quæ in Catena Nicetæ in Jobum per Patricium Junium edita Londini 1637 leguntur. Hujus igitur expositionis, de qua epistolam 101 J. Lamio dedimus, quæque in Florentinis Novellis legitur sub die 7 Maii 1762, specimen tibi exhibemus, amice lector, exiguum illud quidem, sed quæ auctoris dignitas est, atque præstantia, maximi faciendum. Titulus expositioni sequens est : Τοῦ αὐτοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸν μακάριον Ἰώβ. *Ejusdem* (nempe J. Chrysostomi, cujus nomen primus Commentarius præferebat) *Commentarius in beatum Jobum*. Deinde Prologus incipit :

Primum inquirendum videretur, quonam tempore iste homo vixerit. Nonnulli quippe dicunt ante Moysen fuisse, et esse ab Abrahamo quintum ; alii vero sub lege. Verumtamen nondum quidquam statuimus, donec ex ipsa historia discamus, utrum hoc vel illo tempore fuerit. Nec tamen id parum nobis confert ad cognoscendam hujus hominis virtutem. Non enim perinde est eum qui instituta Mosaica prægustaverit, talem evasisse, tanta præditum virtute, tanta admiratione ; atque ante illa instituta adeo magnum præ se tulisse robur. Quod porro magnus fuerit iste vir, non modo res ipsæ demonstrant, sed etiam Deus ostendit, inquiens : *Si steterit Noe, et Job, et Daniel, filios suos et filias suas non liberabunt* [a]. Cur vero Moyses nullam de illo mentionem fecit ? At enim ecquæ erat commemorandi necessitas, aut cujusnam rei ergo ? Tu autem mihi considera, quomodo illi ne proavus quidem obfuerit Esau. Non erat ex Abrahamo, atque adeo non erat ex Jacob ; quinimo regionem incolebat barbaram. Videu' quod omnibus magistros miserit Deus ? Interea animadvertas velim, quei superna Dei cognitio ubique esset manifesta : perspicis namque amicos ejus notitiam Dei habuisse. Quis eos docuit ? quis illis annuntiavit ? puto quippe ante legem exstitisse. Atque hinc liquet, quod non ab re quis dixerit, primum hunc librum magistrum quemdam atque præconem fuisse cognitionis Dei. At enim per vivendi rationem atque patientiam innotuerit : sed oportebat in illo etiam miracula reperiri, quo et sic numeris omnibus absolutus magister fieret. Quemadmodum enim in Abraham multa exstitere signa, ita et hic, etc. — *Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job* [b]. Considera hanc primam laudem : Hominem fuisse *in regione*, inquit, *Ausitide*, quorum et hoc encomium magnum. Talem enim fuisse in Arabia, ubi omnes depravati erant, ubi nullum occurrebat æquitatis exemplum, hoc utique mirabile fuit : *Et erat homo ille* [c] (iterum homo) *sine querela, justus, verax, pius, abstinens ab omni re mala* [d]. Horum

Ἄξιον πρῶτον ἐπιζητῆσαι, πότε οὗτος ὁ ἀνὴρ γέγονε. Τινὲς μὲν οὖν αὐτόν φασι πρὸ τοῦ Μωσέως εἶναι, καὶ πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ· τινὲς δὲ ἐν τῷ νόμῳ· ἀλλὰ μηδέπω ἀποφαινώμεθα, ἕως ἂν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱστορίας μάθωμεν, εἴτε ἐν τούτῳ, εἴτε ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἦν. Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ τοῦτο μικρὸν ἡμῖν συντελεῖ πρὸς τὸ γνῶναι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετήν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἀπολαύσαντα τῶν Μωσαϊκῶν τοιοῦτον εἶναι, οὕτως ἐνάρετον καὶ θαυμαστὸν, καὶ πρὸ ταύτης τῆς παραινέσεως τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἰσχύν· ὅτι μὲν γὰρ μέγας ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα δηλοῖ. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Θεὸς λέγων· *Ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται.* Τίνος δὲ ἕνεκεν αὐτοῦ Μωσῆς οὐχὶ μέμνηται ; Ποία γὰρ ἦν ἀνάγκη μνησθῆναι, ἢ τίνος ἕνεκεν ; Σὺ δέ μοι θέα, πῶς οὐδὲν αὐτὸν ὁ πρόγονος παρέβλαψεν ὁ Ἡσαῦ. Οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, μᾶλλον δὲ οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ· ἀλλὰ καὶ χώραν ξένην εἶχεν. Ὁρᾷς ὅτι πᾶσι διδασκάλους ἔπεμψεν ὁ Θεός ; σὺ δέ μοι βλέπε, πῶς ἄνωθεν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ δῆλη ἦν· ὁρᾷς γὰρ καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ ἔννοιαν ἔχοντας περὶ Θεοῦ. Τίς αὐτοὺς ἐδίδαξε ; τίς κατήγγειλε ; καὶ γὰρ ἐμοὶ δοκεῖ πρὸ τοῦ νόμου εἶναι· καὶ δῆλον αὐτόθεν, ὥστε εἰκότως ἄν τις εἴποι ὅτι πρῶτον τοῦτο τὸ βιβλίον, διδάσκαλός τις καὶ κήρυξ ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, ἀλλὰ διὰ βίου μὲν, καὶ ὑπομονῆς δῆλον. Ἔδει δὲ καὶ σημεῖα γενέσθαι ἐπ' αὐτοῦ, ὥστε καὶ ταύτῃ ἀπηρτισμένον εἶναι τὸν διδάσκαλον· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ πολλὰ γέγονε σημεῖα, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, κ. λ. Interpretatio tandem inc. *Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ.* Ὅρα πρῶτον ἐγκώμιον τοῦτο, τὸ Ἄνθρωπον εἶναι *ἐν χώρᾳ*, φησὶ, *τῇ Αὐσίτιδι*· ὧν καὶ τοῦτο ἐγκώμιον μέγα· τὸ γὰρ ἐν Ἀραβίᾳ εἶναι, ἔνθα πάντες ἦσαν διεφθαρμένοι, ἔνθα οὐδὲν ὑπόδειγμα ἦν εὐνομίας, τοῦτο ἦν τὸ θαυμαστόν. *Καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος* (πάλιν ἄνθρωπος) *ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.* Ἕν ἕκαστον τούτων ἱκανὸν παραστῆσαι τὴν ὥραν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Ἀλλ' ὥσπερ

[a] Ezech. xiv, 20. [b] Job. i, 1. [c] ibid. [d] ibid.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ἐὰν γὰρ ἄνθρωπος καταβῇ εἰς ᾅδην, οὐκέτι μὴ ἀναβῇ, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, οὐδ' οὐ μὴ ἐπιγνῷ αὐτὸν ἔτι ὁ τόπος αὐτοῦ. »

Propter hoc præcipue justus admiratione dignus est, quod cum nihil certi de resurrectione intelligeret, dolores quidem expertus fuerit, nihilominus forti et generoso animo eos pertulerit : quod enim nullam certam scientiam habuerit mysterii regenerationis quæ est post mortem, ex eis liquet, quæ dicit : Non licet, inquit, illi qui morte exstinctus ad inferos descendit, amplius reviviscere, et ad ædes suas redire ; sed neque memoria ejus reliqua erit, cum inter vivos apparere desierit : mortuum enim resurgere impossibile est.

Ἄξιον διὰ τοῦτο μάλιστα θαυμάζειν τὸν δίκαιον, ὅτι περὶ ἀναστάσεως οὐδὲν ἐπιστάμενος, ὠδυνᾶτο μὲν, ἔφερε δὲ γενναίως. Ὅτι γὰρ οὐκ ᾔδει τι σαφὲς περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐκ νεκρῶν παλιγγενεσίας, ἐντεῦθεν δῆλον· Τῷ γὰρ ἅπαξ, φησὶ, διὰ θανάτου εἰς τὸν ᾅδην κατελθόντι, οὐκέτι δέδοται πάλιν ἀναβιώσαντι, εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἐπαναστρέφειν· ἀλλ' οὐδὲ μνήμη τούτου περιλειφθήσεται, ἀφανοῦς ἐκ ζώντων γενομένου· τὸν γὰρ ἀποθανόντα ἀναστῆναι οὐχοΐόν τε.

Vers. 13, 14. « Dixi : Quia consolabitur me lectus meus, [*Symmachus vero, idem alia voce exprimens, dixit*, παρηγορήσει.] Et referam ad meipsum privatim sermonem meum toro meo. [*Theodotio autem :* Comportabit me in confabulatione mea stratum meum.] Exterres me per somnia, et per visiones me obstupefacis. »

« Εἶπα, ὅτι παρακαλέσει με ἡ κλίνη μου. [*Ὁ δὲ Σύμμαχος*, παρηγορήσει.] Ἀνοίσω δὲ πρὸς ἐμαυτὸν ἰδίᾳ λόγον τῇ κοίτῃ μου. [*Ὁ δὲ Θεοδοτίων*, Συμβαστάσει με ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου ἡ κοίτη μου.] Ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις. »

Quod soli justo contigit, nemini autem alteri ; neque enim nox solatium ei præbebat, sed terrorum nocturnorum phantasia, diurnis malis ærumnas ejus magis augebat. Quod autem in somnis graviora passus fuerit, audi quid dicat : *Cur me exterres per somnia, et per visiones me obstupefacis* ? Quis ferreus, et adamantinus, tot gravia et acerba pati potuit ? Nam si unumquodque per se intolerabile

Ὅπερ ἐπὶ τοῦ δικαίου συνέβη μόνου, τοῦτο ἐν ἑτέρῳ οὐδενί· οὐδὲ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς νυκτὸς εἶχε παραμυθίαν, ἀλλὰ τῶν μεθ' ἡμέραν δεινῶν προσθήκη μείζων ἦν ἡ τῶν νυκτερινῶν φόβων φαντασία. Ὅτι γὰρ χαλεπώτερα ἐν τοῖς ὕπνοις ὑπέμενεν, ἄκουσον τί φησι, *Διατί ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις ;* Ποῖος σιδηροῦς ἄνθρωπος, ποῖος ἀδάμας, τοσαῦτα ἂν ὑπέμεινε δεινά ;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἰ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἀφόρητον, ἐννόησον, ὁμοῦ συνελθόντα πόσον ἤγειρε θόρυβον· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος ἅπαντα ταῦτα ὑπήνεγκε, καὶ ἐν ἅπασι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ, οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· καὶ ταῦτα, μηδὲν διάλειμμα ἔχων ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, ὑπὸ τῶν παθῶν ταραττόμενος. Ἐῶ λέγειν τὰ μεθ' ἡμέραν δεινὰ, ἀλλ' οὐδὲ ἡ νὺξ αὐτῷ παρεῖχεν ἀτέλειαν· διὸ ἔλεγεν, *Ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις*, καὶ [79] αὐτὸν, φημὶ τῆς ἀνέσεως τὸν καιρὸν, ὅτε προσδοκῶ μικρὸν ἀδολεσχῆσαί μου τοῖς λογισμοῖς, καὶ ὕπνου τυχεῖν καὶ ἀναπαύσεως, φοβερά μοι τὰ ἐνύπνια ἐφίσταται· συμβαίνει δὲ τοῦτο μάλιστα καὶ φυσικῶς τοῖς μεθ' ἡμέραν πειραζομένοις, ὥς που καὶ ὁ σοφὸς ἔφησεν Ἐκκλησιαστής, *Ὅτι παραγίνεται ἐνύπνιον ἐν πλήθει πειρασμῶν*. Εἰκὸς δὲ, καὶ τὸν διάβολον φαντάσματά τινα φοβερὰ δεικνύντα, ἐκδειματοῦν αὐτὸν, καὶ ἐκταράττειν καθ' ὕπνους. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος οὕπω πληροφορηθεὶς ὡς ἐξητήθη ὑπὸ τοῦ διαβόλου, οἴεται τὸν Θεὸν, καὶ ταῦτα, καὶ τὰς βασάνους ἐπιφέρειν αὐτῷ. Ἦν δὲ ἄρα καὶ τοῦτο τῆς διαβόλου ἐνεργείας· οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπήγαγεν, ἀλλὰ πάντα τῆς τοῦ διαβόλου χειρὸς ἦν.

fuit, considera, in unum congesta quantas perturbationes excitaverint : ille vero hæc omnia sustinuit, et in omnibus quæ ei acciderant, nequaquam peccavit, ne labiis quidem ; illudque, sine ulla calamitatum intermissione, noctu et interdiu doloribus vexatus. Ut taceam enim diurnas ærumnas, nox illi nullam malorum immunitatem præbebat ; idcirco dixit : *Per visiones me obstupefacis* ; ipso, inquam, remissionis et laxamenti tempore, cum cogitationibus meis aliquantulum vacare exspecto, et somnum et quietem capere, insomnia formidolosa superveniunt : quod quidem naturaliter eis contingit, qui diei tempore cum ærumnis conflictantur ; prout alicubi a sapiente Ecclesiaste dictum est : *Quia advenit somnium in multitudine sollicitudinum* [p]. Verisimile etiam est diabolum, objectis quibusdam terriculamentis et spectris, in somnis terrorem et formidinem illi incussisse. Beatus autem hic vir, cum nondum firma fide sibi persuaderet, a diabolo se ad supplicia expetitum fuisse ; et hæc, et tormenta, Deum intulisse arbitrabatur. Erat autem et hic diabolicæ operationis effectus ; Deus enim nullo malo eum afflixerat, sed omnia diaboli manibus facta sunt.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

« Μὴ ὁ Κύριος ἀδικήσει κρίνων; ἢ ὁ τὰ πάντα ποιήσας ταράξει τὸ δίκαιον ; »

Χρισοστόμου, Πολυχρονίου καὶ Ὀλυμπιοδώρου. Οὐχ ὁρᾷς, φησὶ, πόση δικαιοσύνη ἐν τῇ κτίσει, πόση εὐταξία; Μὴ ἐνδέχεται τὸν Θεὸν ἄκριτον τὴν κατά τινος ἐξενεγκεῖν ψῆφον; Μὴ ὁ τὰ πάντα ποιήσας εὐκόσμως καὶ ἁρμονίως, καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἀρχὴν παραγαγὼν, ἐπὶ σοῦ μόνου τὴν τοῦ δικαίου διετάραξεν ἰσότητα, καὶ σὲ παρὰ τὸ δίκαιον ἐκάκωσεν; Ῥέμα οὖν πλήττει τὸν ἅγιον, ὡς κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ δι' ἁμαρτίας ὑπομένοντα, τῆς αὐτῆς τῷ φθάσαντι διαλήψεως ὑπάρχων καὶ οὗτος, ὅτι δι' ἁμαρτίας τὰ κακωτικὰ πάντως ἐπιπέμπεται. Ἔδει δὲ λογίζεσθαι, ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ μόνον φαύλοις, ἀλλὰ καὶ σπουδαίοις συμβαίνει, ἀδιάφορα γὰρ, καὶ ὅτι θαυμαστότερός ἐστιν ὁ δίκαιος, ὑπομένων θλίψεις καὶ πόνους. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔχειν [80] αὐτὸν ἐλέγξαι ἡμαρτηκότα, εἰς τοὺς υἱοὺς τρέπεται, καί φησιν·

« Ἐπερώτησον γὰρ γενεὰν πρώτην, ἐξιχνίασον δὲ κατὰ γένος πατέρων· χθιζοὶ γάρ ἐσμεν, καὶ οὐκ οἴδαμεν, σκιὰ γάρ ἐστιν ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ βίος. »

Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπειδὴ ἡμεῖς ὀλιγοχρόνιοί ἐσμεν, τοὺς γεγηρακότας ἐρωτήσωμεν, καὶ αὐτοὶ ἀπαγγελοῦσιν, ὅτι ὥσπερ ἀδύνατον ἄνευ νοτίδος χόρτον ἀνελθεῖν, οὕτως ἄνευ δικαιοσύνης διαμεῖναι ἐν εὐδαιμονίᾳ· καὶ ὡς οὐ δυνατὸν εὐθηνίαν

CAP. VIII.

Vers. 3. Nunquid Dominus injuste aget judicans ? aut qui omnia fecit, turbabit justitiam. »

Chrysost. Polychron. et *Olympiod.* Nonne vides, inquit, quanta sit æquitas in creatura, et ordinata dispositio ? An fieri potest, ut Deus contra aliquem sententiam sine judicio et ratione ferat ? An, qui omnia decenter et harmonice fecit, et in initio benignitate sua et clementia produxit, æquitatis jura in te uno pervertit, et contra jus et fas malis te afflixit ? Tacite igitur sanctum ferit, tanquam jure, et propter peccata, adversa pateretur ; in eadem opinione cum superiore exsistens, quod, scilicet, tribulationes et afflictiones ob peccatum omnino hominibus immittantur. Oportebat autem animo reputare, quod ejusmodi non tantum pravis, sed probis etiam contingant (quippe quæ adiaphora sint) et quod justus tolerando ærumnas et dolores, admirabilior reddatur. Postquam autem illum peccati arguere non posset, ad liberos se convertit, et dicit.

Vers. 8, 9. « Interroga enim generationem primam, et investiga per genus patrum : hesterni enim sumus, et nescimus, umbra enim est nostra super terram vita. »

Quod autem dicit hujusmodi est : Quandoquidem momentanei nos sumus, ætate provectos interrogemus, qui nobis narrabunt, quod impossibile sit sine justitia felicitatem perennare, quemadmodum sine humore herba non pullulat ; et quod iniquorum

[p] Eccle. v, 2.

[79] *Isc.* καθ'. [80] *Isc.* εἶχεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hominum abundantia stabilis et firma esse non possit ; et quod supplicia propter peccata infligantur.

ἀδίκων κρατύνεσθαι· καὶ ὡς δι' ἁμαρτίας αἱ τιμωρίαι.

CAP. IX.

ΚΕΦ. Θ'.

Vers. 1, 2. « Respondens autem Job, ait : Vere scio quia ita est. »

« Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ λέγει, Ἐπ' ἀληθείας οἶδα ὅτι οὕτως ἐστίν. »

Quantam philosophiam verba hæc præ se ferunt? Novi, inquit, quod impii interitui obnoxii sint, justi autem non item. Vides ut Deum injustitiæ nentiquam accuset.

Πόσης φιλοσοφίας ταῦτα τὰ ῥήματα, Οἶδα, φησὶν, ὅτι οἱ ἀσεβεῖς ἀπόλλυνται, οἱ δὲ δίκαιοι οὐχί. Ὁρᾷς πῶς οὐδαμῶς καταγινώσκει τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν.

Vers. 10. « Qui facit magna et investigabilia, gloriosaque et mirabilia, quorum non est numerus. »

« Ὁ ποιῶν μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. »

Nonne hæc, inquit, quæ antea dixi, licet oculis subjiciantur, magna et investigabilia sunt ? quanto magis ea quæ invisibilia sunt ? Verum observa quod nunquam Dei essentiam, sed opera tantum ejus proferat. Et cur, inquit, singula enumero? magna enim et incomprehensibilia et innumerabilia sunt ejus opera.

Ταῦτα ἃ προείρηκα, φησὶν, οὐ μεγάλα, οὐκ ἀνεξιχνίαστα, καίπερ ὁρατὰ ὄντα ; πόσῳ γε μᾶλλον τὰ ἀόρατα; Ὅρα δὲ, οὐδαμοῦ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ λέγει. Καὶ τί, φησὶ, τὸ καθ' ἕκαστον αὐτῶν λέγω ; μεγάλα γάρ εἰσι, καὶ ἀκατάληπτα, καὶ ἀναρίθμητα τοῦ Θεοῦ ἔργα.

Vers. 17. « Multas autem tribulationes meas fecit in vanum. »

« Πολλὰ δέ μου τὰ συντρίμματα πεποίηκε διακενῆς. »

Hoc etiam Deus diabolo de illo dixerat : *Tu vero dixisti, substantiam ejus frustra perdere* [q]; quid ergo miraris, si quod Deus dixerat, hoc etiam ipse dicat : *In vanum*, non quia peccaverit, sed quia pœna illa et supplicium in nullo ei proderit.

Τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς πρὸς τὸν διάβολον ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, *Σὺ δὲ εἶπας, ἀπολέσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ διακενῆς*· τί οὖν θαυμάζεις, εἰ ὅπερ ὁ Θεὸς εἶπε, τοῦτο καὶ οὗτος λέγει, ὅτι *διακενῆς*, οὐχ ὅτι ἥμαρτεν, ἀλλ' ὅτι οὐδὲν πλέον ἔσται ἀπὸ τῆς τιμωρίας αὐτοῦ, καὶ τοῦ κολάζεσθαι.

Vers. 31. « Nam si lotus fuero nive, et mundatus fuero mundis manibus satis in sorde me tinxisti, exsecratum est autem me vestimentum meum. »

« Ἐὰν γὰρ ἀπολούσωμαι χιόνι, καὶ ἀποκαθάρωμαι χερσὶ καθαραῖς, ἱκανῶς ἐν ῥύπῳ με ἔβαψας, ἐβδελύξατο δέ με ἡ στολή μου.

Chrysost. et *Olymp.* Antiquis mos erat, balneis sordes corporis eluere : vetus etiam mos obtinuit, ut manus lavarent, cum se criminis alicujus minime participes ostendere vellent, dicerentque : Innoxius sum ego ab hac re; prout in Salvatoris nostri negotio a Pilato factum est [r] : David etiam cecinit : *Lavabo inter innocentes manus meas* [s]. Hoc igitur est quod dicit : Licet purus exstitero, accuratæ hæ explorationes et supplicia quæ mihi inferuntur, præjudicat ab hominum opinione, sorditatum me et impurum esse ostendunt; ut qui vestimenta mea contigerit, pollui et inquinari se existimet, cum propter peccatorum multitudinem unusquisque me hæc pati suspicetur. Hæc autem ideo dicit quia amici ejus, ut peccatorem eum demonstrarent, ea quæ illi evenerant, in medium attulissent. Quod vero dicit est hujusmodi : Impietatis exemplum cunctis propositus sum : *Quare igitur non sum mortuus?* improbum enim, ne aliis improbitatis magister fieret, de medio tolli oportebat. Si vero sole fuero purior, maculam tamen, nec vulgarem, inustam habeo. Verum etiam qui tanquam indumentum corpori, affinitate me proxime attingunt, odio me prosequuntur; non

Χρυσοστόμου καὶ *Ὀλυμπιοδώρου*. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, λουτροῖς ἀποκαθαίρειν τοὺς μολυσμούς· καὶ τοῦτο δὲ παλαιὸν ἔθος ἦν, ἔνθα ἐβούλοντο δεῖξαι, ὡς οὐκ ἐκοινώνησαν τῇδε τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπενίπτοντο τὰς χεῖρας [81], Ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦδε τοῦ πράγματος· ὡς καὶ ὁ Πιλάτος ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος πεποίηκε· καὶ ὁ Δαβὶδ ἔφαλλε [82], *Νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου*. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι Ὅπως ἂν ὦ καθαρὸς, οἱ ἀκριβεῖς οὗτοι ἔλεγμοὶ, καὶ αἱ ἐπαχθεῖσαι τιμωρίαι, ἐκ τῆς προλήψεως, ἐρρυπωμένον με καὶ ἀκάθαρτον ἀποδεικνῦσιν· ὡς καὶ τὸν ἁπτόμενον τῶν ἱματίων μου, δοκεῖν μολυνέσθαι, διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν ἑκάστου ταῦτά με πάσχειν ὑπολαμβάνοντος. Ταῦτα δέ φησι διὰ τὸ τοὺς αὐτοῦ φίλους, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, τὰ συμβάντα αὐτῷ, προσφέρειν [83]. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὑπόδειγμα κεῖμαι πᾶσιν ἀσεβείας, *Διατί οὖν οὐκ ἀπέθανον;* τὸν γὰρ πονηρὸν ἐκ τοῦ μέσου ληφθῆναι ἐχρῆν, ὥστε μὴ εἶναι τοῖς ἄλλοις διδάσκαλον. Ἂν τοῦ ἡλίου δὲ καθαρώτερος γένωμαι, ἔχω κηλῖδα, οὐ τὴν τυχοῦσαν. Ἀλλὰ καὶ οἱ οὕτως ἐγγύτατοι, ὡς ἡ στολὴ τῷ σώματι, καὶ αὐτοὶ ἐμίσησάν με, οὐ διὰ τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὡς ἐναγῆ καὶ μιαρὸν, ὡς ἀκάθαρτον, οὕτως ἀπεστράφησάν με.

[q] Job II, 3. [r] Matth. XXVII, 24. [s] Psal. XXV, 6.

[81] *Ισ.* deest. λέγοντες. [82] *Ισ.* ἔψαλε. [83] *Ισ.* προφερεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Βδελυκτὸν δέ μοι γέγονε καὶ τὸ σῶμα, τοῦτο γὰρ ἡ στολή. Δύναται δὲ καὶ οὕτω νοεῖσθαι τὸ *Ἐβδελύξατό με ἡ στολή μου*, ὅτι φεύγει με καὶ ἡ ἐσθής, οἱονεὶ μισήσασά με, ἀντὶ τοῦ, Οὐδὲ ἐνδύσασθαι δύναμαι, διὰ τὸ ἄγαν ἠλκῶσθαι.

A propter supplicium mihi inflictum, sed tanquam hominem impium, scelestum et impurum, me abominantur : ipsum etiam corpus mihi exsecrandum evasit, hoc enim est, *vestimentum*. Potest etiam illud : *Exsecratum est me vestimentum meum*, sic intelligi : Vestis ipsa, quasi odio incitata, me fugit ; ac si diceret : Propter ulcerum acerbitatem, eam induere non possum.

ΚΕΦ. Ι'.

« Ὅτι ἀπείπω ἔργα χειρῶν σου, βουλῇ δὲ ἀσεβῶν προσέσχες. »

Ὁρᾷς, ὅτι οὐ διὰ τοῦτο βούλεται δικάσασθαι, ὡς καλῶς πράττων, ἀλλ' ὅτι [84] ὠφελεῖ με, φησὶν, αὕτη ἡ θλῖψις; δέδοικα γὰρ μὴ καὶ βλάψῃ· εἰκὸς γάρ τινας λογίσασθαι [85], ἢ ὅτι οὐ προνοεῖς τῶν ἀνθρώπων οὓς ἔπλασας, ἢ ὅτι οἱ φαῦλοι μάλιστα παρὰ σοὶ εὐδοκιμοῦσι, καὶ ἀρέσκουσί σοι μάλιστα τὰ τούτων βουλεύματα.

« Οἶδας γὰρ ὅτι οὐκ ἠσέβησα, ἀλλὰ τίς ἐστιν ὁ ἐκ τῶν χειρῶν σου ἐξαιρούμενος. »

Χρυσοστόμου καὶ *Ὀλυμπιοδώρου*. Καὶ ἐγὼ οἶδα, ὅτι οὐκ ἠσέβησα, ἀλλὰ συμβαίνει ἠσεβηκέναι με, καὶ ἀγνοεῖν· ὅταν οὖν σὺ κολάσῃς, οὐδεὶς δικαιωθῆναι δύναται· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἠσέβησα τόγε εἰς ἐμὴν γνώμην, οἶδα ὅτι τὴν σὴν βουλὴν οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν, ἀντὶ τοῦ, Κἂν μὴ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλὰ ἡ σὴ κρατείτω βουλὴ, ἡ κρεῖττον ἡμῶν τὰ καθ' ἡμᾶς ἐπισταμένη.

« Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με. »

Χρυσοστ. καὶ *Ὀλυμπ.* Ἔργον εἰμὶ, φησὶ, τῶν χειρῶν σου, κἂν ἁμαρτωλός. Ὁρᾷς ὡς καὶ ποιητὴν γινώσκει τὸν Θεὸν, καὶ παρακαλεῖ φειδὼ ποιήσασθαι τοῦ ἰδίου δημιουργήματος.

« Μετὰ ταῦτα μεταβαλὼν, μὲ ἔπαισας. [*Ἀκύλας δὲ καὶ Θεοδοτίων*, Ἅμα κύκλῳ κατεπόντισας με.] »

Ἀκολούθως δὲ, καὶ τῆς δημιουργίας, καὶ τῆς προνοίας αὐτὸν ἐπιστάμενος ἀρχηγὸν καὶ κύριον, εἰς εὐχὴν τρέπει τὸν λόγον, ἱκετεύων μνησθῆναι τοῦ τῆς φύσεως εὐτελοῦς καὶ ὀλιγοχρονίου, καὶ ὅτι ἐξ ἀρχῆς τῇ ἀγαθότητι πεποίηκε [86], καὶ ὀργισθεὶς θανάτῳ ἐζημίωσε, καί φησι·

« Ἢ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ; Δέρμα δὲ καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔνειρας· ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοὶ, ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. »

Τὸ σπέρμα ἐξ οὗ συνίσταται τὸ ζῶον, γάλα ἀμελχθὲν λέγει· καὶ ὥσπερ τὸ γάλα ἀμελχθὲν τυρὸς γίνεται, οὕτω καὶ τὸ σπέρμα ἀποστάξαν, καὶ συστραφὲν, φύσις γίνεται· κατάστασις δὲ αὕτη ἐστὶ πρώτη τοῦ ἐμβρύου. Τὸ γὰρ καταβληθὲν εἰς τὰς αὐλακας τῆς ὑστέρας σπέρμα, ὅταν συστραφῇ οἷα

CAP. X.

« Quia despexisti opera manuum tuarum, et ad consilium impiorum animadvertisti. »

Vides, quod non ideo judicio contendere velit, quasi actiones ejus bonæ essent; sed, Qua in re proderit mihi, inquit, hæc afflictio? vereor enim ne B obsit potius : verisimile enim est, quosdam secum cogitaturos, vel quod hominum quos finxisti, curam non geras, vel quod improbi præcipue in existimatione apud te sint, et illorum consilia tibi maxime arrideant.

Vers. 7. « Scis enim me non egisse impie : sed quis est, qui de manibus tuis eripiat ? »

Chrysost. et *Olymp.* Novi etiam ego me nullam impietatem admisisse, quanquam contingere possit, ut impie agam, et tamen ignorem; te igitur puniente, nemo justificari potest : quamvis autem meo judicio impie non egerim, novi tamen voluntatem tuam me vitare non posse; ac si diceret : Quamvis nullius mihi conscius sim, tua tamen voluntas, cui nostra melius sunt quam nobis ipsis cognita vin- C cat, et obtineat.

Vers. 6. « Manus tuæ plasmaverunt me, et fecerunt me. »

Chrysost. et *Olymp.* Licet peccator, inquit, exsistam, opus manuum tuarum sum. Vides quemadmodum Deum opificem agnoscat, et, ut parcat suo opificio, roget.

« Postea mutans percussisti me. » [*Aquila vero et Theodotio*, Simul in circuitu adobruisti me.]

Consequenter vero, cum creationis et providentiæ principem et dominum illum agnosceret, ad preces sermonem convertit, supplexque petit, ut vilitatis et brevitatis vitæ humanæ recordari velit, et quod in initio ex benignitate sua hominem crea- D verit, et infensus, morte postea multaverit, dicitque.

Vers. 10-12. « Nonne tanquam lac mulsisti me, et coagulasti me æque ac caseum. Pelle autem et carne vestisti me, ossibusque et nervis conseruisti me : vitam autem et misericordiam posuisti apud me, et visitatio tua custodivit spiritum meum. »

Semen ex quo animal consistit, lac emulctum dicit; et quemadmodum lac ex uberibus expressum fit caseus, ita semen stillatim fusum, et coagulatum, natura et substantia evadit; atque hæc prima est embryi constitutio. Semen enim quod uteri sulcis mandatum est, cum instar casei condensa-

[84] *Ισ. τί.* [85] *Ισ.* λογίσεσθαι. [86] *Ισ.* suppl. τὸν ἄνθρωπον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur et coagulatur, substantia fit, ac postea efformatur (vel, ut Scriptura loquitur, *exemplari assimilatur*, et tanquam characterem recipit) et substantia quæ humida erat, coagmentatur, quodque in uterum fuit conjectum, in pellem, carnes, ossa, et nervos distribuitur : et hæc quidem singula, anima præsente, motu animali moventur, illa vero recedente, torpent et otiosa sunt. Non solum autem, inquit, vitam mihi largitus es, quod creationis proprium est indicium, sed misericordem etiam te præbuisti, quod Providentiæ favorem manifestat, in omni enim vita providentiam tuam expertus sum; hoc enim est : *Visitatio tua custodivit spiritum meum* [1], id est, Postquam creatus sum, tua providentia vita fruor; et in summa, universam constitutionis corporis, quæ ex antecedentibus fit, et ipsorum etiam præexistentium rationem et harmoniam indicat.

τυρὸς, καὶ παγῇ, γίνεται φύσις, ὅπερ λοιπὸν διαπλάττεται, ἢ, ὡς ἡ Γραφή φησιν, *ἐξεικονίζεται*, καὶ δέχεται ὥσπερ χαρακτῆρα· καὶ συμπήγνυται μὲν ἡ ὑγρὰ φύσις, εἰς δὲ δέρμα, καὶ κρέας, ὀστέα τε καὶ νεῦρα μερίζεται τὸ καταβληθέν· ταῦτα μὲν τοιαῦτα καθ' ἑαυτὰ, παρούσης μὲν ψυχῆς, ζωτικὸν ἔχει κίνημα, ἀναχωρησάσης δὲ, ἀργὰ καταλείπεται. Οὐ μόνον δὲ, φησὶ, ζωὴν ἔθου παρ' ἐμοὶ, ὅπερ τὸ τῆς δημιουργίας οἰκεῖον σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ἔλεον ἐποίησας μετ' ἐμοῦ, δι' οὗ ἡ προνοητικὴ χάρις δηλοῦται, καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον προνοίας ἀπήλαυσα τῆς σῆς· τοῦτο γὰρ τὸ, *Ἡ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα*, τουτέστι, Καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι, τῇ σῇ προνοίᾳ τὸ ζῆν κέκτημαι· καὶ ἁπλῶς, ὅλην τὴν ὁδὸν καὶ ἁρμονίαν τῆς συστάσεως τοῦ σώματος ἀπαγγέλλει, διά τε τῶν πρὸ τούτων [87], καὶ αὐτῶν προκειμένων.

CAP. XI.

VERS. 4. « Noli enim dicere, quia mundus sum operibus, et irreprehensibilis ante eum. »

Et ille quidem dixerat : *In veritate scio, quia non est mortalis mundus coram Domino* [2]. Vides quemadmodum contraria illi vitio vertant.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

« Μὴ γὰρ λέγε, ὅτι Καθαρός εἰμι τοῖς ἔργοις, καὶ ἄμεμπτος ἐναντίον αὐτοῦ. »

Καὶ μὴν αὐτὸς εἶπεν, *Ἐπ' ἀληθείας οἶδα, ὅτι οὐκ ἔστι βροτὸς καθαρὸς ἔναντι Κυρίου*. Ὁρᾷς πῶς ἐναντία ἐγκαλοῦσιν.

CAP. XII.

VERS. 7-11. « Sed tamen interroga quadrupedia, si tibi respondeant; volatilia autem cœli, si tibi annuntient; enarra terræ, si tibi dicat et exponent tibi pisces maris. Quis igitur non cognovit in omnibus his, quod manus Domini fecit hæc? si non in manu ejus est anima omnium viventium, et spiritus omnis hominis. Nam auris quidem dijudicat verba, fauces autem cibos gustant. »

Chrysost. et *Olymp.* Quandoquidem Dei notitiam se habere gloriabantur, ideo omnem creaturam suum opificem nosse demonstrat, quod non tantum hominibus compertum est, sed etiam brutis animantibus, et terræ quæ sensus expers est. Cur igitur, inquit, quasi magnum aliquid et admirandum dixissetis, sic affecti estis? Oportet enim omnino improbum interire, neque quisquam est, qui hoc ignorat. Ut Sopharo autem majorem pudorem incuteret, hyperbolice dixit : Interroga irrationalia et inanimata, quæ etiam, licet non loquantur, eo quod vocem talem edere videantur, Dei gloriam enarrant; cum itaque divinæ potentiæ vim sentiant, si sermone prædita essent, Deum universi creatorem profiterentur, cujus sapientia captum humanum superat, qui de improbis supplicium sumit, in cujus manu viventium omnium vita et mors sita est, qui quidquid de singulis statuerit, facili negotio præstat, quique brutorum animam, et hominis spiritum, et omnia alia fovet ac conservat. Si igitur bruta animantia ita de Deo prædicarent, si sermone prædita

ΚΕΦ. ΙΒ'.

« Ἀλλὰ δὴ ἐρώτησον τετράποδα, ἐάν σοι εἴπωσι· πετεινὰ δὲ οὐρανοῦ, ἐάν σοι ἀπαγγείλωσιν· ἐκδιήγησαι γῇ ἐάν σοι φράσῃ, καὶ ἐξηγήσονταί σοι οἱ ἰχθύες τῆς θαλάσσης. Τίς οὖν οὐκ ἔγνω ἐν πᾶσι τούτοις, ὅτι χεὶρ Κυρίου ἐποίησε ταῦτα ; εἰ μὴ ἐν χειρὶ αὐτοῦ ψυχὴ πάντων ζώντων, καὶ πνεῦμα παντὸς ἀνθρώπου. Οὖς μὲν γὰρ ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται. »

Χρυσοστόμου καὶ *Ὀλυμπιοδώρου*. Ἐπειδὴ μέγα ἐκεῖνοι ἐφρόνουν, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ ἔχοντες γνῶσιν, τούτου χάριν ἀποφαίνεται, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις οἶδε τὸν δημιουργὸν, καὶ οὐκ ἀνθρώποις τοῦτο δῆλον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις, καὶ αὐτῇ τῇ ἀναισθήτῳ γῇ. Τί τοίνυν ὡς μέγα τι καὶ θαυμαστὸν εἰρηκότες, οὕτω διάκεισθε; Δεῖ γὰρ πάντως τὸν πονηρὸν ἀπολέσθαι, καὶ οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Πρὸς πλείονα δὲ ἐντροπὴν τοῦ Σωφὰρ, ὑπερβολικῶς εἶπεν, Ἐπερώτησον τὰ ἄλογα καὶ ἄψυχα, ἃ καὶ αὐτὰ διηγεῖται δόξαν Θεοῦ, τῷ φαίνεσθαι οὕτω φθέγγεσθαι, κἂν μὴ λαλῶσι· τῆς γοῦν τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἐπαισθάνονται, κἂν φωνὴν λάβωσιν, ἐροῦσιν, ὅτι δημιουργός ἐστι τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ τὴν σοφίαν ἀνέφικτος, καὶ τῶν πονηρῶν τιμωρὸς, καὶ ὅτι ὑπὸ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πάντα ἐστὶ, καὶ ἡ ζωὴ τῶν ζώντων, καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἑτοίμως ἔχει ποιεῖν, ὃ ἂν περὶ ἑκάστου βουλεύσηται, καὶ πάντα συνέχει καὶ διακρατεῖ, τήν τε ψυχὴν τῶν ἀλόγων, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου. Εἰ τοίνυν τὰ ἄλογα, εἰ ἐφθέγξατο, οὕτως ἂν ἀπήγγειλε περὶ Θεοῦ, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔμψυτον

[1] Exod. xxi, 25. [2] Job ix, 2.

[87] *Isc.* τούτου.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔχων τὸ λογικὸν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ λάρυγξ διακριτικός ἐστι τῶν γευστῶν, καὶ τὸ οὖς τῶν φωνῶν. Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἀντὶ τοῦ, *οὖς*, *νοῦν*, ἔχουσι· λέγει οὖν, ὅτι ὥσπερ λάρυγγα ἐπὶ διακρίσει βρωμάτων ἅπαντες ἔχομεν, καὶ κοινὸν ἀνθρώπων, τὸ τῆς τροφῆς μεταλαμβάνειν· οὕτω καὶ νοῦν εἰς γνῶσιν Θεοῦ εἰλήφαμεν, δυνάμενον εἰδέναι τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ σοφίας καὶ δυνάμεως· νοῦς μὲν γὰρ νοητὰ, αἴσθησις δὲ τὰ αἰσθητὰ διακρίνει· καὶ κοινὸν ἡμῖν τὸ καὶ δημιουργὸν εἰδέναι τὸν τῶν ὅλων Θεόν.

A essent, quanto magis homo qui natura ratione imbutus est, quemadmodum, nimirum, guttur vel palatum gustabilia, et auris discernendi sonos, facultate pollet. Quædam autem exemplaria, pro *Aure*, *Mentem* habent; dicit igitur: Quemadmodum ad dijudicandum esculenta, gutture omnes præditi sumus, et commune est omni homini cibum sumere: ita et ad Dei notitiam mentem accepimus, quæ sapientiam ejus et potentiam percipere posset (mens enim intelligibilia, sensus autem ea quæ sub sensum cadunt, discernit), nobisque etiam omnibus commune est, Deum universi opificem agnoscere.

« Ἐν πολλῷ χρόνῳ σοφία, ἐν δὲ πολλῷ βίῳ ἐπιστήμη. »

Vers. 12. « In multo tempore sapientia est, et in multa vita est scientia. »

Χρυσοστόμου καὶ *Ὀλυμπιοδώρου*. Ἐμοὶ δοκεῖ καθάπτεσθαι αὐτῶν. Μὴ γὰρ νομίζητε, φησὶ, τὸ πᾶν εὑρηκέναι· εἰ γὰρ καὶ νοῦν ἔχομεν διακρίνοντα, ἀλλ' ὅμως καὶ χρόνου δεόμεθα πολλοῦ ὥστε εὑρεῖν· ὁ γὰρ φρόνιμος παλαιούμενος προσκόπτει τῇ σοφίᾳ. Καὶ τάχα τοῦτο θέλει εἰπεῖν, ὅτι Καὶ οἶδα ἃ ἀκούω, καὶ χρόνον εἰς ἐπιστήμην προσέλαβον. Ἀκύλας δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν, *Ἐν παλαιοῖς σοφία*· ὁ δὲ, *ἐν μακροχρονήσασιν*, ἐξέδωκε, παρὰ ἀνθρώποις πόνῳ ἀνυομένη, καὶ χρόνῳ ἐγγινομένη, παρὰ δὲ Θεῷ, θελήσει.

B *Chrysostomi* et *Olympiodori*. Mihi videtur his verbis illos perstringere: Nolite, inquit, vos omnia invenisse existimare; licet enim mente imbuti simus quæ vim dijudicandi habet, ut inveniamus tamen, longo tempore egemus; sapiens enim senescens in sapientia progressus facit. Hoc etiam fortasse dicere vult: Quæ audio scio, et tempus ad scientiam adipiscendam impendi. Aquila autem, et Symmachus, hic quidem: *In antiquis sapientia;* ille vero, *In longævis*, reddidit, quæ apud homines quidem labore perficitur, et tempore acquiritur, apud Deum vero, sola voluntate.

« Ἐὰν καταβάλῃ, τίς οἰκοδομήσει; ἐὰν κλείσῃ κατ' ἀνθρώπων, τίς ἀνοίξει; »

Vers. 14. « Si destruxerit, quis ædificabit; si clauserit contra homines, quis aperiet? »

Ἠρέμα δὲ ὁ δίκαιος τὸν περὶ Προνοίας λόγον διδάσκει τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτῷ· εἰ γὰρ καὶ ἐτίθεντο Πρόνοιαν, ἀλλάγε ἐναντιώμασι περιέπιπτον. Λέγει δὲ, ὅτι τῷ βουλεύματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν; ἔστι γοῦν τὸν μὲν εὑρεῖν πενόμενον, τὸν δὲ ἐν περιστάσει, τὸν δὲ νόσῳ πεπιεσμένον, καὶ ὅλως, ἐν διαφόροις συμπτώμασι Θεοῦ βουλήσει συμβαίνουσι, ἄλλον καὶ ἄλλον κατειλημμένους[88], καὶ μηδένα δυνάμενον ἀπώσασθαι τὸ κεκριμένον. Καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀπὸ τῶν μειζόνων καὶ ὁμολογημένων.

C Tacite justus eos qui ipsi contradicebant, de Providentia instituit; licet enim Providentiam confessi fuerant, contractionibus tamen implicati erant. Dicit autem: Quis voluntati ejus restitit? Hunc enim cum egestate, illum vero cum calamitate conflictantem, vel morbo gravatum, invenire licet; et, ut verbo dicam, diversis casibus, qui Dei voluntate contingunt, alium atque alium implicatum reperies, neque quisquam est, qui quod decretum est, amoliri potest. Hujus autem rei demonstratio, a majori, et ab eis quæ ab omnibus in confesso sunt, petitur.

« Ἐὰν κωλύσῃ τὸ ὕδωρ, ξηρανεῖ τὴν γῆν· ἐὰν δὲ ἐπαφῇ, ἀπώλεσεν αὐτὴν καταστρέψας. »

Vers. 15. « Si prohibuerit aquam, siccabit terram: quod et si emiserit, perdidit subvertens eam. »

Κἂν ἐπίσχῃ τὸν ὑετὸν, τῷ αὐχμῷ ἀπολεῖται τὰ πάντα, ὡς ἐπὶ Ἡλιοῦ· κἂν ἐπαφῇ τοῦτον τῇ γῇ, ὡς ἐπὶ τοῦ Νῶε, κατέκλυσεν[89] αὐτὴν, καὶ ἠφάνισεν. Εἶτα τὸ εὔλογον τῆς ἀποδείξεως, τοῦ ἕκαστα τῶν παρὰ Θεοῦ γινομένων, μὴ ἂν ἄλλον δύνασθαι ποιεῖν ἢ αὐτὸν, διὰ τῶν ἑξῆς διδάσκει, φάσκων·

D Si pluviam inhibuerit, ut Eliæ tempore, squalore et siccitate omnia peribunt; si terræ eam immiserit, quod Noe temporibus factum est, diluvio eam inundabit et obruet. Deinde, demonstrationis illius, quod quæ a Deo fiunt, a nemine alio fieri possint, rationem ex sequentibus ostendit, dicens.

« Παρ' αὐτῷ κράτος καὶ ἰσχὺς, αὐτῷ ἐπιστήμη καὶ σύνεσις. »

Vers. 16 « Apud ipsum potentia et fortitudo, ipsi scientia et intellectus. »

Τουτέστιν, Αὐτῷ μόνῳ πρόσεστι, τὰ πάντα κατὰ γνώμην ποιεῖν· συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰκότως, ἐπειδὴ πάντων δεσπόζων, ἄφατον ἔχει τὴν δύναμιν. *Αὐτῷ ἐπιστήμη καὶ σύνεσις*, γνῶσις τῶν ὄντων ἀκριβεστάτη, καὶ κυβέρνησις σοφωτάτη.

Id est, Illi soli proprium est, omnia ex arbitrio facere: et hoc quidem jure merito contingit, quoniam imperium in universa obtinens, ineffabili potentia præditus est. *Ipsi scientia et intellectus*, entium cognitio exactissima, et gubernatio prudentissima.

[88] Ἴσ. κατειλημμένον. [89] Ἴσ. κατακλύσει, et ἀφανίσει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vers. 17. « Qui ducit consultores captivos; judices autem terræ in pavorem misit. »

Chrysostomi et *Polychronii*. Et hæc Providentiæ opera sunt : divina enim voluntate et judicio, etiam consiliarii in captivitatem abducuntur, et judices solum mutant. Hoc autem fortasse, non de iis qui bello captivi fiunt, dicit, sed de iis qui propter ingenii acumen et solertiam superbiunt; quasi diceret : Sapientes fallit, et qui discernendi facultate valent, ad insaniam redigit, et qui alios, quid sit agendum erudiunt, præ sua accurata cognitione, insipientes ostendit, et ad consilii inopiam redigit. Hunc sensum Aquila etiam et Symmachus exhibent; hic quidem : *Abducens consiliarios spolia;* ille vero : *Ad consilii inopiam consiliarios redigens.* Vide autem quemadmodum Dei potentiam invincibilem esse ostendens, sapientia etiam eum aliis omnibus antecellere doceat; sermonem autem partitur, in eos qui vitæ conversatione illustres sunt, et qui propter pietatem magni existimantur.

A « Διάγων βουλευτὰς αἰχμαλώτους, κριτὰς δὲ γῆς ἐξέστησε. »

Χρυσοστόμου καὶ *Πολυχρονίου*. Καὶ ταῦτα τῆς Προνοίας ἔργα· καὶ γὰρ τῷ θείῳ θελήματι καὶ τῇ κρίσει, καὶ βουλευταὶ αἰχμάλωτοι ἄγονται, καὶ κριταὶ μεθίστανται. Ἴσως δὲ τοῦτο οὐ περὶ τῶν ἐν πολέμῳ γινομένων δορυαλώτων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τῶν μέγα φρονούντων ἐπ' ἀγχινοίᾳ· ὡς εἰ λέγοι, Σφάλλει καὶ τοὺς σοφοὺς, καὶ τοὺς διακριτικοὺς περιτρέπει, καὶ τοὺς τὰ πρακτέα τοῖς ἄλλοις εἰσηγουμένους, πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀκρίβειαν ἀσυνέτους ἀποφαίνει, καὶ εἰς ἀβουλίαν ἄγει. Ταύτην τὴν ἔννοιαν περιστᾷ καὶ Ἀκύλας, καὶ Σύμμαχος· ὁ μὲν γὰρ, *ἀπάγων συμβούλους λάφυρα*, φησὶν· ὁ δὲ, *ἄγων βουλευτικοὺς εἰς ἀβουλίαν*. Ὅρα δὲ, ὅτι ἅμαχον δείξας B τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ἁπάντων αὐτὸν μείζονα κατὰ σοφίαν δείκνυσι· διαιρεῖ δὲ τὸν λόγον, εἴς τε τοὺς κατὰ τὸν βίον λαμπροὺς, καὶ τοὺς ἐν εὐσεβείᾳ νομιζομένους μεγάλους.

CAP. XIII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Vers. 5. « Sit autem vobis obmutescere et evadet vobis sapientia. »

Chrysost. et *Olymp.* Quando quis ea quæ a ratione aliena sunt loquitur, silere melius est, et tacendo potius quam loquendo sapiens erit. Tacere enim id genus hominibus melius est, quam ejusmodi verbis aliis insultare : eorum quippe silentium sapientiæ opinionem præbet : sapiens enim videbitur, qui mutum se præstiterit : loquacitas autem eum qui adversa patitur exacerbat. Tu igitur qui Deum amas, noli his verbis labefactari, sed sanctos potius imitare, suggestiones has Satanæ esse certo tibi persuadens, et quod diabolus sit qui in calumniatoribus operetur, ut te a fide avellat, et de recto instituto dimoveat. Novit enim veterator callidus, dolorem et molestiam te non lædere, sed Deo magis commendatum reddere; a bono autem proposito desciscere, illud esse quod summopere tibi officiat. Quanto igitur magis tentationibus te adoritur, tanto majores in virtute progressus facito; quantoque magis ad socordiam te compellit, tanto magis cum animi tolerantia et patientia ferto; ac dicito : *Hæc omnia venerunt super nos, nec oblíti sumus te*[y]. Si hac ratione contra tentationes animum obfirmaveris, diabolus quidem pudore suffusus retro abibit, Dominus autem universi tui recordabitur, et in hac vita dupliciter te refrigerabit; posthæc autem audies : *Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam*[z]. Jobi patientia in mentem tibi veniat, qui neque in prospera fortuna, neque in tentationibus perculsus fuit; sed in utraque forte multa et gravia forti animo patienter tulit, donec a Deo dupla recepisset, et testimonium hoc in hodiernum diem ei datum fuisset, quod ærumnas passus fuerit, ut justus omnibus appareret.

Εἴη δὴ ὑμῖν κωφεῦσαι, καὶ ἀποβήσεται ὑμῖν σοφία. »

Χρυσοστ. καὶ *Ὀλυμπ.* Ὅταν γαρ τις τα μὴ λόγον ἔχοντα φθέγγεται, βέλτιον σιγᾷν, καὶ σιωπῶν μᾶλλον ἔσται σοφὸς, ἢ λέγων. Καλὸν γὰρ τοὺς τοιούτους σιωπᾷν, ἢ τοιούτοις ἐνάλλεσθαι ῥήμασιν· ἡ μὲν γὰρ σιωπὴ τούτων ὑπόνοιαν ἔχει σοφίας· ἐνεὸν γάρ τις ἑαυτὸν ποιήσας, δόξει φρόνιμος εἶναι· ἡ δὲ λαλιὰ παροξύνει τὸν πάσχοντα. Καὶ σὺ τοίνυν, ὦ φιλόθεε, ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις μὴ σαλεύου, μιμοῦ δὲ μᾶλλον τοὺς ἁγίους, εἰδὼς ὅτι σατανικαί εἰσιν αὗται ὑποβολαὶ, καὶ διάβολός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν τοῖς ὀνειδίζουσιν, ἵνα σε τῆς πίστεως ἀφελκύσῃ, καὶ τῆς προθέσεως παύσῃ τῆς ἀγαθῆς. Οἶδε γὰρ ὁ πανοῦργος, ὅτι ὁ μὲν πόνος οὐδέν σε βλάπτει, ἀλλὰ μᾶλλον συνίστησι παρὰ τῷ Θεῷ· τὸ δὲ παύσασθαι τῆς προθέσεως, τοῦτο μεγάλως βλάπτει. Ὅσῳ οὖν μεγάλως σε πειράζει, τοσούτῳ μᾶλλον πρόκοπτε τῇ ἀρετῇ· καὶ ὅσῳ ὀλιγωρεῖν σε βιάζεται, τοσούτῳ μᾶλλον μακροθύμει, καὶ ὑπόμενε, καὶ λέγε, *Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου*. Ἂν οὕτω κραταιωθῇς πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, ὁ μὲν διάβολος ἀποστραφήσεται εἰς τὰ ὀπίσω κατῃσχυμμένος, μνημονεύσει δέ σου ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, καὶ ἀναψύξει μὲν ὧδε διττῶς, ἀκούσῃ δὲ μετὰ ταῦτα, *Εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω*. Μνήσθητι τῆς ὑπομονῆς τοῦ Ἰὼβ, τοῦ μήτε ἐν εὐθυνίᾳ[aa], μήτε ἐν πειρασμῷ περιτραπέντος, τοσαῦτα ἐν ἑκάστῳ πράγματι μακροθυμήσαντος καρτερῶς, ἕως ἂν ἀπολάβῃ διπλὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ μαρτυρηθῇ μέχρι νῦν, ὅτι πέπονθεν ἵνα φανῇ δίκαιος τοῖς πᾶσιν.

[y] Psal. XLIII, 18. [z] Matth. XXV, 21.

[aa] *γρ.* εὐθυμίᾳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Κωφεύσατε ἵνα λαλήσω, καὶ ἀναπαύσωμαι θυμοῦ, ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς ὀδοῦσιν. »

Ὥσπερ γὰρ οἱ τὰς σάρκας ἑαυτῶν καταδάκνοντες ἐν ταῖς ὀδύναις, ἔχουσί τινα παραμυθίαν· οὕτω καὶ ἐγὼ ταῦτα φθεγγόμενος. Ὁρᾷς, ὅτι οὐχ ἑαυτὸν δικαιοῦντος ἦν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ παραμυθία τις τῆς ὀδύνης διὰ τοῦ λόγου ἀνακτωμένου τὸ σῶμα, καὶ ἀνακουφίζοντος τὴν ψυχήν.

« Ἀκούσατε, ἀκούσατε τὰ ῥήματά μου· ἀναγγελῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων. »

Βούλομαι κριθῆναι, φησὶν, οὐ παραιτοῦμαι τὸ δικαστήριον, καὶ οἶδα ὅτι οὐ κατακριθήσομαι. Εἰς ἀκοὴν δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων τοὺς φίλους παρακαλῶν, πρὸς πλείονα δυσώπησιν, διπλασιάζει τὴν παράκλησιν· ἐώρα γὰρ αὐτοὺς δυσανασχετοῦντας ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἐφ' οἷς ἀπεριπαλύπτως ἀκροωμένων αὐτῶν παρρησιάζεσθαι[91] λέγει. Ὁ οὖν διπλασιασμὸς τοῦ, *Ἀκούσατε*, ἢ τὴν ἀθυμίαν παρίστησιν, ἢ προσοχὴν ἐνεργάσασθαι βούλεται, ἵνα βεβαίως ἀκούσωσιν. Ἔνεστι γάρ ποτε πληγείσης τῆς ἀκοῆς τῇ φωνῇ, διὰ τὸ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἀκηκοέναι[92]· διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ διεγείρων τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ γνησίως ἀκούειν ἔλεγεν· *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.*

« Ὅτι κατέγραψας κατ' ἐμοῦ κακὰ, περιέθηκας δέ μοι νεότητος ἁμαρτίας. »

Καὶ τάχα εὐλαβῇ με, ἀγνοῶν τῆς φύσεώς μου τὸ εὐτελὲς, ὅτι φύλλου ἢ χόρτου ὑπ' ἀνέμου φερομένου μηδὲν διαφέρω. Τίνος οὖν ἕνεκεν, ὦ Δέσποτα, ἀπεφήνω κατ' ἐμοῦ τηλικαύτην ἀπόφασιν; Τὸ γὰρ, *Κατέγραψας κατ' ἐμοῦ κακὰ*, ἤγουν κακώσεις, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βασιλέων, τῶν γράμματι τὴν ἀπόφασιν ἐκφερόντων. Τὸ δὲ, *ἀντίκεισαί μοι*, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἀντικειμένῳ ἐπάγεις τὴν κόλασιν. Ἵνα εἴπῃ, ὅτι Ὡς ὁ δεσπότης καταστασιάζοντος[93] οἰκέτου, μετ' ἐξουσίας τὴν κατ' ἐμοῦ ὥρισας τιμωρίαν, τοῦτο γάρ, τὸ, *Κατέγραψας*· οὕτω δὲ ἔφη φυλάξας τῷ Δεσπότῃ τὸ πρέπον.

« Ὁ παλαιοῦται ἴσα ἀσκῷ. »

Πάλιν τὸ μέγεθος λέγει τῆς συμφορᾶς, πάλιν τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως κωμῳδεῖ. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἀσκὸν παρήγαγε; Ὅτι κενός ἐστιν ὁ ἀσκὸς, πνεῦμα μόνον ἔχων· τοῦτο καὶ τοῖς πολλοῖς ἔθος λέγειν, ὅτι Ἀσκός ἐσμεν πεφυσημένοι. Μή μοι οὖν, φησὶ, τὸν ὄγκον ἴδῃς, μηδὲ τὸ δέρμα διαταθὲν, ἀλλ' ἐννόησον τὰ ἔνδον, καὶ ὄψει πολλὴν τὴν κενότητα.

« Ἢ ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον. »

Διὰ τοῦ σητοβρώτου ἱματίου τὰ σωματικὰ πάθη δηλοῖ, οὐδὲν ἧττον τοῦ σητὸς διατρώγοντα τὰ σώματα καὶ κατεσθίοντα.

VERS. 13, 14. « Obmutescite ut loquar, et requiescam ab ira, apprehendens meas carnes dentibus meis. »

Quemadmodum enim qui in doloribus carnes suas mordent, solamen aliquod habent; sic etiam ego dum hæc loquor. Vides hæc non esse verba seipsum justificantis, sed propter doloris aliquod solatium, corpus sermone refocillantis et animum erigentis.

VERS. 17. « Audite, audite verba mea; narrabo enim vobis audientibus.

Volo, inquit, judicium subire, judicis tribunal non deprecor, novi enim quod non condemnabor. Amicos autem ad audienda ea quæ dicturus esset exhortans ut animos eorum magis inflecteret, hortationem ingeminat; reprehensiones enim quibus, audientibus illis, palam et libere usurum se esse profitetur, iniquo illos animo ferre animadvertebat. Geminatio igitur illius vocis : *Audite*, vel animi anxietatem ob oculos ponit, vel ut firmiter audiant, attentos eos reddere vult. Fit enim interdum, ut licet vox aures feriat, homines non audiant, quia animus non intentus est; quare salvator cum auditores ad legitime audiendum excitaret dicebat : *Qui habet aures ad audiendum, audiat* y.

VERS. 26. Quoniam scripsisti contra me mala, et imposuisti mihi peccata juventutis. »

Fortasse, etiam vilitatem et fragilitatem naturæ meæ ignorans, vereris me, qui a folio et gramine quod vento agitatur, in nihilo differo. Cur igitur, Domine, tam gravem contra me sententiam tulisti? Illud enim : *Scripsisti contra me mala*, id est, tribulationes, a regibus metaphora sumpta, qui sententias et decreta scriptis mandant. Illud vero, *opposuisti te mihi*, id est, tanquam adversario supplicium infligis. Ac si diceret : Supplicium contra me pro imperio decrevisti, tanquam dominus contra seditiosum et rebellem servum; *Scripsisti* enim illud significat : sic autem Dominum decorum servans, locutus est.

VERS. 28. « Qui inveterascit sicut uter. »

Rursus calamitatis magnitudinem narrat, rursus naturæ vilitatem exaggerat. Cur autem utrem in medium attulit? Quia inanis est uter, et spiritu tantum repletur; unde vulgari sermone a multis dici solet, utrem nos esse inflatum. Noli igitur, inquit, corporis molem inspicere, et cutem distensam, sed interiora considera, et multam vacuitatem videbis.

« Aut velut vestimentum quod a tinea comestum est.

Per vestem a tinea corrosam, corporis ægritudines significat, quæ non secus ac tinea corpora corrodunt et devorant.

y Matth. XI, 15.

[91] Ισ. παρρησιάσεσθαι. [92] Ισ. add. μηδέ. [93] Ισ. κατὰ στασιάζοντος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAP. XIV.

A

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Vers. 4, 5. « Quis enim mundus erit a sorde? at nemo, etsi unus dies sit vita ejus super terram. »

Vides rursus ad naturam confugientem, et ab erumnis liberari desiderantem, non solum propter ejus fragilitatem et brevitatem, et quia vita anxietate sit plena, sed quia fieri nequit ut quis a labe purus exsistat.

Vers. 14, 15. « Tempore enim rarefit mare, et fluvius desolatus exaruit; homo autem cum dormierit, non utique resurget; quoadusque cœlum non sit consutum, et non excitabuntur de somno suo. »

Fortasse autem, quemadmodum in præcedentibus, homo citius plantis interire ostensus est; ita etiam hoc loco mari et fluvio brevioris durationis esse demonstratur: neque enim mare, neque fluvius interciditur, homo autem huic obnoxius est. Utinam autem mori nos contingeret, et rursus in vitam redire! verum hoc fieri nequit. Mare etenim nunc quidem crescens, nunc vero decrescens, interdum rarescit et minuitur, ac rursus impletur; fluvii etiam modo siccantur, rursus vero scaturiunt: homo autem, cum semel obierit, non amplius ad vitam revertitur. Et hæc quidem ad litteram. Allegorice autem: *Arbori spes est*, id est homini. Si enim forte peccatum admiserit, pœnitentiam autem egerit, et in terra pietatis, et petra, fide scilicet pia, fuerit, aqua regenerationis aut pœnitentiæ lacrymis irrigatus, repullulabit; qui autem transgressioni aut peccato immoritur, nullam spem bonam fovere potest. Et futuro quidem sæculo peccatum, metaphorice *mare* dictum, deletur, et diabolus cum suis tentationibus exsiccatur; qui autem mortui sunt non exstinguuntur, sed resurrectionem exspectant.

« Τίς γὰρ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ ῥύπου; ἀλλ' οὐθείς, ἐὰν καὶ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. »

Ὁρᾷς πάλιν ἐπὶ τὴν φύσιν καταφεύγοντα, καὶ ἀπαλλαγῆναι ζητοῦντα, οὐ μόνον διὰ τὸ εὐτελὲς, οὐδὲ διὰ τὸ ὀλιγοχρόνιον, οὐδὲ διὰ τὸ ἀθυμίας γέμειν ἐν τῷ βίῳ, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ δυνατὸν καθαρὸν εἶναι.

« Χρόνῳ γὰρ σπανίζεται θάλασσα, ποταμὸς δὲ ἐρημωθεὶς ἐξηράνθη· ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς, οὐ μὴ ἀναστῇ, ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς οὐ μὴ συῤῥαφῇ, καὶ οὐκ ἐξυπνισθήσονται ἐξ ὕπνου αὐτῶν. »

Τάχα δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς προλαβοῦσι καὶ φυτῶν ὠκυμορώτερος ὁ ἄνθρωπος ἀπεδείκνυτο, οὕτω κἀνταῦθα θαλάσσης καὶ ποταμοῦ ὀλιγοχρονιώτερος· οὔτε γὰρ θάλασσα, οὔτε ποταμὸς διακόπτεται, ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦτο ὑπομένει. Εἴθε γὰρ τοῦτο ἦν, ὥστε ἀποθανεῖν ἡμᾶς, καὶ πάλιν ἀναζῆν, ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Θάλασσα μὲν γὰρ σπανίζεται, καὶ πάλιν πληροῦται, νῦν μὲν αὐξανομένη, νῦν δὲ λήγουσα, καὶ ποταμοὶ ξηραίνονται, καὶ αὖθις νάουσιν· ἄνθρωπος δὲ ἐπὰν ἀποθάνῃ, οὐκέτι πρὸς ζωὴν ἐπάνεισι. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ ῥητόν. Ἔστι δὲ, κατ' ἀλληγορίαν, *δένδρῳ ἐλπὶς*, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπῳ. Ἐὰν γὰρ ἐν παραπτώματι γένηται, μετανοήσῃ δὲ, καὶ γένηται ἐν τῇ γῇ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἐν τῇ πέτρᾳ, ἤγουν τῇ εὐσεβεῖ πίστει, ἐκ τοῦ ὕδατος τῆς παλιγγενεσίας, ἢ ἐκ τοῦ δακρύου τῆς μετανοίας, ἀναβλαστήσει· ὁ δὲ τῇ παρατροπῇ καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ ἐναποθανὼν, οὐδεμίαν ἔχει χρηστὴν ἐλπίδα. Καὶ χρόνῳ μὲν τῷ μέλλοντι ἀφανίζεται ἡ ἁμαρτία, *θάλασσα* τροπικῶς ὀνομαζομένη· ὁ δὲ διάβολος, καὶ οἱ αὐτοῦ πειρασμοὶ ξηραίνονται· οἵγε μὴν τελευτήσαντες οὐκ ἐξαφανίζονται, περιμένοντες τὴν ἀνάστασιν.

B

C

CAP. XV.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Vers. 1. « Respondens autem Eliphaz Thæmanites, ait: Nunquid sapiens responsionem dabit scientiæ spiritum, et implevit dolorem ventris, arguens in verbis quibus non oportet, et in sermonibus quibus nulla utilitas? »

Quoniam Jobus dixerat: *Et mihi quidem cor inxta vos est*[1]; Et: *Non sum minus intelligens quam vos*[2]; Eliphazus occasionem incessendi illum ex his protinus arripit; Ecce enim, inquit, qualia vir prudens, et qui omnia se scire gloriatur, respondeat. *Implevit dolorem ventris*, id est: Ut seipsum solaretur, hæc dicit; nihilominus perturbatione plenus est. Hæc autem, ut Jobum pudore afficeret, duo in eo vituperans, dicit; præcipue quia qui sapiens est sapientiam suam arroganter non jactitat, quod a te factum est: deinde vero, ea quæ locutus es, quasi nos redarguens, et veritatis causa afflictio-

« Ὑπολαβὼν δὲ Ἐλιφὰζ ὁ Θαιμανίτης λέγει· Πότερον σοφὸς ἀπόκρισιν δώσει συνέσεως πνεῦμα, καὶ ἐνέπλησε πόνον γαστρὸς, ἐλέγχων ἐν ῥήμασιν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐν λόγοις οἷς οὐδὲν ὄφελος; »

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι *Κἀμοὶ καρδία καθ' ὑμᾶς ἐστι· καὶ· Οὐκ εἰμὶ ἀσυνετώτερος ὑμῶν*· ἀπὸ τούτων εὐθέως αὐτὸν βάλλει. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ὁ σοφὸς, καὶ λέγων πάντα εἰδέναι, οἷα ἀποκρίνεται. *Ἐνέπλησε δὲ πόνον γαστρὸς*, τουτέστι, Πρὸς παραμυθίαν αὐτῷ τὰ ῥήματα εἴρηται, καὶ πάθους γέμει. Ἐντρεπτικῶς δὲ ταῦτα λέγει πρὸς τὸν Ἰώβ, δύο κατηγορῶν αὐτοῦ, ὅτι μάλιστα μὲν ὁ σοφὸς οὐκ ἐπιδεικτικῶς προφέρει τὴν σοφίαν[93]· ἔπειτα δὲ καὶ Ἃ ἐλάλησας, ὡς ἐλέγχων ἡμᾶς, καὶ ὡς δῆθεν πάσχων ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν τοῦ νοῦ γαστέρα πλησσόμενος (τοῦτο γὰρ δηλοῖ· *Ἐνέπλησε πόνον*

[1] Job xii, 3. [2] Job xiii, 2

[93] *Ισ.* suppl. ὅπερ σὺ πεποίηκας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γαστρός), ματαίως ἐφθέγξω καὶ ἀνωφελῶς, καὶ εἰς οὐδὲν δέον· ὧν οὐδέτερον ὁ σοφὸς ποιεῖ, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν, καὶ ἀπόκρισιν δίδωσι συνετήν· κἂν ὡς ζηλωτὴς περιαλγήσῃ[95] τοῦ ἀληθοῦς, καὶ ἐξελέγχειν τινὰς βούληται, οὐ προφέρει λόγους ἀνηνύτους, καὶ οὓς οὐ δεῖ, ὥστε ἐκπλῆσαι πόνον γαστρὸς, οὐδὲ πικρῶς διαλέγεται, ὥστε ἐκπλῆσαι τὸν πόνον καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, ὅπερ σὺ πεποίηκας.

« Ὀλίγα ὧν ἡμάρτηκάς μεμαστίγωσαι. »

Ἐπειδὴ ὁ Ἰὼβ εἶπε· *Τίνες εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι μου, δίδαξόν με*· τούτου χάριν πλῆθος ἁμαρτιῶν αὐτῷ ὀνειδίζει ὁ Ἐλιφάζ, καὶ φησιν· Ἴσθι ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν σῶν ἁμαρτημάτων, ἐλαφρῶς ἐτιμωρήθης, καὶ οὐκ ἀνταξίαν τῶν πλημμελημάτων δέδωκας τὴν δίκην. Εἶτα ἐπεὶ μηδὲν ἔχει δεικνύναι τοῦ Ἰὼβ ἁμάρτημα, ἐκ τῶν λόγων αὐτὸν πειρᾶται κρίνειν, λέγων·

« Μαρτύριον γὰρ ἀσεβοῦς θάνατος. »

Τουτέστιν, Ἔλεγχος, κατηγορία, μαρτύριον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ὅτι οὕτως δεῖ παθεῖν πάντας. Καὶ θαυμαστὸν, φησὶν, οὐδέν· οἰκτρὸν γὰρ ἁπάντων τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος, τουτέστι, δεῖγμα[96] τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀσεβείας ὁ αὐτῶν θάνατος, τουτέστι, τὸ αἰσχρὸν τέλος δείξει[97] τὰ κατ' αὐτούς. Ὡς γὰρ τὴν εὐημερίαν σημεῖον δικαιοσύνης ἐτίθετο, οὕτω καὶ τὴν δυσπραγίαν, φαυλότητος γνώρισμα. Ἡ *μαρτύριον ἀσεβοῦς θάνατος*, τουτέστι, δῆλος, καταφανὴς, οὐδενὶ ἄγνωστος. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ὧδε νόησον, Ὅτι ἡ τῆς κακίας τελεσιουργία θάνατον ἀπεργάζεται, οὐ τὸν κοινὸν, ἀλλὰ τὸν τῆς κολάσεως.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

« Νῦν δὲ κατάκοπόν με πεποίηκε, μωρὸν, σεσηπότα. »

Ὀλυμπ. καὶ *Χρυσοστ.* Οὐκ ἀρκεῖ, φησὶν, ὅτι κολάζομαι, ἀλλὰ καὶ ἀνόητος εἶναι δοκῶ· ἡ γὰρ τιμωρία κατέσκυλέ με, καὶ κατέκοψέ με, καὶ κατέσηψεν, ὡς μικροῦ δοκεῖν καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρενῶν. Ἢ τάχα κἀκεῖνο λέγει, ὅτι συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τοὺς φίλους περὶ ἐμοῦ ὑπολαμβάνειν, ὅτι ἀνάλγητός εἰμι ἐν ταῖς συμφοραῖς· *μωρὸν* γὰρ ἐνταῦθα, ἀντὶ τοῦ, ἀναίσθητον, εἶπε· διὸ συνῆψε τούτῳ, τὸ, *σεσηπότα*, διὰ τὸ τὰ σεσημμένα τῶν μελῶν ἀφῃρῆσθαι τὴν αἴσθησιν.

« Ἀφίκοιτό μου ἡ δέησις πρὸς Κύριον, ἐναντι δὲ αὐτοῦ στάζοι μου ὁ ὀφθαλμός. »

Μονονουχὶ λέγει· Ἀκούσοι ταῦτα ὁ Θεὸς, ἴδοι ταῦτα ὁ Θεὸς, ἐπινεύσας τέ μου ταῖς ἱκεσίαις, καὶ δακρύοντα κατελεήσας, ἀνάσχοιτό μοι δικάσαι πεπονθότι

nes tolerans, et in mentis ulcro plagam inflictam habens (hoc enim significat : *Implevit dolorem ventris*) frustra, et sine fructu, et in nullum finem protulisti; quorum neutrum sapiens, sed quod plane contrarium est, facit, qui prudenter respondet; et quamvis zelo inflammatus, veritatis vicem doleat, et quosdam redarguere velit, non tamen inutiles, et quos non decet, ad explendum uteri dolorem, sermones profert; neque ut dolori mentis et æstui satisfaciat, quod a te factum est, cum sermonis acerbitate disserit.

Vers. 11. « Pauca, præ iis quæ peccasti, accepisti verbera. »

Quoniam Jobus dixerat : *Quænam sunt peccata mea, doce me*[b]; propterea peccatorum multitudinem illi exprobrat Eliphazus, dicens : Scito te, peccatorum tuorum comparatione facta, levi supplicio affectum esse, nec pro delictorum merito pares pœnas luisse. Deinde cum nullum Jobi peccatum producere posset, ex verbis ipsius eum condemnare conatur, dicens :

Vers. 34. « Testimonium enim impii mors. »

Hoc est, Indicium, argumentum et testimonium aliis hominibus, quod sic impios omnes pati oporteat. Neque hoc mirum quidem, inquit : miserabilis enim est omnium impiorum exitus; id est, Mors hominum impietatem arguit, finis, scilicet, infamis, qui vitam illorum anteactam manifestat. Quemadmodum enim prosperum rerum statum, justitiæ indicium fecerat; ita infortunium improbitatis argumentum statuit. Vel *Testimonium impii mors*, id est, manifesta, conspicua, et nemini ignota est. Vel sic etiam intelligito, si visum fuerit, Quod peccati consummatio, mortis, non tantum communis, sed quæ supplicium secum conjunctum habet, causa exsistat.

CAP. XVI.

Vers. 8. » Nunc autem lassatum me fecit, stultum, putrem. »

Olympiodori et *Chrysostomi*. Non sufficit, inquit, quod suppliciis plectar, sed stultus et fatuus etiam videor; supplicium enim defatigavit, concidit, et putrem me reddidit; ut parum absit, quin mente captus existimer. Vel hoc etiam fortasse dicit : Permisit Deus ut amici me doloris sensu in ærumnis carere arbitrarentur; *stultum* enim hoc loco pro stupido et sensus experte, dixit; unde huic, *putrem*, conjunxit, quia membra putrefacta sensu priventur.

Vers. 21. « Perveniat oratio mea ad Dominum, et coram eo stillet oculus meus. »

Hæc fere verborum mens est : Audiat hæc Deus, videat hæc Deus, et precibus meis annuens, et lacrymantis miserius, misere mihi afflicto jus dicere

[b] Job XIII, 23.

[95] *gr.* ὑπεραλγήσῃ. [96] *gr.* δόγμα. [97] *Is.* δεικνύει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ne gravetur. Verum et hoc, vir inclyte, reipsa assecutus es; magnus enim agonotheta tua certamina intuebatur, supplicationi tuæ aurem præbuit, et pretiosas tuas lacrymas aspexit, ac propterea certaminum causam omnibus certam et manifestam reddidit. Fit autem ut qui feliciter lugent, lacrymas coram Deo distillent.

CAP. XIX.

Vers. 1, 2. « Respondens autem Job, ait : Usquequo molestiam facietis animæ meæ? »

Vide quemadmodum non solum solatio suo fructum nullum attulerint, sed diabolo cooperando, suppetias ferendo, et justi robur enervando, contrarium plane fecerint : subjungit enim :

« Et destruetis me verbis? »

Id est, contradictionibus vestris justas meas defensiones evertere conamini, et hostium more verba pro telis jacitis, quoad fracta et soluta animi contentione iniquam victoriam reportetis : quæ supra dicta sunt vobis non suffecerant, verum nunc omnes tres, quasi uno ore, eadem profertis.

Vers. 15. « Vicini domus meæ, et ancillæ meæ, alienigena fui coram eis. »

Gravis fuit diaboli tentatio. Domestici qui superstites erant, acerbiorem ærumnam defunctis creabant; illi enim nihil amplius mali faciebant, hi vero immorigeros se præstabant, conviciis proscindebant, contra eum loquebantur, et reliqua quæ subjungit, committebant.

Vers. 19. « Abominati sunt me qui me videbant, et quos dilexeram, consurrexerunt in me. »

Quibuscum, inquit, antea mihi consuetudo fuerat, congressum meum fugiunt, et qui prius me dilexerunt, hostes sunt facti : familiares enim et sodales, cum prodeuntem me, ac illorum solatio indigentem viderent, tanquam abominandum aversabantur; et quos prius amicos mihi peculiares conciliaveram, qui opem meam implorabant, et beneficiis obligati erant, malis me affecerant. Tale quid David in Psalmis canit : *Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea* [a].

Vers. 24. « In stylo ferreo et plumbo, aut in petris insculpta. »

Ecce enim scripta sunt, non quidem stylo ferreo, sed multo magis durabili, quam postulavit; illa enim, si ita scripta fuisset, tempus delevisset, hæc vero altius et permanentius exarata sunt.

Vers. 26. « Ad resuscitandam cutem meam quæ perpetitur hæc. »

Utinam, inquit, Deus cutem meam resuscitet, quæ hæc perpessa est. Hinc autem dogma Ecclesiæ docemur, quod corpus scilicet, ipsum tentationes et cruciatus sustinens, una cum anima resurgat, ut gloria cum illa simul fruatur; unde dixit, *quæ per-*

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

« Ὑπολαβὼν δὲ Ἰὼβ, λέγει· Ἕως τίνος ἔγκοπον ποιήσητε ψυχήν μου; »

Ὅρα οὐ μόνον οὐδὲν εἰσφέροντας ἀπὸ τῆς παραμυθίας, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ποιοῦντας, συμπράττοντας τῷ διαβόλῳ, καὶ συμμαχοῦντας, καὶ καθαιροῦντας τοῦ δικαίου τὴν ἰσχύν· ἐπάγει γάρ·

« Καὶ καθαιρεῖτέ με λόγοις; »

Ἀντὶ τοῦ, Καταβαλεῖν σπουδάζετε ταῖς ἀντιλογίαις τὰς ἐμὰς δικαιολογίας, καὶ πολεμίων δίκην ἀντὶ βελῶν τοὺς λόγους πέμπετε, ἄχρις οὗ τῆς ψυχῆς τὴν ἔνστασιν [98] ἐκλύσαντες, ἄδικον ἀπενέγκησθε τὴν νίκην· οὐκ ἤρκεσε τὰ παρελθόντα, ἀλλὰ καὶ νῦν οἱ τρεῖς, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, τὰ αὐτὰ φθέγγεσθε.

« Γείτονες οἰκίας, θεράπαιναί τέ μου, ἀλλογενὴς ἤμην ἐναντίον αὐτῶν. »

Πολλὴ ἡ πεῖρα τοῦ διαβόλου. Οἱ περιλειφθέντες αὐτῷ οἰκείων, χαλεπωτέραν εἰργάσαντο τὴν συμφορὰν τῶν ἀπελθόντων· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἐποίουν λοιπὸν, οὗτοι δὲ καὶ ὠνείδιζον, καὶ παρήκουον, καὶ κατ' αὐτοῦ ἐλάλουν, καὶ τὰ λοιπὰ ἔπραττον ἅπερ ἐπάγει·

« Ἐδδελύξαντό με οἱ ἰδόντες με· οὓς δὴ ἠγαπήκειν, ἐπανέστησάν μοι.

Φευκτὸς, φησὶν, ὑπὸ τῶν πρώην συνομιλούντων γέγονα, καὶ πολεμίους ἔσχον τοὺς πρώην ἀγαπῶντας· οἵ τε γὰρ συνόμιλοί μου προϊόντα βλέποντες, καὶ τῆς αὐτῶν δεόμενον παραμυθίας, ὥσπερ ἀποτρόπαιον ἔφυγον· οἵ τε ᾠκειωμένοι πρότερον, καὶ τῆς παρ' ἐμοῦ ἐπικουρίας δεόμενοι, καὶ μέντοι καὶ εὐεργετηθέντες παρ' ἐμοῦ, διέθεσάν μοι κακά. Τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει· *Ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου.*

« Ἐν γραφείῳ σιδηρῷ καὶ μολίβῳ, ἢ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι; »

Ἰδοὺ γὰρ ἐγράφη, οὐκ ἐν γραφείῳ σιδηρῷ, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον [99] ἢ ᾔτησεν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἐγένετο, χρόνος ἀνάλωσε, ταῦτα δὲ μειζόνως ἐγράφη.

« Ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα. »

Εἴθε, φησὶν, ἀναστήσαι ὁ Θεὸς τὸ δέρμα μου τὸ ὑπομεῖναν ταῦτα. Δόγμα δὲ ἐντεῦθεν διδασκόμεθα ἐκκλησιαστικὸν, ὅτι τὸ σῶμα τὸ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομένον καὶ τὰς βασάνους, αὐτὸ συνανίσταται τῇ ψυχῇ, ἵνα καὶ συναπολαύσῃ [1]· διὰ τοῦτο εἶπε, τὸ

[a] Psal. cviii, 5.

[98] Ισ. ἔντασιν. [99] Ισ. suppl. μονιμωτέρῳ. [1] Ισ. add. τῆς δόξης.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀναιτλοῦν ταῦτα. Οὐ γὰρ δίκαιον, ἄλλο μὲν πάσχειν, ἄλλο δὲ ἀνίστασθαι. Ἄρα ἦδει περὶ ἀναστάσεως, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ περὶ ἀναστάσεως σωμάτων, εἰ μή τις λέγει ἀνάστασιν εἶναι τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν, κατεχόντων αὐτὸν δεινῶν. Καλῶς δὲ αἰτίαν εὔλογον τίθησι τῆς μεταβολῆς. Αὐτὸς, φησὶν, ἔπληξεν, αὐτὸς καὶ ἰάσεται, καὶ ὁ τοῖς δεινοῖς περιβαλών, αὐτὸς καὶ καθαρὸν τῶν παθῶν ἀναδείξει καὶ τοῦτο τὸ δύστηνον σῶμα· ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς πολυπαθείας ἀπαλλάξας, ἐκχειρίαν τῶν ἐπικειμένων παράσχοι πόνων. Ὁ μέντοι Θεοδοτίων ἐκδοὺς, *Ὁ ἀγχιστεύς μου ζῇ, καὶ ἔσχατον ἐπὶ χώματος ἀναστήσει*, πείθει συνάπτειν τοὺς δύο στίχους, καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν· *Οἶδα γὰρ ὅτι ἀέννααός ἐστιν ὁ ἐκλύσειν με μέλλων ἐπὶ γῆς, ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναιτλοῦν ταῦτα.* Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Ἀθάνατός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὗ γένος ἐσμέν· ἐμὲ δὲ εἰς γῆν ἀναλύσας διὰ θανάτου, πάλιν ἐκ γῆς ἐγερεῖ διὰ τῆς ἀναστάσεως· ἢ καὶ τῆς νόσου ἐκλύσας, τουτέστιν, ἐλευθερώσας, πάλιν ἀνακαινίσει τὸ δέρμα μου τὸ τοῖς ἰχῶρσι διαφθαρέν· αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν, ἀποκτείνει καὶ ζωοποιεῖ. Διὸ ἐπάγει·

petitur hæc: non enim æquum est, ut aliud patiatur, et aliud resurgat. Non ignarus igitur resurrectionis fuit, neque, mea quidem sententia, resurrectionis corporum; nisi quis dicat liberationem ab ærumnis, quibus premebatur, resurrectionem esse. Recte autem causam mutationis rationi consentaneam attulit: Ille, inquit, vulneraverit, ille etiam medebitur, et qui deplorandum hoc corpus miseriis afflixit, ab ærumnis et doloribus liberum reddet: tandem ergo aliquando multijugis perpessionibus eximens, dolorum ac laborum incumbentium inducias mihi largiatur. Ac Theodotio quidem sic reddens: *Redemptor meus vivit, et novissime super pulverem suscitabit*, persuadet duos versiculos esse conjungendos, atque ita legendum: *Scio enim quia æternus est, qui me resoluturus est super terram, ad resuscitandam cutem meam quæ hæc perpetitur.* Sensus autem verborum hic est: Immortalis est Deus, cujus nos genus sumus [d]; me vero, postquam in terram per mortem resolverit, rursus a terra per resurrectionem suscitabit; vel, Postquam a morbo resolverit, id est, liberaverit, rursus cutem meam tabe corruptam renovabit: ille enim est, qui dolere facit, et sanitati rursus restituit; qui interficit, et vivificat. Quare subjungit.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

« Εὐφροσύνη δὲ ἀσεβῶν πτῶμα ἐξαίσιον, χαρμονὴ δὲ παρανόμων ἀπώλεια. »

Εἰ δὲ εὐφροσύνη αὐτῶν πτῶμα ἐξαίσιον, καὶ ἡ χαρμονὴ αὐτῶν ἀπώλεια, ποῦ τὴν ἀπώλειαν θήσομεν, εἰπέ μοι, ποῦ τὴν ὀδύνην καὶ τὴν ἀθυμίαν;

« Τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ὀλέσαισαν ἥττονες, αἱ δὲ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας. »

Καὶ ἀπὸ τούτου μέντοι δῆλον, ὅτι θεήλατός ἐστιν ἡ πληγὴ, ὅτι [2] οἱ χείρους κατακρατοῦσι τῶν μειζόνων, καὶ περιγίνονται τῶν ἐχόντων ἰσχὺν οἱ ἀπερριμμένοι. Ἀντί γε μὴν τοῦ, *Πυρσεύσαισαν ὀδύνας*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἐπιστρέψουσιν*, εἶπεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐπιοίσουσιν*.

CAP. XX.

VERS. 5. « Lætitia autem impiorum ruina insignis, gaudium vero iniquorum est perditio. »

Si autem lætitia eorum, ruina immensa, et gaudium destructio est; quid de illorum perditione, quid de dolore et animi ægritudine censendum est, dic amabo?

VERS. 10. « Filios ejus disperdant minores, et ipsæ manus ejus succendant dolores. »

Ex hoc manifestum est, cum majoribus minores dominantur, et iis qui robore et potestate sunt præditi, abjecti superiores evadunt, plagam esse divinitus inflictam. Pro eo autem, *succendant dolores*, Aquila *attrahent*; Symmachus vero, *inferent*, dixit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

« Διατί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ, καὶ ἐν πλούτῳ; »

Τοιοῦτόν τι καὶ Δαβὶδ ψάλλει· *Ἰδοὺ οὗτοι ἁμαρτωλοὶ καὶ εὐθηνοῦντες εἰς τὸν αἰῶνα κατέσχον πλούτου.* Καὶ νῦν ὁ Ἰὼβ, Οὐ τούτῳ μόνῳ, φησὶ, θαυμάσαι χρὴ, ὅτι ἀντὶ πονηρίας τοιαύτας λαμβάνουσι τὰς ἀμοιβὰς, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ εὐπραγία χείρονας αὐτοὺς ποιεῖ.

CAP. XXI.

VERS. 7. « Quare impii vivunt, senuerunt autem, et in divitiis? »

Tale quid David in Psalmis canit: *Ecce ipsi peccatores et abundantes in sæculo obtinuerunt divitias* [e]. Et Jobus hoc in loco, non tantum, inquit, admirari oportet, quod pro improbitate talem habeant retributionem, sed quod prosperitas deteriores eos reddat.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

« Ἢ λόγον σου ποιούμενος ἐλέγξει [3], καὶ συνεισελεύσεταί σοι εἰς κρίσιν; »

Οὕτως ἐστὶ φιλάνθρωπος, ὥστε καὶ κρίνων ἡμᾶς ἐπιτρέπει λέγειν πρὸς αὐτὸν, ὡς μεθ' ἡμῶν κρινόμενον, περὶ ὧν βουλόμεθα. Φησὶ γοῦν ἐν Ἡσαΐᾳ· *Δεῦτε, καὶ διελεγχθῶμεν·* Τὸ δὲ, *διελεγχθῶμεν*,

CAP. XXII.

VERS. 4. « Aut rationem tui habens arguet te, et veniet tecum in judicium? »

Tanta dilectione genus humanum prosequitur, ut etiam inter judicandum jubeat nos, tanquam judicio nobiscum contendentem, de quibus libitum fuerit, ipsum alloqui. Dicit enim in Isaia: *Venite, et argua-*

[d] Act. XVII, 28. [e] Psal. LXXII, 12.

[1] Ισ. ὅτε. [2] γρ. ἐλέγξει σε, et sic in ms. Theclæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mur [f]. Illud autem, *arguamur*, hujusmodi est : Dic si quid habes quod in me reprehendere possis, tanquam ea quæ minime oporteret fecerim; et ego vicissim, cum ea quæ dicenda habeo protulero, condemnationis sententiam pronuntians, condemnatione te dignum esse, tibi persuadebo.

A τοιοῦτόν ἐστιν· Εἴ τί με ἔχεις ἐξελέγξαι, ὡς μὴ τὰ δέοντα πεποιηκότα, λέγε· Κἀγὼ ὅ τί ποτε ἔχω ἐρῶν, πείσω σε καταδικάζων σε ἄξιον εἶναι τοῦ καταδικασθῆναι.

CAP. XXIII.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Vers. 2-7. « Quis igitur noverit quod inveniam eum, et veniam in finem? [*Symmachus vero*, Usque ad solium ejus.] Et dicam meum ipsius judicium, [*pro quo rursus Symmachus*, Apponam ante eum judicium.] Os autem meum replere increpationibus, et cognoscam sanationes quas loquetur mihi; [*Symmachus autem*, Verba.] et sentiam quæ annuntiabit mihi, et in multa virtute superveniet mihi. [*Symmachus*, Dijudicatur mecum.] Deinde in minis me non utetur. [*Symmachus*, Tantum ipse me non insectetur.] Veritas enim et increpatio est ab eo; educat autem in finem judicium meum. »

« Τίς δ' ἄρα γνοίη, ὅτι εὕροιμι αὐτὸν, καὶ ἔλθοιμι εἰς τέλος; [Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἕως τῆς ἕδρας αὐτοῦ.] Εἴποιμι δὲ ἐμαυτοῦ κρῖμα· [Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος, Προσθήσω ἔμπροσθεν αὐτοῦ κρίσιν.] Τὸ δὲ στόμα μου ἐμπλῆσαι ἐλέγχων, γνοίην δὲ ἰάματα ἃ μοι ἐρεῖ. [Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ῥήματα.] Αἰσθοίμην δὲ τίνα μοι ἀπαγγελεῖ, B καὶ ἐν πολλῇ ἰσχύϊ ἐπελεύσεταί μοι. [Ὁ Σύμμαχος, Διαδικάζεταί μοι.] Εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται. [Ὁ Σύμμαχος, Μόνον αὐτὸς μὴ ἐπιτιθέσθω μοι.] Ἀλήθεια γὰρ καὶ ἔλεγχος παρ' αὐτοῦ· ἐξαγάγοι δὲ εἰς τέλος τὸ κρῖμά μου. »

Sermonis hujus summa hæc est : Quis mihi largietur, ut Deus aurem præbeat, mihique respondeat? ita enim me justificaret. Verba autem singula sic se habent. Utinam, inquit, Deum invenire liceret! utinam usque ad thronum divinum pervenire, astare, cum Deo congredi, judicio contendere, et sententiam inde accipere, daretur! Utinam, juxta divinum illud tribunal collocatus, omnia quæ passus sum deflere, et singula quæ a me gesta sunt, dicere possem! ut coram eo quæ gessi simul et quæ passus sum enarrans, quale judicium laturus, et quid ad hæc, quod anxietati meæ mederi queat, dicturus sit; utrum etiam gravioribus suppliciis puniendo fortiter me adoriri, an minas remittere velit, experientia ipsa addiscam. Licet enim multo robore ac minis contra me utatur, certus sum nihilominus eum veritatis auctorem esse, et quod rectargutiones, id est, judicia, sine personarum acceptione proferat et exerceat : mihique persuadeo, si in illum inciderem, et cum eo colloqui liceret, quod sententiam victoriæ plenam et absolutam de vobis reportarem; illud enim. *In finem*, pro, *perfecta*, dixit; apud Hebræos enim, *finis*, et *victoria*, una voce significantur; quare in nonnullis psalmis, pro, *In finem*, inscriptio est, *Vincenti*. Scire igitur, inquit, cuperem, quid mihi dicturus sit Deus, et an similiter etiam supplicio me afficere velit. Hæc autem dicit, non ut Deum injustitiæ condemnaret, sed ut amicos, qui sanam de eo opinionem non fovebant, reprehenderet. Vides quemadmodum quod votis expetebat, assecutus, et divino alloquio et responsione dignatus fuerit; quod quidem librum hunc coronidis loco claudit.

Τὸ μὲν ἐκ τοῦ λόγου συναγόμενον τοῦτό ἐστι· Τίς ἄρα μοι δῴη τὸν Θεὸν ἀκούοντά μου, καὶ ἀποκρινόμενόν μοι; ἐδικαίωσε γὰρ ἂν με. Τὰ δὲ κατὰ μέρος· Εἴθε ἦν, φησὶν, εὑρεῖν τὸν Θεόν· εἴθε ἦν ἄχρι τοῦ θείου θρόνου ἐλθεῖν, καὶ παραστῆναι, καὶ ἐντυχεῖν αὐτῷ, καὶ δικάσασθαι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀπόφασιν δέξασθαι· εἴθε παρὰ τὸ θεῖον ἐκεῖνο βῆμα γεγονὼς, ἀπωλοφυράμην πάντα τὰ κατ' ἐμὲ ἃ πέπονθα, εἰποιμι δὲ καὶ τὰ ἐμοὶ βεβιωμένα· ἵνα ἐπ' αὐτοῦ λέγων, C ἅ τε ἔπραξα, καὶ ἃ πέπονθα, τῇ πείρᾳ μάθω ποίαν ἐκφέρει τὴν κρίσιν, καὶ τί πρὸς ταῦτα λέγει ἅμα τῆς ἐμῆς ἀπορίας· καὶ πότερον ἰσχυρῶς ἐπεξέρχεταί με σφοδρότερον τιμωρούμενος, ἢ ἀνίησι τῆς ἀπειλῆς. Εἰ γὰρ καὶ πολλῇ ἰσχύϊ χρήσεταί μοι, καὶ ἀπειλῇ, ἀλλ' ὅμως οἶδα ὅτι ἀλήθεια παρ' αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἀπροσωπολήπτως τοὺς ἐλέγχους, τουτέστι, τὰς κρίσεις ἐξάγει· καὶ πέπεισμαι, εἴγε τούτῳ ἐνέτυχον, ὡς τὴν νικῶσαν ἂν καθ' ὑμῶν ἔλαβον ψῆφον· τὸ γὰρ, *Εἰς τέλος*, ἀντὶ τοῦ, *τετελειωμένην*, λέγει· παρ' Ἑβραίοις γὰρ τὸ *τέλος*, καὶ ἡ *νίκη*, διὰ μιᾶς σημαίνεται λέξεως· διὸ ἔν τισι τῶν ψαλμῶν, ἀντὶ τοῦ, *Εἰς τέλος*, *Τῷ νικοποιῷ*, ἐπιγράφεται. Ἤθελον οὖν, φησὶ, μαθεῖν, τί μοι ἔμελλεν ἐρεῖν ὁ D Θεὸς, καὶ εἰ ἔμελλέ με ὁμοίως κολάζειν. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ὡς καταγινώσκων τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, ἀλλ' ὡς φίλους ἐλέγχων, οὐχ ὑγιῆ τὴν περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ἐχοντας. Ὁρᾷς πῶς ἐπέτυχεν οὗπερ ἠύχετο· τοῦτο γὰρ ἔσχατον γέγονεν ἐν τῷ βιβλίῳ, καὶ θείας ἔτυχεν ὁμιλίας καὶ ἀποκρίσεως.

Vers. 13. « Si autem et ipse judicavit sic, quis est qui contradicat ei? ipse enim voluit, et fecit. »

« Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἔκρινεν οὕτως, τίς ἐστιν ὁ ἀντειπὼν αὐτῷ; ὁ γὰρ αὐτὸς ἠθέλησε, καὶ ἐποίησεν. »

Viam, inquit, meam novit, et quod semper ipsi obtemperare studuerim; quis autem illi contradicet cum in judicio sederit? De quibus enim mihi con-

Οἶδε, φησὶ, τὴν ὁδόν μου, καὶ ὅτι ἀεὶ ἐσπούδασα ὑπακούειν αὐτῷ· ἀλλὰ τίς, ὅταν κρίνῃ, ἀντερεῖ αὐτῷ; Ἃ μὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα, ταῦτά ἐστι· κρα-

[f] Isa. i, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τείτω δὲ ὅμως τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ μηδεὶς τοῖς αὐτοῦ κρίμασιν ἀντιπιπτέτω. Εἰ γὰρ καὶ δικαιοπραγοῦντά με κατέκρινε, καὶ ταῦτά με παθεῖν ἐδοκίμασε, τίς ἂν ἀντειπεῖν ἔχοι; ἢ πάντως οὐδείς· συντρέχουσαν γὰρ ἔχει τῇ θελήσει τὴν δύναμιν, καὶ τὸ δόξαν αὐτῷ γίνεται. Μὴ ἀπαίτει με λόγους τῆς θείας προνοίας· ἓν οἶδα, ὅτι οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα· εἰ δὲ ἐν δεινοῖς ἐξετάζομαι, οὐκ ἀναχρίνω τὴν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὸν λόγον ἀγνοῶν, φημὶ, ὅτι ὃ ἠθέλησεν ἐποίησε, καὶ κάτω κύπτων προσκυνῶ, μηδὲν πλέον περιεργαζόμενος.

A scius sum, hæc sunt; Dei autem voluntas obtineat, nec quisquam ejus judiciis reniti audeat. Si enim me juste agentem condemnavit, et hæc pati consultum esse judicavit, quis contradicere potest? omnino nullus; potestas enim voluntatem comitatur, et quod ipsi visum est, in actum producitur. Noli ex me sciscitari divinæ providentiæ rationes; hoc unum scio, quod nullius sceleris mihi conscius sim; si vero malis exerceor et exploror, divinam dispensationem non examino, sed rationem ignorans, fecisse eum quod sibi visum erat, affirmo; et majori curiositati supersedens, vultu demisso eum adoro.

« Ἐπὶ τούτῳ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ κατασπουδασθῶ, κατανοήσω, καὶ πτοηθήσομαι ἐξ αὐτοῦ. »

Vers. 15. « Idcirco a facie ejus turbabor, considerabo, et timebo ab eo. »

Οὐχ ἥμαρτον, φησί· καὶ τί τοῦτο; Οὐ γὰρ μόνον δι' ἁμαρτήματα ἔξεστι κολάζειν Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρίς. B

Non peccavi, inquit: quorsum autem hoc? Deo enim non solum propter peccata, sed etiam sine iis, punire licet.

« Κύριος δὲ ἐμαλάκυνε τὴν καρδίαν μου, ὁ δὲ παντοκράτωρ ἐσπούδασέ με· οὐ γὰρ ᾔδειν ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, πρὸ προσώπου δέ μου ἐκάλυψε γνόφος. »

Vers. 16, 17. « Et Dominus mollivit cor meum, et Omnipotens sollicitavit me: non enim noveram, quod supervenient mihi tenebræ, et ante faciem meam operuit caligo. »

Οὐ γὰρ κατ' ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην γέγονε τοῦτο, φησὶν, ἀπροσδόκητον τὸ κακόν· στοχάζομαι τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς εἶναι τὴν πληγήν. Καὶ καλῶς εἶπε, *Πρὸ προσώπου μου*· οὐ γὰρ κοινὸν τὸ σκότος ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς ἀθυμίας.

Non enim humano more inexpectatum hoc malum accidit; a Dei manu plagam illatam esse conjicio. Recte etiam dixit: *Ante faciem meam;* non enim communes sunt tenebræ, sed tristitiæ et anxietatis meæ.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

CAP. XXV.

« Ὑπολαβὼν δὲ Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης, λέγει· Τί γὰρ προοίμιον ἢ φόβος παρ' αὐτοῦ; » C

Vers. 1, 2. « Respondens autem Baldad Sauchites, ait: Quid enim exordium quam timor ab eo. »

Ἐντεῦθεν ἄρξομαι, φησὶ, τοῦ λόγου, καὶ προοιμιάσομαι. Πάντα φόβου γέμει καὶ τρόμου, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὃς δυνήσεται τὴν χεῖρα ἐκείνην διαφυγεῖν. Πρός γε μὴν εἰρηκέναι τὸν Ἰώβ· *Τίς γὰρ ἂν γνοίη ὅτι πορεύσομαι πρὸς αὐτόν;* φησὶν, ὅτι πρὸ πάντων καὶ τὸ μνησθῆναι Θεοῦ φοβερόν.

Hinc, inquit, orationis initium sumam. Terrore et tremore omnia sunt plena, ac nemo est qui manum illam effugere possit. Ad illud enim quod Jobus dixerat: *Quis noverit quod proficiscar ad eum?* supra omnia vel Dei meminisse formidabile esse, ait.

« Πῶς γὰρ ἔσται δίκαιος βροτὸς ἐναντι Κυρίου; ἢ τίς ἂν ἀποκαθαρίσαι αὐτὸν γεννητὸς γυναικός; »

Vers. 4. « Quomodo enim erit homo justus coram Deo? vel quisnam mundaverit se natus ex muliere? »

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν· *Ἐβουλόμην ἐλθεῖν εἰς κρίσιν·* καὶ, ὅτι *Εἰ καὶ μὴ ἥμαρτον, ἀλλ' ὅμως κολάζομαι·* πρὸς τοῦτο πάλιν οὗτός φησιν, ὅτι Οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδεὶς ἐν ἀνθρώποις, οὐδὲ καθαρὸς καθόλου, ὥστε περιττῶς ζητεῖς τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἐξέτασιν. D

Quoniam Jobus dixerat: *Vellem in judicium venire:* et illud: *Licet non peccaverim, nihilominus punior;* his Baldadus regerit, Nemo inter homines justus, nec ab omni labe purus est; quare frustra judicari et examinari postulas.

ΚΕΦΑΛ. ΚΣ'.

CAP. XXVI.

« Ὑπολαβὼν δὲ Ἰώβ, λέγει· Τίνι πρόσκεισαι, ἢ τίνι μέλλεις βοηθεῖν; πότερον οὐχ ᾧ πολλὴ ἰσχὺς, καὶ ᾧ βραχίων κραταιός ἐστι; »

Vers. 1, 2. « Respondens autem Job, ait: Cui ades, vel quem adjuturus es? nunquid non cui multa est fortitudo, et cui brachium potens est. »

Οὐδὲ ἐγὼ, φησὶν, ἐγκαλῶ, ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ μέρος ἀνεδέξω· καὶ γὰρ οὕτως ἔδει· οὐ μὴν ἐμὲ καταδικάζειν ἐχρῆν· καὶ γὰρ ἔστι καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ

Neque ego, inquit, quod Dei partes tuendas susceperis, te vitupero, sic enim fieri par erat; me autem condemnare nequaquam te oportebat:

[5] Job. XXIII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

licet enim pro Deo ejus causa verba facere, simul etiam cavere ne sermo culpæ ulli obnoxius sit. Cum hæc ad eum per irrisionem locutus fuisset, quasi nova et insolita ratione, Dei, qui sapiens et potens omnium judicio habetur, patronus esse videri vellet; ad Dei potentiam stylum orationis convertit, et, ostendens se illo de Dei potentia rectius sentire, dicit :

A λόγον εἰπεῖν, καὶ τοῦτον μὴ ἀφεῖναι γενέσθαι ἐγκλήματιν ὑπεύθυνον. Ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον σκωπτικῶς εἰρηκὼς, ὡς κεινότερον θέλοντα φαίνεσθαι τοῦ Θεοῦ συνήγορον, περὶ οὗ πάντες διάληψιν ὡς σοφοῦ καὶ δυνατοῦ ἔχουσι, τρέπει τὸν λόγον ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, δεικνὺς ὡς ἄμεινον αὐτὸν [a] τὰ περὶ τῆς ἰσχύος δοξάζει τοῦ Θεοῦ, καί φησιν·

CAP. XXVIII.

« Vers. 1. Ordinem posuit tenebris, et omnem finem ipse perscrutatur. »

Recte dixit : *Ordinem posuit tenebris*, ut ostenderet solere eas cedere et decedere. Quis tenebras illas fugat? unde in re tali tantus ordo? Deinde potentiam ejus et sapientiam enarrat: sibi persuadens eum nolle ab eo pœnas exigere : Rerum enim omnium, inquit, exitus et eventa Deus prudenter perquirit, incomprehensibili sua providentia cuncta complexus; ideo neque temere supplicia impiorum differt, nec frustra infert, qui mensura, ordine, et harmonia universa digessit et disposuit.

Vers. 28. « Dixit autem homini : Ecce cultus Dei est sapientia, et abstinere a malo est scientia. »

Ea maxime demum est sapientia, si Deum religiose colamus, non autem curiosius indagando, eorum quæ fiunt rationes reposcamus ; nihil huic arti par, nihil hac sapientia valentius, nihil pietate erga Deum præstantius.

CAP. XXIX.

Vers. 12. « Salvavi enim mendicum de manu potentis, et pupillum, cui non erat adjutor, adjuvi. »

Prius vero, Deo visitationem et custodiam sui acceptam referens, in Domino tum gloriatur. Considera autem, quod non propter abstinentiam a malis, nec propter sacrificia Judæorum more, sed propter id quod Deus requirit, efferat se et venditet : (*Judicate* enim, inquit, *pupillo, et justificate viduam* [b]), et propter bonorum operationem : *Salvavi enim*, inquit, *mendicum, et pupillum adjuvi.*

Vers. 13. « Benedictio pereuntis super me veniat, [*Symmachus*, descendebat.] et os viduæ benedixit me. »

Nostis autem quod viduarum genus, non sua quidem natura et animi proposito, sed paupertatis necessitate (paupertatis enim fornax est) ingratum quodammodo sit, et quod benefactorem laudare, arduum et difficile exsistat : verum illæ etiam Jobum prædicaverunt et benedixerunt. Egregia autem ejus facinora, ut ea imitemur, scriptis mandantur.

Vers. 14. « Justitiam vero indutus sum, et vestitus sum judicio sicut diploide. »

Postquam autem dixisset : *Salvavi mendicum de manu potentis*, recte illud subjunxit, *Justitiam*

[a] Isa. I 17.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

« Τάξιν ἔθετο σκότει, καὶ πᾶν πέρας αὐτὸς ἐξακριβάζεται. »

Καλῶς εἶπε· *Τάξιν ἔθετο σκότει*, δεικνὺς ὅτι οἶδε παραχωρεῖν καὶ ὑπεξίστασθαι. Τίς ἀπελαύνει τὸν ζόφον ἐκεῖνον; πόθεν εὐταξία τοσαύτη ἐν πράγματι τοιούτῳ; Εἶτα τὴν δύναμιν, εἶτα τὴν σοφίαν B αὐτοῦ διηγεῖται, πείθων μὴ θέλειν ἀπαιτεῖν αὐτὸν εὐθύνας. Πάντων γὰρ, φησὶ, τὰ πέρατα καὶ τὰς ἐκβάσεις σοφῶς ὁ Θεὸς ἐξακριβάζεται, τῇ ἀπεριλήπτῳ προνοίᾳ τὰ πάντα συμπεριλαμβάνων· οὐκοῦν οὐδὲ τὰς τιμωρίας, τὰς κατὰ τῶν ἀσεβῶν, ἢ διακενῆς ὑπερτίθεται, ἢ μάτην ἐπάγει, ὁ πάντα μέτρῳ, καὶ τάξει, καὶ ἁρμονίᾳ διαταξάμενος.

« Εἶπε δὲ ἀνθρώπῳ, Ἰδοὺ ἡ θεοσέβειά ἐστι σοφία, τὸ δὲ ἀπέχεσθαι ἀπὸ κακῶν ἐστὶν ἐπιστήμη. »

Τοῦτο μεγίστη σοφία, τὸ θεοσεβεῖν, οὐ τὸ περιεργάζεσθαι καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν τῶν γινομένων· οὐδὲν ταύτης τῆς τέχνης ἴσον, οὐδὲν ταύτης τῆς σοφίας δυνατώτερον, οὐδὲν θεοσεβείας ἄμεινον.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

C « Διέσωσα γὰρ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ὀρφανῷ, ᾧ οὐκ ἦν βοηθὸς, ἐβοήθησα. »

Ἀλλὰ πρῶτον ἀναθεὶς τῷ Θεῷ τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ, τότε καυχᾶται ἐν Κυρίῳ. Ὅρα δὲ αὐτὸν, οὐκ ἐπὶ τῇ τῶν κακῶν ἀποχῇ μέγα φρονοῦντα, οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις, καθάπερ Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ ᾧ βούλεται ὁ Θεός. *Κρίνατε* γὰρ, φησὶν, *ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν*· καὶ ἐπὶ τῇ πράξει τῶν ἀγαθῶν, *Διέσωσα γὰρ*, φησὶ, *πτωχὸν, καὶ ἐβοήθησα ὀρφανῷ.*

« Εὐλογία ἀπολλυμένου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι. [Ὁ δὲ *Σύμμαχος*, κατήντα.] Στόμα δὲ χήρας με εὐλόγησεν. »

D Ἴστε δὲ ὅτι ἀχάριστόν πως τὸ γένος ἐστὶ τῶν χηρῶν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, οὐδὲ προαίρεσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀνάγκην τῆς πενίας· κάμινος γὰρ πτωχείας ἐστίν· καὶ [b] πρᾶγμα δύσκολον ἐπαινέσαι τὸν εὖ ποιοῦντα· ἀλλὰ τὸν Ἰὼβ καὶ αὗται εὐλόγουν. Ἀναγράφεται δὲ τὰ τούτου ἀνδραγαθήματα, ἵνα ζηλώσωμεν.

« Δικαιοσύνην δὲ ἐνεδεδύκειν, ἡμφιασάμην δὲ κρῖμα ἴσα διπλοΐδι. »

Εἰκότως δὲ, μετὰ τὸ εἰπεῖν· *Διέσωσα πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου*, ἐπήγαγε, τό· *Ἐνεδεδύκειν δι-*

[a] Ἴσ. αὐτοῦ. [b] Ἴσ. add ὅτι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καιοσύνην· εἰσὶ γὰρ οἱ ἑτέρων μὲν προΐστανται, αὐτοὶ δὲ ἀδικοῦσι πολλάκις· οὗτος δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' Ἠμφιασάμην, φησὶ, κρῖμα, οὕτως ἐνεκαλλοπιζόμην [6]. Καίτοι ἕτεροι τὸ πρᾶγμα δυσχεραίνουσιν, ἀγανακτοῦσι, φορτικὸν εἶναι καὶ βαρὺ νομίζουσιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ, φησίν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ διπλοΐδι τις καλλωπίζοιτο, οὕτως ἐγὼ ἐπὶ τῇ δικαιοκρισίᾳ οὐχὶ σήμερον μὲν, αὔριον δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ὥσπερ ἀνάγκη τὰ ἱμάτια διαπαντὸς ἔχειν, οὕτω καὶ τὴν τῶν ἀδυνάτων ἐκδίκησιν. Καίτοι τίς αὐτὸν κατέστησε δικαστήν; Αὐτοχειροτόνητος κριτὴς παρὰ τῆς ἀρετῆς γέγονεν αὐτῆς, καθάπερ Μωϋσῆς· τοιούτους ἐχρῆν εἶναι τοὺς ἄρχοντας. Εἶδες τοῦτον ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ὅσον ἰδεῖν σοι δυνατὸν ἦν (τὴν γὰρ ἀκρίβειαν οὐδὲ αὐτὸς ὁ λόγος παραστῆσαι ἰσχυσεν· ὀδύνην γὰρ, καὶ βασάνους, καὶ ἀθυμίας τυραννίδα, καὶ τὴν ἐκ τῶν τοσούτων νιφάδων ἐγγινομένην ταραχὴν, οὐδεμία λόγου δύναμις ἑρμηνεῦσαι δύναται τοῖς ἀκηκοόσιν, ὡς αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα). Φέρε, σοὶ δείξω πάλιν αὐτόν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα φιλοσοφωτάτης δεόμενον ψυχῆς, ἐν πλούτῳ καὶ ἐν εὐημερίᾳ πολλὴν ἐπιδεικνύμενον φιλοσοφίαν. Τίς οὖν ἦν, πλούσιος ὤν; Κοινὸς ἁπάντων λιμήν, κοινὸς ἁπάντων πατὴρ, κοινὸς ἰατρὸς, μᾶλλον δὲ καὶ ἰατροῦ μείζων. Ἄκουσον οὖν αὐτοῦ λέγοντος.

divitiis abundaret? Communis omnium portus, medico major. Audi igitur ipsum dicentem.

« Ὀφθαλμὸς ἤμην τυφλῶν, ποὺς δὲ χωλῶν. »

Ὁρᾷς πῶς ἰατροῦ μείζων· ἀντὶ τῆς φύσεως τοῖς πεπηρωμένοις ἐγίνετο, καὶ ἅπερ οὐκ ἴσχυσαν τῇ τέχνῃ διορθῶσαι, ταῦτα αὐτὸς ἀνεκτᾶτο τῇ παρακλήσει, διὰ τὴν πολλὴν εἰς αὐτοὺς πρόνοιαν ἀντὶ τῶν μελῶν αὐτοῖς γινόμενος· ὡς γὰρ ὑγιεῖς, καὶ ἀρτίποδες, καὶ βλέποντες, οὕτω διέκειντο οἱ τὰ μέλη ταῦτα κεκολοβωμένοι, οὐκ αἰσθανόμενοι τῆς χωλείας, οὐδὲ τῆς πηρώσεως, διὰ τὴν πολλὴν τούτου πρόνοιαν. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ παρεμυθούμην χωλοὺς καὶ τυφλοὺς, οὐκ εἶπεν, Ἐπεκούφισα τὴν συμφορὰν, οὐδὲ Τῆς πηρώσεως τὴν αἴσθησιν ἀνῄρουν· ἀλλ', Ὀφθαλμὸς αὐτῶν ἤμην, Ἔσλεπον δι' ἐμοῦ, Οὐκ ἐλάμβανον πεῖραν τῆς οἰκείας αὐτῶν συμφορᾶς δι' ἐμὲ, Οὐκ ἐπεζήτουν τοὺς χειραγωγοῦντας, τοὺς ὁδηγοῦντας. Πανταχοῦ τὸ σκότος αὐτοῖς ἐποίουν φῶς. Ὅρα σημεῖα ἀποστολικά· Ὀφθαλμὸς ἤμην τυφλῶν, οὐκ ὀφθαλμοὺς ἀποδιδοὺς (οὔπω γὰρ ἦν αὕτη ἡ χάρις), ἀλλὰ μηδὲ αἰσθέσθαι τῆς συμφορᾶς ποιῶν· οἱ δὲ νῦν καὶ τοὺς βλέποντας, τυφλοὺς ποιοῦσιν. Οὐκ εἶπε, Διὰ τῶν οἰκετῶν ἐποίουν· ἀλλ', Ἐγὼ αὐτὸς τῆς φύσεως τὰ ἁμαρτήματα διώρθουν, οὐ τὰ παρὰ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' αὐτῆς φύσεως· τὰ γὰρ λείποντα τοῦ σώματος μέλη προσανεπλήρουν τοῖς δεομένοις τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐπιχορηγίᾳ, καὶ τῇ πολλῇ προμηθείᾳ. Ἱρὸς δὲ νοῦν, Τυφλὰς διανοίας διήνοιγε, καὶ ὠφέλει τοὺς πεπηρωμένους τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἐγίνετο

[6] *Isc.* ἐνεκαλλωπισάμην.

indutus sum; sunt enim qui aliis quidem auctoritate præsunt, ipsi vero sæpenumero ab injuriis non abstinent; hic autem non ita: sed vestitus sum, inquit, *judicio*, eo vestitus genere ornavi me, et spectandum præbui. Et cæteri quidem indignantur, irascuntur, et rem gravem ac molestam esse judicant; ego vero non item: sed quemadmodum quispiam diploide ornatus sibi placere amat, ita ego judicii æquitate gloriabar; non hodie quidem, cras autem nequaquam, sed prout vestibus semper uti oportet, ita etiam impotentes et infirmos ab injuria asserere, necessarium duxi. Verum quis eum judicem constituit? Suo suffragio, et sponte sua, ab ipsa virtute, instar Moysis, creatus est judex: tales principes esse oporteret. Vidisti hunc in tentationibus, quantum videre licuit; (accuratam enim expressionem oratio ob oculos ponere non valuit: dolorem etenim, cruciatus, mœroris tyrannidem, et perturbationem ex tantis procellis coortam, nulla sermonis vis et facultas ita auditoribus, ut ipsa rerum experientia, explicare potest). Age vero, hunc ego rursus, in divitiis et prospera fortuna summam philosophiam et animi æquanimitatem demonstrantem, tibi ostendam; neque hæc quidem res exigui momenti est, sed quæ animum philosophia summopere imbutum requirat. Qualis igitur fuit, cum pater publicus, et medicus universalis, imo vero

Vers. 15. « Oculus fui cæcorum, et pes claudorum. »

Vides quemadmodum medico major; iis qui mutili et membris capti, naturæ vicem suppleverit; et quæ arte corrigere nequiverant, ea, sollicitudine et cura quam iis impendebat, membra pro iis factus, solando recuperaverit: qui enim pedibus et oculis truncati erant, claudicationem et orbitatem luminis, propter ingentem ejus curam et providentiam, minime sentientes, tanquam sani, integris pedibus, et oculorum usum habentes, affecti erant. Ac idcirco non dixit, Ego claudos et cæcos solatus sum, Ego calamitatem lenivi, Ego sensum orbitatis oculorum e medio sustuli: sed, Oculus illorum fui, Mea opera videbant, Per me calamitatem suam non experiebantur, Qui manu eos apprehenderent, et viæ duces se præberent, non quærebant, Ubique illorum tenebras in lucem convertebam. Vide et animadverte signa apostolica; *Oculus eram cæcorum*, non quidem oculos impertiens (nondum enim erat illa gratia), sed ut ne calamitatis sensum perciperent, efficiens: hujus autem ævi homines, etiam eos qui vident, cæcos reddunt. Non dixit, Per famulos hæc curabam: verum, Ego ipse naturæ errata et vitia corrigebam; nec tantum ea quæ ab hominibus, sed etiam quæ ab ipsa natura proficiscebantur: necessariorum enim subministratione, et studio ac sollicita cura, membrorum corporis defectum, iis qui indigerent, supplebam. Sensus autem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est : Cæcas mentes aperiebat, et animæ lumine orbatis opitulabatur, ipseque oculus illorum fiebat; sermone vero suo pes factus, pedes iis qui mentis incessu claudicabant, largiebatur, et utrosque manu ducebat. *Oculus* autem pro deductione intellectiva, et *pes* pro sensitiva, usurpatur.

A ὀφθαλμός· πόδας δὲ ἐχαρίζετο τοῖς κεχωλωμένοις τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ λόγῳ ἐγίνετο αὐτῶν ποὺς, καὶ ἐχειραγώγει ἑκατέρους. Εἴληπται δὲ ὁ μὲν *ὀφθαλμὸς* ἐπὶ τῆς νοητικῆς ὁδηγίας, ὁ δὲ *ποὺς*, ἐπὶ τῆς ἠθικῆς.

Vers. 16. « Ego fui pater impotentium. »

« Ἐγὼ ἦμην πατὴρ ἀδυνάτων. »

Neque hoc loco dixit, Ego solabar pupillos; sed, Ne sensum quidem orbitatis illorum animis insidere, nec malorum acerbitatem apparere passus sum : quod etiam iis qui membris truncati erant, præstabam, summa scilicet cura et sollicitudine sensum acerborum iis adimens qui talia paterentur. In his, voces ejus qui impotentes et imbecilles auxilio suo juvit, manifestantur. Quanto autem post intervallo hæc loquatur, considera.

Οὐδὲ ἐνταῦθα εἶπε, Παρεμυθούμην ὀρφανούς· ἀλλ', Οὐδὲ αἴσθησιν ἀφῆκα γενέσθαι τῆς ὀρφανίας, οὐδὲ φανῆναι τὸ δεινόν· καθάπερ ἐκεῖ τὴν πήρωσιν τῇ περιουσίᾳ τῆς προνοίας, τῶν τὰ τοιαῦτα πεπονθότων καὶ αὐτὴν τῶν δεινῶν ἀναιρῶν τὴν αἴσθησιν. Ἐν τούτοις φωναὶ δηλοῦνται τοῦ ὠφελοῦντος τοὺς ἀδυνάτους, τοὺς ἀσθενεῖς. Ὅρα δὲ μετὰ πόσον χρόνον ταῦτα λέγει.

B

« Et judicium quod non noveram, exquisivi. »

« Δίκην δὲ ἣν οὐκ ᾔδειν, ἐξιχνίασα. »

Hoc multo majus est quam judicis partes agere; judices enim pro tribunali sedentes, exspectant eos qui injuria læsi sunt; et post eorum compellationes de injuriis, et querimonias, tunc qui inter eos probatissimi sunt (plerique autem ne hoc quidem præstant) præsidium suum iis præbent. Hic vero etiam spectatissimos superavit, et multis modis antecelluit : non enim tardabat donec injuria affecti ad ipsum venirent, neque post eorum compellationem auxilium præbebat; verum ipse prius circumibat, quærens eos qui injuriam paterentur : neque id quidem simpliciter, sed cum multa cura et vigilantia. Et hoc quidem, vi vocis intellecta, evidenter cognoscere possis; non enim dixit : *Quæsivi*, sed, *Judicium quod non noveram exquisivi*, id est, Indagavi, sedulo quæsivi, in sollicita inquisitione perstiti, omnem lapidem movi, ut si quis injuria læsus alicubi lateret, Invenirem. Vides patrocinium quod non in nudis tantum facultatibus, alimento, et indumentis se exercuit, sed causam alienam etiam cum corporis periculo tutatum est.

Τοῦτο δικαστοῦ πολὺ πλέον· οἱ μὲν γὰρ δικάζοντες κάθηνται ἀναμένοντες τοὺς ἠδικημένους, καὶ μετὰ τὴν παρ' ἐκείνων ἔντευξιν, τότε τὴν παρ' ἑαυτῶν παρέχουσι συμμαχίαν οἱ δοκιμώτατοι τῶν δικαζόντων· ὡς οἵγε πολλοὶ οὐδὲ τοῦτο. Οὗτος δὲ καὶ τοὺς δοκιμωτάτους ἐνίκησε, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ὑπερηκόντισεν· οὐδὲ γὰρ ἀνέμενε τοὺς ἀδικουμένους ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ μετὰ τὴν ἐκείνων ἔντευξιν ἐποίει τὴν συμμαχίαν, ἀλλ' αὐτὸς προλαμβάνων περιῄει ζητῶν τοὺς ἠδικημένους· καὶ οὐδὲ ἁπλῶς ζητῶν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας, μετὰ πολλῆς τῆς φροντίδος. Καὶ τοῦτο εἴσῃ σαφῶς, τῆς λέξεως καταμαθὼν τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ εἶπεν· *Ἐζήτησα*, ἀλλὰ, *Δίκην ἣν οὐκ ᾔδειν ἐξιχνίασα*, ἠρεύνησα, περιειργασάμην, πολυπραγμονῶν διετέλεσα, πάντα κινῶν, ὥστε εὑρεῖν μή πού τις ἠδικημένος λανθάνῃ. Ὁρᾷς τὴν προστασίαν, οὐ μέχρι χρημάτων, οὐδὲ μέχρι τροφῆς καὶ ἐνδυμάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι κινδύνων ἀλλοτρίας προϊστάμην [1] κρίσεως.

C

Vers. 17. « De medio dentium eorum rapinam eripui. »

« Ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξήρπασα. »

Considera rei difficultatem. Rem, inquit, absorptam et prius occupatam reparavi et restitui; non enim desperavi, nec animum despondi, licet negotium anticipatum esset, sed curam et sollicitudinem erga conservos meos ostendens, et (ut est in Proverbio) ovis crura, et aurium extremitates ex ore leonis eripiens, quod devoratum jam et absorptum erat, instar optimi cujusdam et providi pastoris, eruebam.

D

Ὅρα τὴν δυσκολίαν τοῦ πράγματος. Καταποθὲν, φησὶν, ἤδη καὶ προληφθὲν τὸ πρᾶγμα ἀνώρθωσα· οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκον, οὐδὲ ἀπηγόρευον, εἰ καὶ τὸ πρᾶγμα προκατειλημμένον ἦν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸ καταποθὲν ἀνιμώμην, ποιμένος τινὸς ἀρίστου καὶ νήφοντος πρόνοιαν περὶ τοὺς συνδούλους ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἐκσπῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐκ στόματος λέοντος, σκέλη προβάτου καὶ λοβοὺς ὠτίων.

Vers. 22, 23. « Sed gavisi sunt cum loquerer iis; sicut terra sitiens suscipiens pluviam, sic isti meum sermonem. »

« Περιχαρεῖς δὲ ἐγίνοντο ὁπόταν αὐτοῖς ἐλάλουν· ὥσπερ γῆ διψῶσα προσδεχομένη τὸν ὑετὸν, οὕτως οὗτοι τὴν ἐμὴν λαλιάν. »

Animadverte quid dicat. Non divitiæ, non injuria oppressorum patrocinium, nec quidpiam id genus aliud, invidiosum eum reddiderunt; verum omnes ei libenter aurem præbebant.

Ὅρα τί φησιν· Οὐχ ὁ πλοῦτος αὐτὸν ἐπίφθονον ἐποίει, οὐ τὸ τῶν ἀδικουμένων προΐστασθαι, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ πάντες αὐτοῦ ἡδέως ἤκουον.

[1] *Isc.* προϊσταμένην.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

« Νῦν νουθετοῦσί με ἐν μέρει, ὧν ἐξουδένουν τοὺς πατέρας αὐτῶν· οὓς οὐχ ἡγησάμην ἀξίους· κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων. »

Ἐξουδένουν δὲ εἶπεν; οὐ χρώμενος ἀλαζονικῶς τῇ ἐξουδενώσει, ἀλλὰ σαφῶς αὐτοὺς εἰδὼς πονηρούς· κατὰ τό· *Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πονηρευόμενος*· τοὺς γὰρ τοιούτους οὐδὲν ἡγεῖτο. Τὸ δέ· *Νουθετοῦσί με ἐν μέρει*, κατά γε ἐμὲ, οὐχ ὅτι μέρος εὐεργεσίας κατετίθεντο, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἄλλους ἐνουθέτει, νῦν δὲ οὗτοι αὐτόν· διὰ τοῦτο οὕτως εἴρηται· καὶ τὸ μὴ ἀξίους δὲ εἶναι κυνῶν, οὐχ ὅτι χείρους εἰσὶ καὶ τοῦ ὑλακτικοῦ τοῦδε ζώου, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ τοῦ κυνοκομεῖν [7] ἀξίους αὐτοὺς ἔκρινεν Οὐχ ἡγούμην γὰρ, φησὶν, αὐτοὺς ἀξίους τοῦ ἄγειν τοὺς κύνας τῆς ἐμῆς ποίμνης. Ἀπεποιήσατο μὲν οὖν τὴν νουθεσίαν αὐτῶν, ὡς μήτε ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἐχόντων τὸ αἰδέσιμον, μήτε ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Ἐνουθέτουν γὰρ, φησί· τίνες; τίνα; οἱ νεώτεροι τὸν ὑπὲρ αὐτούς· οἱ φαῦλοι τὸν μὴ τοιοῦτον· οἱ εὐτελεῖς καὶ ἄδοξοι, τὸν λαμπρόν ποτε καὶ ἐπίσημον. Ἐν δὲ τοῖς καταπόδας καὶ ἐφεξῆς, καὶ τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν αἰνίττεται, λέγων·

« Ἐγὼ δὲ ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα· ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. Ἐγὼ δὲ ἐπέχων ἀγαθοῖς, ἰδοὺ συνήντησάν μοι μᾶλλον ἡμέραι κακῶν. »

Καίτοιγε ἐν πλούτῳ ὤν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησα, οὐκ ἐφήσθην ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς, ὅπερ πάσχω νῦν, πολλοὺς εὑρίσκων τοῖς ἐμοῖς κακοῖς ἐπιχαίροντας· τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ ἔκλαυσα, καὶ ἐστέναξα. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, ἀγαπητὲ, τὸ συμπαθητικὴν ἔχειν διάνοιαν. Ἐγὼ δὲ, τὸ, *Ἐπεῖχον ἀγαθοῖς, συνήντησαν δέ μοι ἡμέραι κακῶν*, οὕτω; ἐκδέχομαι, ὅτι διὰ τὴν εἰς τοὺς ἄλλους συμπάθειαν προσεδόκων ἀγαθὰ, εἰς τοὐναντίον δέ μοι τὰ τῶν ἐλπίδων ἐξέβη. Οὕτω καὶ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Ἀγαθὰ προσεδεχόμην, ἦλθε δὲ κακά.*

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

« Διαθήκην ἐθέμην ταῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον. » [*Ὁ δὲ Σύμμαχος*, Καὶ οὐδὲν ἐνενόησα περὶ παρθένου.]

Εὐαγγελικὴν ἀκρίβειαν ὁ Ἰὼβ ἐφύλαττεν· ἃ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ἐπέταξε, ταῦτα οὗτος διὰ τῶν πραγμάτων κατώρθου. Καὶ ἐπειδὴ ὁ ἐμβλέψας [8] πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν, ἐπαιδαγώγει τὸν ὀφθαλμὸν εἰς τὸ μὴ τὰς ὥρας τῶν παρθένων παριεργάζεσθαι. Τί ἂν εἴποιεν οἱ τὰς συνεισάκτους ἔχοντες, καὶ διαβεβαιούμενοι ἀπαθῶς αὐταῖς συνοικεῖν, καὶ μὴ βλάπτεσθαι; ὅπουγε εἰ καὶ τοῦτο ἦν, ἔδει τῶν σκανδαλιζομένων φείδεσθαι· ἔστω γὰρ σὲ καὶ συνοικοῦντα παρθένῳ καθαρὸν εἶναι πάσης

[7] γρ. κυνοκοπεῖν. [8] Ισ. suppl. γυναῖκα.

A

CAP. XXX.

VERS. 1. « Nunc monent me in parte, quorum spernebam parentes eorum; quos non putavi dignos canibus meorum gregum. »

Spernebam, inquit, non quod cum fastu et arrogantia eos contemnerem, sed quia improbos eos esse evidenter scirem; juxta illud: *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus* [1]; nullius enim pretii id genus hominum æstimabat. Illud vero: *Monent me in parte*, non quod beneficii partem ullam contulerint, meo quidem judicio; sed quia cum ille alios monere soleret, ipsi nunc vice versa eum commonefacerent: unde etiam dixit canibus suis indignos fuisse, non quod animalis cui latrare proprium est, deterior esset illorum conditio, sed quod ne canum quidem cura dignos eos judicaret; indignos enim, inquit, putabam, qui canes gregis mei agerent. Monita igitur illorum eo quod neque propter ætatem, neque virtutem venerandi essent, repudiabat. Monebant enim, inquit; sed quinam? et quem? juniores ætate grandiorem: improbi probum; viles et inglorii, clarum olim et illustrem. In iis autem quæ proxime deinceps sequuntur, illorum etiam imbecillitatem innuit, dicens:

VERS. 25, 26. « Ego autem super omni impotente flevi; gemui videns virum in necessitatibus. Ego autem inhærens bonis, ecce occurrerunt mihi magis dies malorum. »

Enimvero cum divitiis abundarem, nihil simile a me factum est; ob alienas ærumnas non sum lætatus (quod mihi nunc accidit, qui multos malis meis delectantes invenerim), verum e contrario flevi et ingemui. Neque sane exiguum hoc est, o dilecte, si quis animi affectu et commiseratione in alienis malis tangatur. Ego vero illud: *Inhærebam bonis, occurrerunt autem mihi dies malorum*, sic libenter accipio: Propter meam erga alios misericordiam bona exspectabam, omnis autem spes mea decollavit, et in contrarium versa est. Ita etiam Symmachus transtulit: *Exspectabam bona, venerunt autem mala.*

CAP. XXXI.

VERS. 1. « Testamentum posui oculis meis, et non intelligam super virgine. » [*Symmachus vero*, Et nihil cogitavi de virgine.]

Jobus evangelicam perfectionem observabat; quæ enim Christus postea veniens præceperat, hæc ille factis suis ostenderat. Et quoniam qui mulierem intuetur ut concupiscat, jam mœchatus est [1], ne virginum formas curiosius observaret, oculum suum instruebat. Quid igitur pro se afferre possunt, qui feminas contubernales et subintroductas habentes, se illarum convictu minime moveri, nec ab iis lædi affirmant? Quod quidem si verum esset, infirmorum tamen causa a scandalo abstinere eos oporte-

[1] Psal. XIV, 3. [1] Matth. V, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bat : licet enim concedatur te purum ab omni pravo et libidinoso affectu cum virgine cohabitare, alios tamen qui imbecilles sunt hoc facto vulneras. Et sane beatus Jobus de se tantam virium potestatem et æquanimitatem profiteri ausus non est; sed qui omnem virtutem sectatus est, et laqueos omnes diaboli evaserat, qui primus et solus tam insignem potentiam ostenderat, et quodvis ferrum et adamantem animi tolerantia superaverat, viresque diaboli eliserat; hic luctam hanc reformidabat, et intaminatum ac indemnem cum virgine una cohabitare, impossibile esse existimabat : ita ut non tantum a tali contubernio, sed ab omni aspectu et fortuito congressu procul seipsum amoverit, legemque oculis suis statuerit, ne virginem omnino intuerentur : *Testamentum enim posui oculis meis, et non intelligam super virginem :* id est, Non animum ad illam adjiciam, non intuebor : noverat enim, probe noverat, quod difficile, imo et impossibile esset, non tantum eum qui sub eodem tecto cum virgine vitam degeret, sed qui curiosius vultum et formam virginis observaret, damnum quod inde oritur, effugere posse. Verum si Jobus impar congressus, qui in arenam tecum descendat, tibi videbitur (licet nos ejus sterquilinio plane indigni simus), et si exemplar infra tuam magnanimitatem subsidere existimas; animo tecum reputa beatum Paulum, qui summam philosophiæ et æquanimitatis perfectionem assecutus, corpus suum contuderat, in servitutem redegerat [k], et vitam plenam certaminum ostenderat. Idcirco etiam Christus, ut rei difficultatem ostenderet, ne omnino quidem vultus mulierum aspicere permisit, sed mœchorum supplicio, qui ita intuerentur, plectere interminatus est : neque cælibatum lege sanxit, sed rei naturam exprimens, dixit : *Qui potest capax esse, capiat* [l].

A ἐμπαθείας πονηρᾶς, ἀλλ' ἑτέρους πλήττεις ἀσθενεστέρους. Καίτοιγε ὁ μακάριος Ἰὼβ οὐκ ἐτόλμα ἑαυτῷ τοσαύτην μαρτυρῆσαι δύναμιν καὶ φιλοσοφίαν· ἀλλ' ὁ πᾶσαν ἐπελθὼν[a] ἀρετὴν, καὶ πάντων ὑπερενεχθεὶς τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ πρῶτος, καὶ μόνος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος καρτερίαν, καὶ πάντα σίδηρον καὶ ἀδάμαντα τῇ τῆς ψυχῆς παρελθὼν ἐγκρατείᾳ, καὶ κατακόψας τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχὺν, οὕτως[b] ἐδεδοίκει τὴν τοιαύτην πάλην, καὶ ἐνόμιζεν ἀδύνατον εἶναι συνοικοῦντα παρθένῳ μένειν ἀσινῆ καὶ καθαρόν· ὡς μὴ μόνον τῆς συνοικήσεως ταύτης πόρρω καὶ μακρὰν ἑαυτὸν καταστῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄψεως τῆς ἁπλῶς καὶ ἀπὸ συντυχίας γινομένης, καὶ νόμον ἔθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ, ἁπλῶς εἰς παρθένον μὴ ἰδεῖν· *Διαθήκην γὰρ*, φησὶν, *ἐθέμην τοῖς* B *ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον*, τουτέστιν, Οὐ κατανοήσω, οὐ βλέψω· ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐ μόνον τὸν συνοικοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν βλέποντα περιέργως εἰς ὄψιν παρθενικὴν, δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον, τὴν ἐκεῖθεν διαφυγεῖν βλάβην. Εἰ δὲ μικρός σοι πρὸς ἅμιλλαν ὁ Ἰὼβ, καίτοιγε οὐδὲ τῆς κοπρίας ἐσμὲν ἄξιοι τῆς ἐκείνου, πλὴν ἀλλ' εἰ ἔλαττόν σου τῆς μεγαλοψυχίας εἶναι νομίζεις τὸ ὑπόδειγμα· ἐννόησον τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν μετὰ τὴν ἠκριβωμένην φιλοσοφίαν ὑποπιάζοντα τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγοῦντα, καὶ ἐναγώνιον τὸν βίον δεικνύντα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πράγματος δηλῶν τὴν δυσκολίαν, οὐδὲ ἐμβλέπειν ἁπλῶς ἠφίει εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὄψεις· ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν μοιχῶν κολάσει, τοὺς οὕτως ὁρῶντας κολάζειν ἠπείλησε· καὶ οὐκ C ἐνομοθέτησεν ἀγαμίαν, ἀλλὰ δηλῶν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, Ἔλεγεν· *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω.*

Vers. 16. « Impotentes autem quacunque aliquando re opus habebant, non sunt frustrati. »

« Ἀδύνατοι δὲ χρείαν ἦν ποτε εἶχον οὐκ ἀπέτυχον. »

Vides quemadmodum fastidiosus non fuerit, quemadmodum sobrius, communis omnium medicus, portus publicus, et eorum qui in angustiis erant, quacunque necessitate premerentur, non hanc quidem, inquit, illam vero nequaquam sublevando, commune perfugium exstiterit, sed D quamcunque demum, licet laboribus et molestiis plena foret, licet sumptus requireret, et cum periculo conjuncta esset. Ac vide quod opem iis tulerit, viduis, scilicet, pupillis, et impotentibus, a quibus nihil remunerationis loco exspectaret.

Ὁρᾷς πῶς οὐκ ἦν ὑπερόπτης, πῶς μέτριος, πῶς κοινὸς ἁπάντων ἰατρὸς, καὶ κοινὸς λιμὴν, καὶ κοινὴ καταφυγὴ τῶν ἐν ἀνάγκαις ὄντων, ἦν ποτε εἶχον χρείαν, φησὶν, οὐχὶ τὴν μὲν ναὶ, τὴν δὲ οὔ· ἀλλ' οἱανδήποτε, εἰ καὶ κινδύνων[c] ἔγεμεν, εἰ καὶ δαπανηρά τις ἦν, εἰ καὶ ἐπισφαλής. Καὶ ὅρα, τούτοις ἐβοήθει παρ' ὧν οὐδὲν προσεδόκα, χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ ἀδυνάτοις.

Vers. 23. « Timor enim Domini continuit me, a prehensione ejus non sustinebo. »

« Φόβος γὰρ Κυρίου συνέσχε με, ἀπὸ τοῦ λήμματος αὐτοῦ οὐχ ὑποίσω. »

Atque hujusmodi quidem justi benignitas et humanitas exstitit : quid autem divitiarum contemptum recenseat quispiam? cum hanc etiam virtutem supra modum factis expresserit; non enim aliena tantum non appetebat, quod plerique nunc

Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ δικαίου φιλανθρωπία· τί δ' ἂν τις εἴποι τὴν τῶν χρημάτων ὑπεροψίαν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῷ κατωρθοῦτο· οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίετο, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ νῦν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ

[k] I Cor. ix, 27. [l] Matth. xix, 12.

[a] *Isocr.* μετελθών. [b] *Isocr.* οὗτος. [c] *Isocr.* καμάτων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ αὐτῶν ἠλλοτρίωτο μετὰ πάσης ὑπερβολῆς· διὸ καὶ ἔλεγεν·

A faciunt, sed ne propriorum quidem cupiditate, a quibus animus supra modum aversus erat, capiebatur : unde dixit.

« Εἰ ἔταξα χρυσίον εἰς χοῦν μου. [*Ὁ δὲ Σύμμαχος*, Ἀφοβίαν μου.] Εἰ δὲ καὶ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου. »

Vers. 24, 25. « Si posui aurum in congium meum, [*Symmachus autem*, Fiduciam meam.] quod si et in lapide pretioso fidebam, si et lætatus sum, cum esset mihi census multus. »

Διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἀφαιρεθέντων, μετὰ πολλῆς ἔφερε τῆς εὐκολίας· καὶ παρόντων, δαψιλῆ τὴν ἐλεημοσύνην εἰργάζετο· πᾶσαν γὰρ ἀρετὴν ἐπῆλθε [10]· καὶ τῶν οὐδὲν ἐχόντων ἀκριβέστερον διέκειτο, τοσαῦτα περιβεβλημένος· οὐ γὰρ οὕτως ὁ μηδὲν ἔχων ἀπήλλακτο χρημάτων, ὡς ἐκεῖνος, ὁ τοσαῦτα ἔχων· πανταχοῦ γὰρ ἡ γνώμη ἐστὶν ἡ στεφανουμένη.

Idcirco cum ablatæ fuissent divitiæ, æquanimiter valde tulit; et cum adessent, copiosam misericordiam exercebat (omnem quippe virtutem sectatus); quique tanta rerum copia circumfluebat, justius et emendatius iis affectus erat, qui nihil in bonis haberent : non enim tantopere a divitiis animo alieno erat qui nihil habebat, ac is qui tam multa possidebat : animus enim est, qui ubique et B in omnibus corona insignitur.

« Εἰ δὲ καὶ ἐπ' ἀναριθμήτοις ἐθέμην χεῖρά μου. »

Vers. 25. « Si et in innumerabilibus posui manum meam.

Ὅτι γὰρ οὐδὲ παρόντων τῶν χρηστῶν ὁ Ἰὼβ σφόδρα ἀντείχετο, ἄκουσον τί φησιν· *Εἰ δὲ καὶ εὐφράνθην πολλοῦ μοι πλούτου γενομένου.* Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Οὐκ εὐφραίνου τοῦ πλούτου ἐπιῤῥέοντος [11]; Οὐδαμῶς, φησί. Τί δήποτε; Ὅτι ᾔδειν αὐτοῦ τὸ ἄστατον καὶ παραῤῥέον, ᾔδειν ὅτι τὸ κτῆμα οὐ μόνιμον.

Quod autem Jobus bonis præsentibus non multum addictus fuerit, audi quid dicat : *Si vero etiam lætatus sum cum esset mihi census multus.* Quid ais, o homo? Cum divitiæ affluerent, non lætabaris? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quia instabilem et fluxam earum conditionem, ac possessionem minime permanentem, non ignorabam.

« Ἢ οὐχ ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα, ἐκλείποντα, σελήνην δὲ φθίνουσαν; Οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἐστιν. »

Vers. 26. « An non videmus solem qui lucebat, deficientem, lunam autem decrescentem? Non enim in iis est. »

Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ τὰ κατ' οὐρανὸν C ἄστρα, καὶ διηνεκῶς λάμποντα, δέχεταί τινα μεταβολήν, ἥλιος μὲν ἐκλείπων, σελήνη δὲ φθίνουσα· πῶς οὐκ ἰσχάτης ἀνοίας, τὰ ἐπίγεια εἶναι νομίζειν μόνιμα καὶ πεπηγότα; Διὰ τοῦτο, οὔτε παρόντων εὐφραίνετο, οὔτε ἀπελθόντων ἤλγησεν, ἐπειδὴ καλῶς ᾔδει τὴν φύσιν αὐτῶν. Τὸ λαμπρὸν τοῦτο φῶς ἀπόλλυται, καὶ ἀφανίζεται, καὶ οὐχ ὁρᾶται. Ὁρᾷς οἵαν αἰτίαν φησὶ τῆς μεταβολῆς τῶν φωστήρων· ἄρα ἀρκεῖ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἡ κτίσις ἡμῖν, οὐχὶ πρὸς θεογνωσίαν μόνον. Ὅταν ἴδῃς ὅτι μέγας ὁ ἥλιος, θαύμασον τὸν δημιουργόν· ὅταν ἴδῃς ὅτι ἐκλείπει, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸ εὔφθαρτον καταμάνθανε. Εἰ γὰρ ὁ πάντων ἐστὶ λαμπρότερον τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦτο λέγει [12], καὶ μειοῦται, καὶ τελευτᾷ, πολλῷ μᾶλλον τὰ λοιπὰ πάντα· εἰ τὸ D οὕτω χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον, καὶ οὗ χωρὶς ζῆν οὐκ ἔνι, μεταβολὴν δέχεται, πολλῷ μᾶλλον τὰ περιττὰ, καὶ οὐκ ἀναγκαίως ἡμῖν προκείμενα [13].

Verborum sensus hic est : Si sidera quæ in cœlo sunt, et perpetuo lucent, mutationi cuidam obnoxia sunt, et sol quidem defectum, ac luna decrementum patiatur; quomodo non extremæ amentiæ fuerit, durabilia et firma existimare ea quæ terrena sunt? Unde factum est, ut naturam eorum perfecte cognitam habens, neque cum adessent, gauderet, neque cum abessent, doleret. Lumen hoc fulgidum interit, evanescit, et non apparet. Vides quam causam mutationis luminarium assignet : creatura igitur non tantum ad Dei cognitionem, verum etiam ad philosophiam nobis sufficit. Cum solem magnum esse contemplatus fueris, opificem admirare; cum eclipsin pati videris, rerum humanarum sortem caducam addiscito, si enim quod omnium in terra splendidissimum est, desinit, minuitur, et interit; multo magis cætera omnia : si quod adeo utile et necessarium est, ac sine quo vivere non datur, mutationi obnoxium est; multo magis ea quæ superflua sunt, nec necessario nobis adjiciuntur.

« Εἰ δὲ καὶ πολλάκις εἶπον αἱ θεράπαιναί μου, Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι, λίαν μου χρηστοῦ ὄντος; »

Vers. 31, 32. « Quod si et sæpe dixerunt ancillæ meæ : Quis utique det nobis ut carnibus ejus satiemur? cum valde bonus essem. »

Ἆρα οὖν ταπεινὸς μὲν οὗτος ἦν, οὐχὶ δὲ ποθητὸς καὶ ἐπέραστος; Σκόπει κἀνταῦθα τὴν ὑπερβολήν· ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς δεινοῖς μετὰ πάσης σφοδρότητος τὰ ἐπενεχθέντα ἤνεγκεν, οὕτω καὶ ἐν τῇ εὐημερίᾳ

Num igitur humilis quidem hic erat, non autem desiderabilis et amabilis? Considera etiam hoc loco desiderii et amoris sui quem in aliis excitaverat, excessum : quemadmodum enim in adversis

[10] ἴσ. μετῆλθε. [11] γρ. περιῤῥέοντος; [12] ἴσ. λήγει. [13] ἴσ. προσκείμενα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mala ipsi inflicta fortiter admodum toleravit ; ita etiam in rebus prosperis omne virtutum genus, non casu quidem et temere, sed fastigium ipsum assecutus, copiose adimplevit : atque ita non solum erga alios, verum etiam erga famulos suos placidum et benignum se ostendit (hinc enim omnis animi moderatio se exserit, cum erga subditum, humanitatem, et non violentiam quis exercet) ; unde famuli ejus dicebant : *Quis utique det nobis, ut carnibus ejus satiemur ?* Hoc loco, insanum amorem quo servi eum prosequerentur enarrat, qui propter beneficia, quæ illis contulerat, flagranti eum affectu amplectebantur. Sic enim, inquit, a me unice pendebant, sic mihi adhærebant, sic clavis quasi affixi erant, sic me deperibant, ut præ flagrantis amoris excessu, ipsis carnibus meis devoratis et consumptis, saturari desideraverint : adeo ancillis meis supra modum benignus et jucundus eram, ut si ipsis carnibus meis expleri possibile fuisset, libenter hoc fecissent.

A τὴν ἀρετὴν ἑκάστην μετὰ πολλῆς κατώρθωσε τῆς περιουσίας, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἄκρον ἀφικόμενος· οὕτω καὶ ἥμερος, οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἄλλους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐδείκνυτο· ἐντεῦθεν γὰρ ἐπιείκεια ἅπασα, ὅταν πρὸς τὸν ὑποτεταγμένον φιλάνθρωπός τις ᾖ, καὶ μὴ βίαιος· ἔλεγον οὖν οἱ θεράποντες· *Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι ;* Ἐνταῦθα τὸν ἔρωτα διηγεῖται τῶν οἰκετῶν τὸν μανικὸν, ὃν περὶ αὐτὸν εἶχον, διακαεῖς αὐτοῦ καταστάντες ἐρασταὶ, ἀφ' ὧν αὐτὸς εἰς αὐτοὺς ἐπεδείκνυτο. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐξεκρέμαντό μου, οὕτως ἀντείχοντο, οὕτως ἦσαν προσηλωμένοι, οὕτως ἐρῶντες, ὡς ἐπιθυμεῖν καὶ αὐτῶν ἐμπλησθῆναι τῶν σαρκῶν [καταπιεῖν καὶ καταφαγεῖν], διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν καὶ ἐκκαίεσθαι· οὕτω λίαν ἥμην ταῖς θεραπαίναις χρηστὸς καὶ γλυκὺς, ὡς εἰ οἷόν τε ἦν καὶ αὐτῶν μου τῶν σαρκῶν ἐμφορηθῆναι, ἡδέως ἂν τοῦτο ἐποίουν.

B

Vers. 32. « Et foris non manebat hospes ; et ostium meum omni venienti patuit. »

Hoc hospitalitatis et nobilitatis ab Abrahamo tractæ indicium ; Domum, inquit, communem, et mensam communem, mea non mea, sed Domini existimans, possederam : Dominus dedit, conservis igitur distribuatur demensum. Vidisti humilitatem, vidisti humanitatem, vidisti benignitatem, vidisti liberalitatem, quod dextram omnibus expandens, et domum aperiens, commune C bonum cunctis exstiterit. Illud enim minime faciebat quod a plerisque fieri solet, qui diligentius eos observant, et curiosius in eos inquirunt quibus aliquid largiuntur ; verum, *ostium meum*, inquit, *omni patuit*, neque quisquam extra stabula tus est.

« Ἔξω δὲ οὐκ ηὐλίζετο ξένος, ἡ δὲ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο. »

Τοῦτο τῆς φιλοξενίας, καὶ Ἀβρααμιαίας εὐγενίας τὸ ἐπίσημον. Κοινὴν, φησὶν, ἐκεκτήμην τὴν οἰκίαν, κοινὴν τὴν τράπεζαν, οὐκ ἐμὰ τὰ ἐμὰ ἡγούμενος, ἀλλὰ Δεσποτικά. Ὁ Κύριος ἔδωκεν, οὐκοῦν διανεμέσθω τοῖς συνδούλοις τὸ σιτομέτριον. Εἶδες τὸ ταπεινὸν, εἶδες τὸ φιλάνθρωπον, εἶδες τὸ χρηστὸν, εἶδες τὸ δαψιλὲς, ὅτι κοινὸν ἦν ἀγαθὸν, πᾶσι τὴν δεξιὰν ἁπλώσας, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνοίξας. Οὐ γὰρ, ὃ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες τοὺς λαμβάνοντας, ἐποίει τοῦτο· ἀλλ', *Ἡ θύρα μου*, φησὶ, *παντὶ ἠνέῳκτο*, καὶ οὐδεὶς ἔξω ηὐλίζετο.

Vers. 33, 34. « Quod si et cum non sponte peccassem, abscondi peccatum meum ; non enim expavi turbam multitudinis, ut non enarrarem coram iis.

Ut justificeris, peccata tua tu primus aperi. Neminem, inquit, recte factorum testem adhibui, errorum autem omnes conscios esse volui ; unde urbis multitudinem non sum aversatus, quominus apud eos delictum meum confiterer.

« Εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως ἐκρυψα τὴν ἁμαρτίαν μου· οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθους, τοῦ μὴ ἐξαγορεῦσαι ἐνώπιον αὐτῶν. »

Λέγε σὺ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. Τῶν μὲν οὖν κατορθωμάτων, φησὶν, οὐδένα μάρτυρα ἐποιούμην, τῶν δὲ πταισμάτων πάντας ἐβουλόμην εἶναι τοὺς συνειδότας· διὸ οὐ διετράπην πολυοχλίαν πόλεως ἐπ' αὐτῶν ἐξαγορεῦσαι τὸ ἴδιον πταῖσμα.

D

Vers. 35. « Aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire januam meam ; quis mihi tribuat auditorem ? »

« Εἰ δὲ καὶ εἴασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν θύραν μου κόλπῳ κενῷ· τίς δῴη ἀκούοντά μου ; »

Quod dicit hujusmodi est : Si egenum despexi, neque mihi aurem quispiam præbeat. Vide autem quod non dixerit : Venienti tantum largitus sum ; sed, Ne recusantem quidem vacuum abire passus sum. Violentiam quippe iis adhibuit qui sponte sua eum præterire conabantur ; noverat enim hoc facto quæstum magnum sibi comparari. Quanta igitur contentione pauperes interpellare eos student, qui manum auxiliatricem præbere possunt, tantum ille studium adhibebat interturbando quasi eos qui beneficio ab eo afficiendi erant, neque sinu

Ὅ λέγει τοῦτό ἐστιν· Εἰ παρεβλεψάμην τὸν δεόμενον, μηδὲ ἐμοῦ τις ἀκουσάτω. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐλθόντι ἔδωκα, ἀλλ', Οὐδὲ μὴ βουλομένῳ συνεχώρησα. Βίαν ἐπῆγε τοῖς καὶ ἑκουσίως βουλομένοις αὐτὸν παρατρέχειν· ᾔδει γὰρ τὸ πρᾶγμα, ὅτι εὐπορία ἐστίν. Ὅσην τοίνυν οἱ πένητες σπουδὴν ἐποίουν διενοχλοῦντες τοὺς δυναμένους χεῖρα ὀρέξαι, τοσαύτην ἐκεῖνος ἐτίθετο διενοχλῶν τοὺς εὖ παθεῖν ὀφείλοντας, καὶ οὐκ εἴα ἐξελθεῖν κόλπῳ κενῷ· οὐ γὰρ μόνον ἐθεράπευεν αὐτοὺς ὑποδεχόμενος, ἀλλὰ πρὸς τῷ τρέφειν, καὶ ἐφόδια τῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μετὰ ταῦτα πενίας παρεῖχε πλουσίως καὶ ἱλαρῶς. A vacuo exire patiebatur : non enim solum tecto excipiens, obsequium eis præstabat, sed postquam cibo refecisset, viaticum ad paupertatem solandam copiose et hilariter largiebatur.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

« Ὑπολαβὼν δὲ Ἐλιοὺς ὁ τοῦ Βαραχιὴλ, ὁ Βουζίτης, εἶπε· Νεώτερος μέν εἰμι τῷ χρόνῳ, ὑμεῖς δέ ἐστε πρεσβύτεροι· διὸ ἡσύχασα, φοβηθεὶς τοῦ ὑμῖν ἀναγγεῖλαι τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιστήμην. »

Ἐκατέρωθεν οὖν αὐτοῦ τὴν σύνεσιν στοχαζόμεθα, ἀπό τε τῆς σιγῆς, ἀπό τε τῆς διαλέξεως. Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ· Καὶ τίνος ἕνεκεν μὴ παρὰ τὴν ἀρχὴν μεθ' ἡμῶν ἐμαχήσω ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ; ἐπὶ τὴν ἡλικίαν κατέφυγε, καί φησιν, ὅτι Προσδοκῶν γενναῖόν τι καὶ B θαυμαστὸν παρ' ὑμῶν λέγεσθαι, ἡσύχαζον. Ὅρα πῶς ἀφιλότιμος ἦν, πῶς παρεχώρει τῶν πρωτείων ἐκείνοις.

« Καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν τῷ Ἰὼβ ἐλέγχων, ἀνταποκρινόμενος ῥήματα αὐτοῦ ἐξ ὑμῶν. »

Ἢ οὖν τοῦτό φησιν, ὅτι Οὐδὲ τότε ὅτε ἠλέγχετε, ὡς ἔδει ἠλέγξατε, ἢ ὅτι ὕστερον ἐσιωπήσατε. Πάντως δὲ, φησὶν, οὐκ ἂν εἴποιτε, ὅτι Αὐτὸ τοῦτο σοφὸν ἐποιήσαμεν, ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ μερίδι προσετέθημεν, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ λόγους ἀνεδεξάμεθα· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡμάρτετε, ὅτι τε τὸν Ἰὼβ ἐλέγξαι οὐκ ἠδυνήθητε, καὶ ὅτι ἠνέσχεσθε αὐτοῦ τοιαῦτα λαλοῦντος, ὥστε ἄσοφον ὑμῶν καὶ τοῦτο· καὶ οὐ δύνασθε εἰπεῖν, ὅτι παρὰ Θεοῦ χάριν καὶ σοφίαν εὕρατε, ἅτε συνηγοροῦντες αὐτῷ· νενίκησθε γὰρ C ὑπὸ Ἰώβ.

« Ἐπτοήθησαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν ἔτι· ἐπαλαίωσαν ἐξ αὐτῶν λόγους· ὑπέμεινα· οὐ γὰρ ἐλάλησα, ὅτι ἔστηκαν, οὐκ ἀπεκρίθησαν. »

Φασί τινες, μὴ εἶναι τοὺς δύο στίχους τούτους τοῦ Ἐλιοὺς, ἀλλὰ τοῦ συγγραφέως, διαμέσου παραθέντος τὴν τῶν φίλων ἀποσιώπησιν· ἐγὼ δέ φημι καὶ τούτους εἶναι τοῦ Ἐλιοὺς, σχῆμα δὲ ἐνταῦθά ἐστι λόγου, τὸ καλούμενον, κατὰ *ἀποστροφήν*· ὡς γὰρ πρὸς ἕτερον μεταξὺ διαλεγόμενος, περὶ αὐτῶν φησιν, ὅτι Διὰ τοῦτο λαλῶ, ἐπειδήπερ οὗτοι κατεπλάγησαν τοῦ Ἰὼβ τὰ ῥήματα [18*], καὶ τοὺς ἑαυτῶν D λόγους παλαιοὺς, καὶ σαπροὺς, καὶ ἀχρείους ἔδειξαν διὰ τῆς σιωπῆς· ὅθεν καὶ ἐπάγει· *Ἐγὼ δὲ ὑπέμεινα, καὶ οὐκ ἐλάλησα*, οἰόμενος αὐτοὺς δύνασθαι ἀντειπεῖν· ἐπεὶ δὲ ἔστησαν, καὶ περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν, τοῖς τοῦ Ἰὼβ ἀνακοπέντες λόγοις, παρῆλθον διελέγξαι τὰ εἰρημένα.

« Ἡ δὲ γαστήρ μου ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους ζέων δεδεμένος. [*Ὁ δὲ Σύμμαχος*, Ὥσπερ οἶνος νέος ἀδιάπνευστος.] Ἢ ὥσπερ φυσητὴρ χαλκέως ἐῤῥηγώς. »

Ἐνταῦθα δείκνυται, ὅτι πάλαι ὁ Ἐλιοὺς ὠδίνων εἰπεῖν, ὑπέμεινε, καὶ ἐκαρτέρει, καὶ διαῤῥαγῆναι εἶχεν, ὥστε πολλῆς τῆς ὑπομονῆς χρεία· ὅπερ

[18*] *Ισ.* διὰ τὰ τοῦ Ἰὼβ ῥήματα.

CAP. XXXII.

Vers. 6. « Suscipiens autem Elius, filius Barachiel, Buzites, dixit : Junior quidem sum tempore, vos autem estis seniores ; quare silui, timens in vobis annuntiare meam ipsius scientiam. »

Prudentiæ ejus utrinque, ex silentio, scilicet, et ex sermone, conjecturam facimus. Ne enim quis fortasse diceret : Cur non ab initio nobiscum pro Deo decertasti ? ad ætatem confugit, inquiens, Dum generosum aliquid et admirandum a vobis proferri exspectarem, silentium egi. Vides quemadmodum honoris studio nequaquam ductus fuerit, quemadmodum primas illis detulerit.

Vers. 12. « Et ecce non erat ipsi Job qui arguere, qui vicissim responderet verbis ejus ex vobis. »

Vel hoc dicit : Neque tum cum redarguere etis, prout par erat redarguistis, neque eo quod postea silentium tenuistis, recte a vobis factum est. Quod autem Dei partibus nos adjunxerimus, et verbis eum defendere susceperimus, prudenter a nobis factum esse, nequaquam dixeritis ; nihilo enim secius peccastis, quod Jobum redarguere non potueritis, et talia eum loqui permiseritis, atque in hoc imprudentia vestra apparet : neque dicere potestis, quod a Deo, tanquam ipsi patrocinantes, gratiam et sapientiam acceperitis ; a Jobo enim victi estis.

Vers. 15, 16. « Exterriti sunt, non responderunt ultra ; veteres fecerunt ex se sermones ; sustinui, non enim locutus sum, quia steterunt, non responderunt. »

Dicunt nonnulli duos hos versus non esse Elii, sed libri auctoris, qui amicorum taciturnitatem hoc loco interserit : ego autem Elii esse dico, et figuram verbis inesse, quæ *apostrophe* dicitur ; de iis enim, tanquam cum alio sermonem interea haberet, loquitur. Quandoquidem illi propter Jobi verba perculsi erant, et silentio sermones suos antiquos, putidos, et inutiles esse ostenderant, ideo ego loquor ; unde etiam subjungit : *Ego autem sustinui, et non locutus sum*, arbitratus eos aliquid habere quod regererent ; postquam autem, Jobi sermonibus retusi, constitissent, nec ultra progredi possent, ad ea quæ dicta sunt reprehendenda, in medium prodii.

Vers. 19. « Venter autem meus, sicut uter musto fervens ligatus, (*Symmachus vero*, Sicut vinum novum quod respirare nequit.) aut veluti follis ærarii disruptus. »

Hic ostenditur, quod Elius diu loqui parturiens, sustinuerit, patienter tulerit, ac fere disrumperetur ; magna etiam patientia instrui eum oportebat : posse

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quippe verba comprimere, imprimis sapientiæ opus est.

A ἐστὶ μάλιστα σοφίας ἔργον, δύνασθαι ῥήματα κατασχεῖν.

CAP. XXXV.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Vers. 9, 10. « A multitudine calumniis appetiti vociferabuntur, clamabunt a brachio multorum. Et non dixit : Ubi est Deus qui fecit me, qui distribuit custodias nocturnas ? »

« Ἀπὸ πλήθους συκοφαντούμενοι κεκράξονται, βοήσονται ἀπὸ βραχίονος πολλῶν. Καὶ οὐκ εἶπε, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας με, ὁ κατατάσσων φυλακὰς νυκτερινάς ; »

Chrysost. et Orig. Vel nonne vides, quemadmodum in exercitu, omnia ordinata, et cum accurata diligentia unumquodque in ordine decoro se contineat, nihilque suos terminos transiliat, aut locum alienum invadat ? Hominibus igitur dormientibus, nullæ insidiæ struuntur ; cum enim feræ obambulant, tunc isti somnium capiunt. Vide autem, quod Elius laudes Dei et præconia persequatur, B cum de eo dicat. *Qui distribuit custodias nocturnas.* Vis autem videre quomodo Deus nocturnas vigilias distribuat ? Totum hujus vitæ tempus nox est et tenebræ, lux in posterum tibi reservatur ; nunc enim in speculo vides [m], lucem autem aliquando visurus est : nox enimvero universum hoc sæculum est, et vigiliis dispositis in nocte hac opus est, ut vigiles noctibus deputati, a latronibus, a feris, et hostibus, eos qui in nocte sunt, custodiant. Quinam vero sunt custodes ? Angeli, qui circa nos tentoria figunt, et castramentantur [n].

Χρυσοστ. καὶ *Ὡριγ.* Ἢ οὐχ ὁρᾷς, καθάπερ ἐν στρατοπέδῳ, πάντα διατεταγμένα, καὶ μετὰ πλείονος ἀκριβείας ἕκαστον ἐν τάξει μένον τῇ προσηκούσῃ, οὐδὲν τῶν πάντων τὸν οἰκεῖον ὑπερβαῖνον ὅρον, οὐδὲ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιπηδῶν χωρίοις ; Καθευδόντων γοῦν τῶν ἀνθρώπων, οὐδεὶς ἐπιβουλεύει· ὅτε τὰ θηρία διαβαίνει, τότε οὗτοι καθεύδουσιν. Ὅρα δὲ ὅτι ἐγκώμια τοῦ Θεοῦ καὶ ὕμνους διεξέρχεται ὁ Ἰὼβ [12*], λέγων περὶ αὐτοῦ, *Ὁ κατατάσσων φυλακὰς νυκτερινάς*. Θέλεις ἰδεῖν πῶς κατατάσσει φυλακὰς νυκτερινὰς ὁ Θεός ; Ὅλος ὁ αἰὼν οὗτος νύξ ἐστι, σκότος ἐστί· τὸ φῶς τηρεῖταί σοι· νῦν γὰρ δι' ἐσόπτρου βλέπεις, μέλλεις δέ ποτε βλέπειν τὸ φῶς· οὐκοῦν νύξ ἐστι πᾶς ὁ αἰὼν, καὶ χρεία τῶν φυλακῶν τεταγμένων εἰς νύκτα ταύτην, ἵνα οἱ φύλακες, οἱ ἐπὶ τῶν νυκτῶν, φρουρῶσι τοὺς ἐν νυξὶν ἀπὸ τῶν λῃστῶν, ἀπὸ τῶν θηρίων, ἀπὸ τῶν πολεμίων. Τίνες οἱ φύλακες ; Οἱ παρεμβάλλοντες ἄγγελοι.

Vers. 14. « Judicare autem coram eo, si potes collaudare eum, sicuti est et nunc. »

« Κρίθητι δὲ ἐναντίον αὐτοῦ, εἰ δύνασαι αὐτὸν αἰνέσαι, ὡς ἔστι καὶ νῦν. »

Olymp. et Chrysost. Dei, inquit, excellentiam animo tecum reputa, an laudum ejus præconium C intellectus tuus capere possit. Quid igitur est quod cum tanto ac tali in judicium descendere volueris, cum pro dignitate laudes ejus celebrare non possis ? neque hoc quidem, pro suppliciis quæ nunc pateris. Si enim, judicibus constitutis pro tribunali ageret, et causæ suæ firmamenta in medium proponeret, non laudibus eum efferre, non meritis honoribus, pro iis quæ nunc tibi evenerunt, cum injuria et supplicio te affectum esse existimas, prosequi valeres, Deum enim pro dignitate non posse laudare, magnum non est : in iis autem quæ nobis contingunt, non posse illum qui cum eo judicio contendere voluerit, dignis laudibus eum celebrare, magnum est.

Ὀλυμπ. καὶ *Χρυσοστ.* Ἀναλόγισαι, φησὶ, τοῦ Θεοῦ τὴν ἀξίαν, εἰ χωρήσοι τὸν ὕμνον ὁ λογισμός. Τί οὖν πρὸς τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἐθέλεις κριθῆναι, ὅπουγε μηδὲ πρὸς ἀξίαν αὐτὸν ὑμνολογῆσαι οἷός τε εἶ ; καὶ ταῦτα, ἐφ' οἷς νῦν σε τιμωρεῖται. Εἰ γὰρ δικαστήριον, φησὶν, ἐκάθισε, καὶ τὰ δικαιώματα προέθηκεν, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐπῄνεσας, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐδόξασας κατ' ἀξίαν ἐπὶ τοῖς εἰς σὲ γεγενημένοις νῦν, ὅτε νομίζεις ἀδικεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι· τὸ μὲν γὰρ, μὴ δύνασθαι κατ' ἀξίαν τὸν Θεὸν ὑμνεῖν, οὐδὲν μέγα· τὸ δὲ, μέλλοντα κρίνεσθαι πρὸς αὐτὸν, ἐν τοῖς πρὸς ἡμᾶς, μὴ δύνασθαι κατ' ἀξίαν αὐτὸν ὑμνεῖν, τοῦτο μέγα.

CAP. XXXVIII.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Vers. 1. « Et postquam quievit Elius loqui, dixit Dominus ad Job per turbinem et nubes. »

« Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι Ἐλιοὺν τῆς λέξεως, εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Ἰὼβ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν. »

Cum nubes cœli symbolum sit, ut Jobi mentem erigeret, ac vocem illam, quemadmodum in arcæ propitiatorio, desuper demissam persuaderet, cœlum ipsum quodammodo, thronum suum, coram Jobo sistere volens, propius illi admovit : quod in monte etiam mihi factum fuisse videtur, cum nubes imminueret, ut vocem ex alio demissam intelligerent.

Ἐπεὶ σύμβολον οὐρανοῦ νέφος, ὡσανεὶ αὐτὸν ἐπιστῆσαι βουλόμενος τὸν οὐρανὸν τῷ Ἰὼβ, οἱονεὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἤγαγε πλησίον αὐτοῦ, ὥστε διαναστῆναι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ πεῖσαι ὅτι ἄνωθεν αὕτη φέρεται ἡ φωνὴ, καθὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἱλαστηρίου τῆς κιβωτοῦ· τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ ὄρους γενέσθαι, ὅτε νεφέλη ἐπέστη, ἵνα μάθωσιν ὅτι ἄνωθεν ἡ φωνή.

[m] I Cor. XIII, 12, 13. [n] Psal. XXXIII, 7.

[12*] *Ισ.* Ἐλιούς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλήν; [*Σύμμαχος*, Σκοτεινὸς γνώμη,] συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν; »

VERS. 2. « Quis est hic qui celat me consilium? [*Symmachus*, sententia et mente tenebricosus?] continens autem sermones in corde, et me putat celare? »

Ὅρα τί ποιεῖ· ἐμοὶ δοκεῖ, ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων στοχαζομένῳ, ἕτερόν τι αὐτοῦ τὴν διάνοιαν εἰστέναι. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ ἦν ἃ κατὰ διάνοιαν ἔσχεν ὁ Ἰὼβ, καὶ εἰς μέσον ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμα, ἀπὸ τούτου πρώτου[14] διανίστησιν αὐτὸν, καὶ δείκνυσιν ὅτι προνοεῖ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ πάντα οἶδε σαφῶς· ὥστε ἀπὸ τῶν προτέρων ἐκείνων ἄρχεται, τῶν μᾶλλον ἀσυγγνώστων. Εἰ γὰρ ἅπερ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, οὕτω φορτικὰ καὶ ἐπαχθῆ, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνα· διὰ τοῦτο προτέροις αὐτοῖς ἐπιτίθησι τὸ φάρμακον· *Τίς οὗτος;* φησίν. Ὁμοῦ ἐκ προοιμίου δείκνυσι τὸ μέσον τοῦ Θεοῦ, οἷον· Τίς ὁ κρύπτειν ἀπ' ἐμοῦ ἐπιχειρῶν, εἰπέ μοι, τοῦ τὰ ἀπόῤῥητα μετ' ἀκριβείας εἰδότος; Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ οὐκ εἶπες αὐτὰ, οὐχὶ ῥήματά ἐστιν; Ἐτέχθη, καὶ γέγονε λόγος· ὥστε μάτην κρύπτειν βούλει ἃ λαθεῖν οὐκ ἔστιν. Ὁρᾷς πῶς ἡμέρως, πῶς διορθωτικῶς καὶ ἐλεγκτικῶς διαλέγεται.

Quid agat, considera. Mihi certe, ex verbis istis conjecturam facienti, aliud quidpiam animum Jobi subiisse videtur. Cum enim multa essent quæ mente secum volveret, nec in medium proferre auderet, statim in limine excitat eum Deus, et rerum humanarum providam curam se agere, omniaque evidenter scire ostendit : quare a prioribus illis, quæ veniam minus merebantur, sermonis initium ducit; nam si gravia adeo et molesta erant quæ eloqui est ausus, multo magis illa quæ suppresserat; quare prioribus illis medicinam adhibet : *Quis hic est?* inquit. Statim in sermonis exordio intervallum inter Deum et hominem ob oculos ponit; ac si diceret : Dic amabo, quisnam sis qui me, cui arcana et abdita accurata cognitione perspecta sunt, celare contendis? Num enim continuo verba non sunt, quia ea non protuleris? simul ac mens aliquid peperit, sermo est : quare frustra occultare ea studes, quæ latere nequeunt. Vides quam blando, et ad corrigendum ac reprehendendum idoneo sermone utatur.

« Ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου· ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀποκρίθητι. »

VERS. 3. « Accingere tanquam vir lumbum tuum : interrogabo autem te, tu autem responde mihi. »

Ἐπειδὴ καταβεβλημένος ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἦν, διανίστησιν αὐτὸν διὰ τῶν ῥημάτων, ὥστε προσέχειν τοῖς λεγομένοις· καὶ κατ' ἐρώτησιν προάγει τὸν λόγον, ὅπερ ἐστὶν ἐλεγκτικώτατον μάλιστα· καὶ δείκνυσιν, ὅτι πάντα σοφίᾳ καὶ συνέσει ποιεῖ[15], καὶ οὐκ ἦν τοῦ τοσαῦτα μετὰ σοφίας ἐργαζομένου, ἄνθρωπον, δι' ὃν ἅπαντα ἐτεκτήνατο, παριδεῖν ὡς ἔτυχε πάσχοντα κακῶς.

Quoniam Jobus mœrore confectus, animo concidisset, ut iis quæ dicenda erant advertere posset, verbis eum erigit; ac sermone interrogatorio utitur, quod genus loquendi redarguendi vim eximiam habet; et prudenter ac sapienter universa ab eo condita fuisse ostendit; et quod hominem, propter quem omnia fabricatus esset, casibus adversis oppressum negligere, partes ejus non essent, qui tanta cum prudentia operatus fuisset.

Ἀπόῤῥητα μανθάνομεν μυστήρια ὄντως· καὶ τὸ πρὸς τὸν Ἰὼβ εἰρημένον, οὐ πρὸς ἐκεῖνον εἴρηται μᾶλλον ἢ πρὸς ἡμᾶς· *Ζῶσαι ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφύν σου*· καὶ γὰρ ἡμῖν ταύτης δεῖ τῆς προθυμίας καὶ τῆς διαναστάσεως.

Arcana certe mysteria hinc discimus; et quod Jobo dictum erat : *Accingere tanquam vir lumbum tuum*, non magis illi quam nobis dictum est; hanc enim studii alacritatem, et animi promptitudinem nos etiam ostendere oportet.

« Ποῦ ἦς ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν; »

VERS. 4. « Ubi eras cum fundarem terram? »

Τί λέγεις, φησί; γῆν μὲν μετὰ ἀκριβείας τοσαύτης ἐστήριξα διὰ σὲ, σὲ δὲ παρόψομαι δι' ὃν ἐκείνην ἐποίησα; Διὰ τοῦτο οὐ λέγει τῆς πλάσεως τὴν σοφίαν, καὶ τὴν δημιουργίαν τὴν κατὰ τὴν κατασκευὴν, ἀλλ' ἐκ περιουσίας ἀπὸ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ δεικνὺς, ὅτι Εἰ ὁ κόσμος ἀπολαύει τοσαύτης προνοίας διὰ σὲ, πόσῳ μᾶλλον σύ; Οὐκ εἶπε δὲ, Ὅτε ἐποίησα· ἀλλ', Ὅτε ἐθεμελίωσα· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ στῆναι[16] αὐτὴν, μεγάλης τέχνης ἦν, οὐκ ἔχουσαν θεμέλιον, οὔτε κρηπῖδα, οὔτε ὑποβάθραν, σώματος ὄγκον τοσοῦτον ἐναρμόσαι, καὶ πῆξαι βεβαίως οὕτως, ὡς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ μὴ παρασαλευθῆναι.

Quid ais, inquit? Egone qui terram tua causa tanta solertia stabilivi, te, propter quem illam creavi, neglecturus sum? Ac propterea prudentiam qua hominem plasmavit, et opificium quo usus est dum eum fabricaret, tacet, argumentoque a terra et cœlo petito, abunde illud demonstrat; si mundus tua causa tantam providentiam experitur, quanto magis tibi ipsi providentia invigilat? Non autem dixit, *cum crearem*; sed, *cum fundarem*: terram enim, nullo fundamento, basi, aut fultura nixam, statuere, ac tantam corporis molem apte adeo concinnare, firmiterque stabilire, ut tam longo temporis spatio sedibus suis inconcussa maneat, rari et eximii artificii opus erat.

« Τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς, εἰ οἶδας; ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτῆς; »

VERS. 5. « Quis posuit mensuras ejus, si nosti? aut quis est qui induxit super eam funiculum? »

[14] *Isc.* τοῦ πρώτου. [15] *Isc.* ἐποίει. [16] *Isc.* στῆσαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Non igitur temere et fortuito tantæ molis facta est terra; verum meo judicio, si vel tantillum ei adderetur, nimia et immodica esse; ac pari ratione, si detraheretur, tota lædi et corrumpi videretur: et hoc est quod *mensuræ* et *funiculus* innuunt.

A Ἆρα οὐχ ἁπλῶς τοσαύτη γεγένηται ἡ γῆ, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, εἰ καὶ τὸ τυχὸν προσετέθη, ἄκαιρον εἶναι, καὶ εἴπερ ἀφῃρέθη ὁμοίως τῷ λόγῳ, πᾶσαν αὐτὴν λυμήνασθαι· καὶ τοῦτο αἰνίττεται τὰ *μέτρα* καὶ τὸ *σπαρτίον*.

Vers. 10. « Et posui illi terminos, circumponens claustra et portas. »

Mare hoc loco adeo firmiter et in tuto situm esse, ac si vinculis constringeretur, ostendit: firmitatem enim his verbis, sequentibus autem, operis facilitatem ob oculos proponit; subjungit enim:

« Ἐθέμην δὲ αὐτῇ ὅρια, περιθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλας. »

Ἐνταῦθα δείκνυσιν ὅτι οὕτως ἀσφαλῶς ἕστηκεν, ὡσανεὶ δεδεμένη. Διὰ μὲν οὖν τούτου, τὸ ἀσφαλές· διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς, τὸ εὔκολον δείκνυσιν· ἐπάγει γάρ·

Vers. 13. « Excutere impios ex ea. »

« Ἐκτινάξαι ἀσεβεῖς ἐξ αὐτῆς. »

Latrones, bustorum violatores, et reliquam eorum turbam intelligit, qui ad patranda sua scelera, noctis adminiculo utuntur: hi enim, luce exorta, non amplius in terra libere vagari audent, sed ex ea B exterminantur, ac in latebris abduntur, quia lucem, scilicet, quæ opera illorum arguit, oderunt.

Περὶ τῶν λῃστῶν, καὶ τῶν τυμβωρύχων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων λέγει, τῶν τῇ νυκτὶ πρὸς τὴν οἰκείαν κεχρημένων πονηρίαν· οὗτοι γὰρ, τοῦ φωτὸς ἀνατείλαντος, οὐκέτι ἐπὶ τῆς γῆς παῤῥησιάζονται, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἐκτινάσσονται, καὶ συστέλλονται· μισοῦσι γὰρ τὸ φῶς, ὡς ἐλέγχον αὐτούς.

Vers. 14. « Aut tu sumens terram lutum, plasmasti animal, et idoneum ad loquendum eum posuisti super terram. »

« Ἢ σὺ λαβὼν γῆν πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, καὶ λαλητὸν αὐτὸν ἔθου ἐπὶ γῆς; »

Olympiodori, Severi et *Chrysostomi*. Num tu, inquit, o Jobe, accepto pulvere aqua madefacto, hominem e terra finxisti? num ratione, prout ego, eum ornasti? et mundi ornamentum ostendisti; Unde apparet cætera animantia ratione destituta fuisse, quam quidem Deus homini, tanquam ipsi peculiarem, attribuit; *animal* enim *idoneum ad loquendum*, rationale vocat. Illud autem: *Poni super terram*, est, omnium quæ in terra sunt dominum C constitui. Adeo ut propter utrumque hoc Deum ego admirer, quod corpus humanum corruptioni obnoxium condiderit, et quod potentiam ac sapientiam suam in corruptione manifestaverit (substantiæ enim vilitas, artificii penuriam et difficultatem præcipue declarat), quod luto, scilicet, et cineri tantam harmoniam, ac tales sensus, tam varios et omnigenos, quique tam largam philosophandi materiam præbeant, indiderit: e terra etenim, quæ materiam tantum tegulæ et lateri ministrat, oculum tam pulchrum fabricare, tantisque viribus instruere valuit, ut exiguæ pupillæ perceptione tot numero corpora videre et complecti possit.

Ὀλυμπιοδώρου, Σεβήρου καὶ *Χρυσοστόμου*. Ἀλλὰ [16*] σὺ, φησὶν, ὦ Ἰὼβ, λαβὼν χοῦν ὕδατι βεβρεγμένον, ἀπὸ γῆς ἔπλασας ἄνθρωπον; καὶ λόγῳ τοῦτον ἐκόσμησας, ὥσπερ ἐγώ; καὶ τοῦ κόσμου κόσμον ἀνέδειξας; Ὅθεν δῆλον ὅτι τὰ ἄλλα οὐκ εἶχε τὸ λογικόν· οὐ [17] γὰρ ἂν ὡς ἐξαίρετον αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ προσῆψε· *λαλητὸν* γάρ, τὸ λογικόν φησι *ζῶον*. Τὸ δὲ, *Τεθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς*, τὸ ταχθῆναι κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Ὡς ἔγωγε δι' ἀμφότερα ταῦτα θαυμάζω τὸν Θεὸν, ὅτι τε φθαρτὸν τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐποίησε, καὶ ὅτι ἐν τῇ φθορᾷ τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἐπέδειξε καὶ σοφίαν· τὸ γὰρ εὐτελὲς τῆς οὐσίας, τοῦτο δείκνυσι μάλιστα τῆς τέχνης τὸ εὔπορον [18] καὶ εὐμήχανον· ὅτι ἐν πηλῷ καὶ τέφρᾳ τοσαύτην ἐνέθηκεν ἁρμονίαν, καὶ τοιαύτας αἰσθήσεις, οὕτω ποικίλας καὶ παντοδαπὰς, καὶ τοιαῦτα δυναμένας φιλοσοφεῖν· καὶ γὰρ ἀπὸ γῆς, τῆς ὕλης ἧς γίνεται κέραμος καὶ πλίνθος μόνον, ἴσχυσεν ὀφθαλμὸν οὕτω ποιῆσαι καλὸν, καὶ τοσαύτην ἐκθεῖναι τούτῳ δύναμιν, ὡς μικρᾶς κόρης ἀντιλήψει τοσαῦτα ὁρᾷν καὶ περιλαμβάνειν σώματα.

Vers. 22, 23. « Aut venisti in thesauros nivis? aut thesauros grandinis vidisti? et reposita sunt tibi in tempus inimicorum, in diem bellorum et pugnæ. »

« Ἦλθες δὲ ἐπὶ θησαυροὺς χιόνος; θησαυροὺς δὲ χαλάζης ἑώρακας; ἀπόκεινται δέ σοι εἰς ὥραν ἐχθρῶν, εἰς ἡμέραν πολέμων καὶ μάχης. »

Chrysostomi et *Olympiodori*. Thesauros dicit, non quia apothecæ sint, sed quia prompte cum ipsi visum fuerit, ea tanquam ex thesauris excutiens ostendat. Nosti igitur, inquit, qua ratione nivem et grandinem quæ non videntur, apparere faciam? vel an contra hostes uti his poteris, prout ego possum? Vides quod opportunitatem earum rerum his verbis ostendat, quod, scilicet, non temere, sed tempore opportuno eveniant; nive enim et grandine contra hostes utitur, et cum supplicio aliquos punire vult.

Χρυσοστόμου καὶ *Ὀλυμπιοδώρου*. Θησαυροὺς λέγει, οὐχ ὅτι ἀποθῆκαί εἰσιν, ἀλλ' ὅτι ἑτοίμως οὕτως, ὥσπερ καὶ ἐκ θησαυρῶν ἐκβάλλων, δείκνυσιν αὐτὰ ὅταν βούληται. Οἶσθα οὖν, φησὶ, πῶς τὴν μὴ φαινομένην χιόνα καὶ χάλαζαν ἐκφαίνεσθαι παρασκευάζω; ἢ δυνατὸς εἶ τούτοις κατὰ πολεμίων χρήσασθαι, ὅπερ ἐγὼ ποιεῖν ἱκανός; Ὁρᾷς ὅτι τοῦτο βούλεται τὸ εὔκαιρον δηλῶσαι, ὡς ἄρα κατὰ καιρὸν τοῦτο γίνεται, καὶ οὐχ ἁπλῶς· κέχρηται γὰρ τῇ χιόνι καὶ τῇ χαλάζῃ κατὰ πολεμίων, καὶ ὅταν τινὰς βού-

[16*] *Ισ.* Ἆρα. [17] *Ισ.* δ. [18] *Ισ.* ἄπορον καὶ ἀμήχανον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ληται τιμωρήσασθαι. Εἶτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων διέξεισιν, ὑετῶν, λέγω, καὶ πάχνης, καὶ ἀνέμων.

« Ἀποστελεῖς δὲ κεραυνοὺς, καὶ πορεύσονται; ἐροῦσί σοι, Τί ἐστιν; »

Ὁρᾷς καὶ κεραυνοὺς ἀποκρινομένους· οὐχ ὅτι οἱ κεραυνοὶ ἐροῦσι· *Τί ἐστιν;* ἀλλ' ὅτι πάντα, καθάπερ ἔμψυχα, οὕτως ὑπακούει τῷ Θεῷ.

« Τίς δὲ ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; »

Σεβήρου, Χρυσοστόμου καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεολ. Ἀπαριθμούμενος τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν, καὶ θαλάσσης κλεῖθρα, καὶ ἀστέρων θέσιν, καὶ ὑετοῦ ῥύσιν, καὶ τ' ἄλλα δι' ὧν κυβερνᾷ τὴν ἡμετέραν ζωὴν, Τίς, φησὶ, γυναῖκας, καίτοι τὰ ἄλλα ἀσθενεῖς οὔσας, ἐσόφισεν εἰς ὑφασμάτων κατασκευὴν, καὶ εἰς τὸ ταῦτα καταποικίλλειν ταῖς τῶν ἐρίων βαφαῖς τε καὶ χρώμασιν; Ἀναμίγνυσι δὲ ἡ θεία Γραφὴ τοῖς μεγάλοις τὰ μικρὰ, καὶ γυναικῶν θαυμάζει *σοφίαν* τὴν ἐν ὑφάσμασι, *Τίς ἔδωκε*, λέγουσα, *γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην;* Ζώου λογικοῦ τούτου[19], καὶ περιττοῦ τὴν σοφίαν, καὶ μέχρι τῶν οὐρανίων ὁδεύοντος· οὐ γὰρ ἡ τυχοῦσα σοφία αὕτη ποικίλη τις οὖσα, οὐδὲ μικρὰ ἡ χρῆσις. Οὐκ ἀτημέλιστα[20] οὖν ἡ περὶ τοὺς ἱστοὺς φιλοτεχνία, οὐδὲ ἀπέῤῥιπται ὡς περιττὴ, ἀλλ' ἔνεστι κἀν τούτοις[21] θεία σοφία, καὶ ἣν οὐκ αἰσχύνεται Θεὸς ἰδίαν ἀποκαλεῖν, οὐκ ἄλλον λέγων εἶναι ταύτης δοτῆρα καὶ χορηγὸν ἀλλ' ἑαυτόν.

« Θηρεύσεις δὲ λέουσι βορὰν, ψυχὰς δὲ δρακόντων ἐμπλήσεις; Δεδοίκασι γὰρ ἐν κοίταις αὐτῶν, κάθηνται δὲ ἐν ὕλαις ἐνεδρεύοντες. »

Τίνος δὲ ἕνεκεν ταῦτά φησι; ὅτι εἰ τῶν περιττῶν τοσαύτην ποιοῦμαι πρόνοιαν, τῶν οὐδὲ εἰς δουλείαν ὑμῖν χρησίμων, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμῶν; τί γὰρ τοσοῦτον ὄφελος ἀνθρώπῳ ἐκ τῶν τοιούτων;

A Deinceps de aliis omnibus, de pluviis, inquam, pruina, et ventis disserit.

Vers. 35. « Mittes autem fulmina, et ibunt? aut dicent tibi: Quid est? »

Vides fulmina etiam respondere; non quod fulmina dicant: *Quid est?* sed quia omnia, ac si animata essent, Deo obtemperent.

Vers. 36. Quis autem dedit mulieribus texturæ sapientiam, aut variegandi scientiam?

Severi, Chrysostomi et *Gregorii Theologi.* Cum cœli et terræ creationem, maris claustra, siderum situs, pluviæ fluxum, et alia quibus vitam nostram gubernat, enumerasset: Quis, inquit, mulieres, alias imbecilles, textilium artificium, et ut lanarum tinB cturis ac coloribus ea variegarent, largitus est? Magnis autem Scriptura etiam parva admiscet, et feminarum in textilibus conficiendis sapientiam admiratur, dicendo: *Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, et variegandi scientiam?* Hoc enim animalis est ratione præditi, quod prudentia excellit, et ad cœlestia usque penetrat: non enim vulgaris est hæc variegandi sapientia, neque usus ejus exiguus. Non neglecta igitur jacet texturæ ars, neque tanquam supervacanea abjicitur, sed in hac etiam divina sapientia inest, quam Deus non erubescit suam vocare, cum non alium, sed seipsum ejus datorem et subministratorem esse dicat.

Vers. 39, 40. « Aut venaberis leonibus escam, C aut animas draconum replebis? Timuerunt enim in cubilibus eorum, et sedent in silvis insidiantes. »

Quorsum vero hæc dicit? Si supervacaneas, inquit, belluas et minime necessarias, quæ vestro servitio utilitatem nullam præstant, tanta providentia complector; an non multo magis vos? quem fructum enim et utilitatem homo ex hujusmodi percipit?

ΚΕΦ. ΛΘ'.

« Εἰ ἔγνως καιρὸν τοκετοῦ τραγελάφων πέτρας, ἐφύλαξας δὲ ὠδῖνας ἐλάφων, ἠρίθμησας δὲ μῆνας αὐτῶν πλήρεις τοκετοῦ αὐτῶν, ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἔλυσας, ἐξέθρεψας δὲ αὐτῶν τὰ παιδία ἔξω φόβου, ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἐξαποστελεῖς; »

Καλῶς δὲ εἶπεν, *ἐφύλαξας*· ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ ἐν φυγῇ, καὶ φόβῳ καὶ, ἀτονίᾳ[22] τὸ ζῶον ἀεὶ πηδῶν καὶ ἐναλλόμενον[23], πῶς, φησὶν, οὐκ ἀμβλώσκει, ἀλλὰ πλήρης ὁ τόκος ἐξέρχεται; Τὸ δὲ, *Ὠδῖνας αὐτῶν ἔλυσας*, ἐμφαντικῶς εἴρηται· αὐτομάτως γὰρ ἀποκύουσιν, οὐ δεόμεναι μαιεύσεως. Τὸ δὲ, *Ἐξέθρεψας αὐτῶν τὰ παιδία ἔξω φόβου;* σαφέστερον ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν, εἰπών· *Ἐὰν δώσουσι τὰ παιδία αὐτῶν, διασώσεις αὐτά;* Τὸ δὲ, *Ἐξαποστελεῖς ὠδῖνας αὐτῶν;* εἰ μὲν ὠδῖνας αὐτῶν τὸ πάθος νοήσεις, τὸ, *ἐξαποστελεῖς*, ἀντὶ τοῦ, *παύσεις*, παρείληπται· Παύσεις γὰρ, φησὶ, τὰς ὠδῖνας· [24] τὰ

D

Vers. 1-3. « Si cognovisti tempus pariendi tragelaphorum petræ, aut partus cervarum custodisti, et numerasti menses earum plenos partus earum, et dolores earum solvisti, et nutristi hinnulos earum sine metu, et partus earum emittes? »

Recte autem dixit, *custodisti:* Quomodo enim, inquit, cum animal in fuga, metu et formidine semper sit, ac perpetuo saliat et subsiliat, abortum non patitur, sed fetum absolutum edit? Illud vero, *Dolores earum solvisti*, per emphasin dictum est; sponte enim sua pariunt, nec obstetricis ope indigent. Illud autem: *Nutristi hinnulos earum sine metu?* Theodotio evidentius interpretatus est, dicens, *Si dederint parvulos suos, salvabis eos?* Illud vero, *Partus earum emittes?* si passionem ipsam et dolores in partu, *partus* nomine intellexeris, *emittes*, pro, *cessare facies*, sumitur; sistes enim, in-

[19] *Ισ.* τοῦτο. [20] *Ισ.* ἀτημελεῖται. [21] *Ισ.* ταύτῃ. [22] *Ισ.* ἀγωνίᾳ. [23] *Ισ.* ἀλλόμενον. [24] *Ισ.* suppl. εἰ δέ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quit, dolores partus, ne semper in iis sint : sin autem, *partus*, pro partu editis et in lucem natis acceperis, illud *emittes*, idem est quod, *ablegabis ;* quod Symmachus sua versione innuit, *Quæ peperierunt, derelinquunt :* postquam enim fetus recenter editos ad tempus educaverint, quo libitum iis est, abire sinunt. Atque hunc sensum versus qui proxime sequitur exhibet.

A ὠδινηθέντα καὶ τεθέντα [25] ἐκλήψῃ, τὸ, *ἐξαποστελεῖς*, τὸ, *ἐκπέμψεις* αὐτὰ, δηλοῖ· ὃ καὶ Σύμμαχος ἠνίξατο ἐκδούς· Ἃ *ὠδίνησαν* [26] *ἀπολείπουσι*· μετὰ γὰρ τὸ ἐκθρέψαι τὰ νεογνὰ, ἐῶσι ταῦτα ὅποι φίλιον [27] αὐτοῖς πορεύεσθαι. Ταύτην τὴν διάνοιαν καὶ ὁ ἑξῆς στίχος παρίστησιν·

Vers. 5-7. « Quis autem est qui dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis resolvit ? »

« Τίς δέ ἐστιν ὁ ἀφεὶς ὄνον ἄγριον ἐλεύθερον, δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν; »

Quis hoc, inquit, ita disposuit ? Quis naturæ leges sancivit ? Cum enim illæ perpetuæ sint, nec labem ullam aut corruptelam patiantur, robustum illud animal et indomitum, licet millies studiose contenderis, in potestatem tuam non rediges, neque cicur et mansuetum reddes.

Τίς τοῦτο διετύπωσε, φησί; Τίς τοὺς τῆς φύσεως νόμους διέθηκεν [28]; Ὅτι γὰρ νόμοι διηνεκεῖς εἰσι, καὶ οὐ παραφθείρονται, ἰσχυρὸν τὸ ζῶον καὶ ἀδάμαστον, κἂν μυρία φιλονεικῇς, οὐκ ἄξεις ὑπὸ τὴν χεῖρα τὴν σήν.

B

Vers. 19. « An tu circumdedisti equo virtutem [*Symmachus*, hinnitum, *Theodotio vero*, clamorem, *reddidit*], et induisti collum ejus timore. »

« Ἢ σὺ περιέθηκας ἵππῳ δύναμιν [*Ὁ Θεοδοτίων δὲ καὶ Σύμμαχος, ὁ μὲν* χρεμετισμὸν, *ὁ δὲ* κραυγὴν, *ἐξέδωκεν*], ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον; »

Equi, animalis cicuris, mentionem faciens, ad id quod vitæ humanæ utilitatem maximam affert, orationem traducit, et multa de hoc animali narrat ; quemadmodum elatum, et erectum, et ad bellum aptum sit, et quemadmodum homini salvando idoneum exsistat. Vides utrumque, asinum simul silvestrem et equum, superbum et elatum esse, hunc autem homini subjectum, illum vero nequaquam.

Ἐπὶ τὰ χρησιμώτατα [29] μετάγει τὸν λόγον, ἵππου μνημονεύων τοῦ χειροήθους, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ ζώου τούτου διαλέγεται· πῶς γαῦρον, πῶς ἀνεστηκὸς, πῶς πρὸς πόλεμον ἐπιτήδειον, πῶς ἱκανὸν ἄνθρωπον διασῶσαι. Ὁρᾷς ἕκαστον γαῦρον, καὶ τὸν ὄνον, καὶ τοῦτον· ἀλλὰ τὸν μὲν ὑποκείμενον, τὸν δὲ οὔ.

Vers. 24. « Nec credet donec significaverit tuba. »

C « Οὐ μὴ πιστεύσῃ ἕως ἂν σημάνῃ σάλπιγξ. »

Tubam, inquit, audit, et belli signum novit, ac e longinquo sonitum bellicum edit.

Ἀκούει, φησὶ, σάλπιγγος, καὶ οἶδε τοῦ πολέμου τὸ σύνθημα, καὶ πόῤῥωθεν ἀλαλάζει πολεμικόν.

Vers. 26. « Ex tua vero scientia stetit accipiter, expansis pennis immobilis, respiciens quæ ad Austrum. »

« Ἐκ δὲ τῆς σῆς ἐπιστήμης ἔστηκεν ἱέραξ, ἀναπετάσας τὰς πτέρυγας ἀκίνητος, καθορῶν τὰ πρὸς Νότον. »

Vide quam multa paucis verbis complectatur. Cur neque bovis, neque ovium, neque ejusmodi pecorum meminit, sed inutilium, et eorum quæ frustra exsistere videntur ? Ut, si erga illa animalia tanta sit Dei sapientia et providentia, multo magis erga hoc genus esse ostenderet.

Ὅρα ἐξ ὀλίγων πόσα φησί. Τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐμνήσθη βοὸς, οὐδὲ προβάτων, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδενὸς, ἀλλὰ τῶν ἀχρήστων, καὶ εἰκῇ δοκούντων εἶναι; δεικνὺς ὅτι εἰ ἐν ἐκείνοις σοφία τοσαύτη καὶ πρόνοια, πολλῷ μᾶλλον ἐν τούτοις.

CAP. XL.

ΚΕΦ. Μ'.

Vers. 4. « Nunquid brachium est tibi instar Domini ? »

« Ἢ βραχίων σοί ἐστι κατὰ τοῦ Κυρίου [30]; »

D

Ex iis, inquit, quæ de anni tempestatibus, de meteoris, de Providentia erga genus animantium scisitabantur, manifestum est quod homines mihi curæ sint : cur autem talem tentationem tibi inflixerim, nuper audivisti, quod, scilicet, virtutis tuæ declaratio, ut documentum ejus præberes, causa fuerit derelictionis. Hic autem vires meas et potentiam disce, et quod instar bellatoris vulnerari te non passus sim : quo enim robore præditus es, ut in prælium tecum descendam ? Num brachium tibi est instar brachii Domini ? aut pari potentia armatus es ?

Ὃ [31] μὲν μέλλει [32] μοι, φησὶ, περὶ τῶν ἀνθρώπων, δῆλον ἐκεῖθεν ἀφ' ὧν περιορῶν [33], καὶ μετεώρων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ζώοις Προνοίας ἠρώτηται. Τίνος δὲ ἕνεκεν τοῦτον ἐπήγαγόν σοι τὸν πειρασμὸν, νῦν ἤκουσας, ὅτι αἰτία τῆς ἐγκαταλείψεως, ἡ τῆς σῆς ἀρετῆς φανέρωσις, ἵνα δοίης ταύτης δοκίμιον. Ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐμὴν μάνθανε δύναμιν, καὶ ὅτι οὐ πολεμῶν, πληγῆναί σε συνεχώρησα· ἐπεὶ ποία σοί ἐστιν ἰσχὺς, ἵνα καὶ εἰς πόλεμον ἀντικατασταθῶ σοι; Ἢ βραχίων σοί ἐστι κατὰ τὸν Κυρίου βραχίονα; ἢ δύναμιν ἔχεις ἰσοσθενῆ;

[25] *Ισ.* τεχ.θέντα. [26] *Ισ.* ὠδιναν. [27] *Ισ.* φίλον. [28] γρ. τέθεικεν. [29] *Ισ.* τὸ χρησιμώτατον. [30] *Ισ.* Κύριον. ut in ms. Theclæ. [31] *Ισ.* Ὅτι [32] *Ισ.* μέλει. [33] *Ισ.* περὶ ὧν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« Ἡ φωνῇ κατ' αὐτοῦ[84] βροντᾷς; »

Οὐκ ἄρα πρὸς ἐπίδειξιν ἡ βροντὴ, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἀλλὰ πρὸς θεογνωσίαν. Ὅρα δι' ὅσων τὸ ταπεινὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐλέγχει. Καὶ οὐ λέγει, ὅτι Ταπεινὸς σύ· ἀλλ', ὅτι Μέγας ἐγὼ, καὶ οὐ δύνασαι ἅπερ ἐγώ.

« Ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ θηρία παρὰ σοὶ, χόρτον ἴσα βουσὶν ἐσθίουσιν. »

Ἔστι δὲ καὶ περὶ θηρίων αἰσθητῶν νοῆσαι τὸν στίχον, ἃ καὶ τὴν φύσιν πολλάκις Θεοῦ βουληθέντος ἠγνόησεν· τὸ γὰρ θαυμαστὸν, ὅτι τὸ θηρίον οὐχ αἱμοβόρον ἐστὶν, ἀλλὰ τὴν τοῦ βοὸς σιτεῖται τροφήν. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο παράδοξον, πυνθάνεται τοῦ Ἰὼβ, εἰ καὶ παρ' αὐτῷ τοιοῦτόν τι γίνεται, ὥστε τὰ θηρία χόρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ μὴ σάρκας. Εἶτα λέγει περὶ δύο τινῶν, τοῦ μὲν χερσαίου, τοῦ δὲ ἐνύδρου καὶ θαλαττίου. Καὶ οὐκ ἀγνοοῦμεν ὅτι πολλοὶ περὶ τοῦ διαβόλου ταῦτα εἰρῆσθαι νομίζουσι, κατὰ ἀναγωγὴν ἐκλαμβάνοντες· δεῖ δὲ πρότερον τῆς ἱστορίας ἐπιμεληθῆναι, καὶ πότε ἔστι τὸν ἀκροατὴν ὠφελεῖν καὶ ἐκ τῆς ἀναγωγῆς, μὴ παριδεῖν.

« Ἐνσιτοῦνται δὲ ἐν αὐτῷ ἔθνη, μεριτεύονται δὲ αὐτὸν Φοινίκων ἔθνη. » [Ἀκύλας δὲ, Ἡμισεύσουσιν αὐτὸν μεταξὺ Χαναναίων.]

Τοσοῦτος αὐτῷ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος ἐστὶν, ὡς δυνηθῆναι ὁλοκλήρῳ ἔθνει ἀρκέσαι. Οὐ γὰρ δὴ ὡς τούτου μέλλοντος γίνεσθαι, ταῦτά φησι. Φοινίκων δὲ ἐμνήσθη διὰ τὴν ἐμπορίαν.

ΚΕΦ. ΜΒ'.

« Διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην· ἥγημαι δὲ ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδόν. »

Ταῦτα ἀπολογία ὑπὲρ τῶν προτέρων ἁπάντων· οὐδὲ γὰρ ἀπαλλαγὴς τοῦ πειρασμοῦ ταῦτά φησιν, ἀλλ' ἔτι ἐν τοῖς δεινοῖς ὢν παλινῳδίαν ᾖσεν. Οὐδὲν, φησὶν, ἐμαυτὸν τίθεμαι, ἀπολογίαν ὑπὲρ τῶν προτέρων ποιοῦμαι, καὶ τούτων ἀνάξιος[85] ἥμην ἐγώ. Τί οὖν ὁ Θεός; Ἐπειδὴ ἑαυτὸν κατεδίκασε, τότε ἐδικαίωσεν αὐτόν. Θεώρει δὲ τοὺς ἁγίους ἄνδρας, πῶς ὅτε μειζόνων ἀξιοῦνται, πλείονα κτῶνται ταπεινοφροσύνην· οὕτω καὶ Ἀβραὰμ, ὅτε εἶδε τὸν Κύριον, εἶπεν· *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός.*

« Νῦν δὲ λάβετε ἑπτὰ μόσχους, καὶ ἑπτὰ κριοὺς, καὶ πορεύθητε πρὸς τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, καὶ ποιήσει κάρπωσιν ὑπὲρ ὑμῶν. »

Οὐκ ἂν τοῦτο προσέταξεν, εἰ νόμος ἦν· ἀλλ' αὐτὸς ἱερεὺς γίνεται, ἐκείνων προσαγόντων τὰς θυσίας· καὶ ὅρα, προσήνεγκεν ὑπὲρ τῶν παίδων, προσφέρει ὑπὲρ τῶν φίλων. Ὁρᾷς πῶς τὸ ἀμνησίκακον αὐτοῦ δεικνὺς, μάρτυρας αὐτοὺς ποιεῖ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρός· καὶ δείκνυσι τῆς ἁμαρτίας τὸ μέγεθος, καὶ διὰ τῆς ὑπερβολῆς τῆς κατὰ τὴν προσφοράν· οὐ

A Vers. 5. « Aut voce sicut ille tonas? »

Tonitru igitur et reliqua omnia, non ad inanem ostentationem, sed ad Dei notitiam facta sunt. Vide quot argumentis vilitatem naturæ ejus arguat. Non enim dicit: Tu humilis et abjectus es; verum, Magnus ego sum, neque quæ ego præstare, tu potes.

Vers. 10. « Verum utique ecce bestiæ apud te, fenum sicut boves comedunt. »

Potest etiam versus de bestiis sub sensum cadentibus intelligi, quæ sæpenumero voluntate divina naturam dedidicerunt: belluam enim sanguine minime vesci, sed bovis alimento uti, admirandum est. Cum igitur hoc admiratione non careat, Jobum B interrogat Deus, an in ejus potestate tale quidpiam sit, ut bestiæ feno, non autem carnibus vescantur. Deinde de duabus speciatim, una quidem terrestri, alia vero aquatili et marina disserit. Plerosque autem anagogice accipiendo, de diabolo hæc dicta esse existimare, non ignoramus: historiæ vero ratio in primis habenda est, neque cum ad auditorem utilitas aliqua redundare poterit, anagogia negligenda est.

Vers. 25. « Pascuntur autem in eo gentes, partiuntur autem eum gentes Phœnicum. » [*Aquila vero*, Dimidiabunt eum inter Chananæos.]

Tanta est corporis ejus moles, ut genti alicui universæ sufficere possit. Hoc autem dicit, non quod ita aliquando evasurum sit. Phœnicum vero C propter mercaturam mentionem facit.

CAP. XLII.

Vers. 6. « Quamobrem sprevi meipsum, et extabui: putavi autem me terram et cinerem. »

Superiorum omnium excusationem hic habes; Jobus enim cum hæc loqueretur, a tentatione liber non erat, sed calamitatibus oppressus palinodiam cecinit. Meipsum, inquit, nihili æstimo; quæ supra a me dicta sunt, excusari cupio; non indignus enim eram qui has ærumnas paterer. Quid igitur Deus? Postquam seipsum condemnasset, tunc illum justum pronuntiavit. Considera autem, quemadmodum viri sancti, cum ampliori honore dignantur, majore humilitate præditi sint; sic enim Abraham, D cum Dominum vidisset, dixit: *Ego sum terra et cinis* [b].

Vers. 8. « Nunc autem sumite septem vitulos et septem arietes, et ite ad famulum meum Job, et faciet victimam pro vobis. »

Si lex promulgata tum fuisset, non hoc præcepisset Deus. Amicis autem victimas afferentibus, Jobus sacerdos fit; et qui pro liberis obtulit, pro amicis etiam offert. Vides quemadmodum virtutis ejus testes eos efficiat, dum animum ejus injuriarum immemorem fuisse ostendat; ac oblationis apparatu et magnitudine, peccati gravitatem ob oculos

[b] Gen. XVIII, 27.

[84] *γρ.* αὐτόν, et sic in ms. Theclæ. [85] *Ισ.* τούτων γὰρ τῶν δεινῶν οὐκ ἀνάξιος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ponat; tot enim victimis opus non fuisset, si peccata quæ remittenda erant, gravia non exstitissent. Sed et victimam inidoneam fuisse declarat : *Nam nisi propter ipsum*, inquit, peccati veniam vobis non concessissem ; ex quo etiam liquet peccati vinculis illos solutos fuisse.

γὰρ ἂν τοσούτων ἐδέησεν ἱερείων, μὴ μεγάλων ὄντων τῶν ὀφειλόντων λυθῆναι ἁμαρτημάτων. Ἐμφαίνει δὲ, ὅτι οὐδὲ θυσία ἱκανὴ ἦν· *Εἰ μὴ γὰρ*, φησὶ, *δι' αὐτὸν*, οὐκ ἂν εἴασα τὴν ἁμαρτίαν ὑμῖν· διὰ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι καὶ αὐτοὺς ἔλυσεν.

Vers. 10. « Dedit autem Dominus dupla quæcunque erant antea Job in duplicationem. »

« Ἔδωκε δὲ ὁ Κύριος διπλᾶ ὅσα ἦν ἔμπροσθεν Ἰὼβ εἰς διπλασιασμόν. »

Passus est Deus diabolum vires suas omnes exercere ; cumque sagittis pharetram omnem exhausisset, nullusque invadendi modus reliquus amplius esset, tunc, ut victoria illustris et indubitata foret, athletam ex arena extulit.

Ἀφῆκε τὸν διάβολον ὁ Θεὸς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐπιδείξασθαι· καὶ ὅτε ἐκένωσε τὰ βέλη πάντα, καὶ οὐδεὶς ἐπιβολῆς ὑπελίπετο τρόπος, τότε ἐνεβίβασεν ἐκ τοῦ σκάμματος τὸν ἀθλητὴν, ἵνα λαμπρὰ καὶ ἀναμφισβήτητος ἡ νίκη γένηται.

Vers. 16. « Erat autem ipse ex patre quidem Zare, de filiis Esau filius, matris autem Bosorræ ; ita ut ipse sit quintus ab Abraham. »

« Ἦν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρὲ, ἐκ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν υἱὸς, μητρὸς δὲ Βοσόρρας· ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. »

Cum autem Judæi adhuc in Ægypto essent, floruit hic justus ; post ejus e vita excessum, ascensum inde moliebantur : ita ut, si ipsis visum fuisset, non mediocri pietatis flamma incendi et inflammari potuerint ; non enim verisimile est eum illos latuisse. Si enim adhuc in hodiernum diem reliquiæ ejus monstrantur, quanto magis rebus recenter tunc gestis ostendebantur, et magnitudo et celebritas eorum quæ evenerant, omnibus qui Arabiam incolebant perspecta erat?

Ὅτε ἦν οὗτος λάμπων ὁ δίκαιος, ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ ἦσαν Ἰουδαῖοι· ἔμελλον ἀνιέναι λοιπόν· ὡς, εἰγε ἐβούλοντο, οὐ μικρὸν εὗρισκον ἐμπύρευμα εὐσεβείας· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν λαθεῖν. Εἰ γὰρ ἔτι καὶ νῦν δείκνυται τὰ λείψανα, πολλῷ μᾶλλον τότε ἐδείχθη ἄν, νεαρῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μέγεθος τῶν συμβεβηκότων καὶ[36] οἱ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἅπαντες ἂν ἔγνωσαν.

« Amici autem qui ad eum venerunt, Eliphaz de filiis Esau Thæmanorum rex [*Theodotio autem*, Filius Josaphat, *reddidit*]. Baldad tyrannus Sauchæorum [*Theodotio addit*, Filius Ammon, filii Chobor]. Sophar rex Minæorum. »

« Οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ἐλιφὰζ τῶν Ἡσαῦ υἱῶν, Θαιμανῶν βασιλεὺς [*Ὁ δὲ Θεοδοτίων*, Υἱὸς, *ἐξέδωκεν*, Ἰωσαφάτ], Βαλδὰδ ὁ Σαυχαίων τύραννος [*Πάλιν ὁ Θεοδοτίων*, Υἱὸς Ἀμμὼν τοῦ Χωβόρ], Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς. »

Quisquis igitur librum hunc legerit, athletam hunc strenuum, tanquam exemplar archetypum intuens, fortitudinem ejus imitetur, patientiam æmuletur, ut viam eamdem insistens, et fortiter contra omnes diaboli machinas dimicans, bonis quæ diligentibus Deum promissa sunt, potiri mereatur : adversa etiam quæ beatus passus est, malorum nostrorum medicamenta sint ; et difficilis hujus ac periculosa jactatio, calamitatum nostrarum portus. In singulis quæ nobis eveniunt, Sanctus animis nostris obversetur ; cumque unum corpus totius mundi mala pertulisse viderimus, in eis quæ sigillatim nos prement, fortiter nos geramus ; et ad librum hunc, tanquam ad matrem piam et indulgentem, manus suas undequaque protendentem, et liberos metu et formidine perculsos sinu foventem ac refocillantem, perpetuo recurramus ; ac licet luctuosissimis ac diuturnissimis ærumnis urgeri nos contigerit, gratia Christi, Dei veri, plenum solatium inde percipientes, gaudio perfusi abibimus ; cui cum Patre et Spiritu sancto, gloria sit nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἕκαστος δὲ τῶν ἀναγινωσκόντων, ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα ὁρῶν τὸν ἀθλητὴν τοῦτον τὸν γενναῖον, μιμείσθω τὴν ἀνδρείαν, ζηλούτω τὴν ὑπομονὴν, ἵνα τὴν αὐτὴν βαδίσας ὁδὸν, καὶ πρὸς ἁπάσας τοῦ διαβόλου τὰς μηχανὰς γενναίως παραταξάμενος, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, ἐπιτυχεῖν δυνηθείη· καὶ γενέσθαι τὰ τοῦ μακαρίου τοῦδε πάθη, φάρμακα τῶν ἡμετέρων κακῶν· καὶ τὸ χαλεπὸν τούτου κλυδώνιον, λιμὴν τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν. Καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν λογιζώμεθα τὸν Ἅγιον· καὶ ὁρῶντες ἓν σῶμα τὰ τῆς οἰκουμένης ὑποστὰν δεινὰ, γενναίως ἐπὶ τοῖς κατὰ μέρος διακεώμεθα· καὶ καθάπερ πρὸς μητέρα τινὰ φιλόστοργον, πανταχόθεν τὰς χεῖρας ἐκτεινούσαν, καὶ τὰ παιδία πεφοβημένα δεχομένην καὶ ἀνακτωμένην, οὕτω πρὸς τὴν βίβλον ταύτην ἀεὶ καταφεύγωμεν· κἂν οἰκτιστά τε καὶ μήκιστα ἡμῖν ἐπίῃ δεινὰ, ἱκανὴν πάντως λαβόντες τὴν παραμυθίαν, οὕτως ἀπελευσόμεθα χάριτι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[36] *Ισ.* del. *καί.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM.

(Mai, *Biblioth. nov.* IV, 155.)

Quod diu optavi ut in bibliothecæ Vaticanæ codicibus novum aliquod insigne atque indubium magni Chrysostomi scriptum comperirem, id nunc demum evenisse puto. Etenim in pulcherrimi magnique codicis catena Patrum Græcorum ad Salomonis *Proverbia*, reliquias non modicas commentariorum Chrysostomi ad prædictum divinum librum nactus sum, quas cupide exscriptas, raptimque Latinitate donatas hic expono. Nihil enim hujus prope inauditæ lucubrationis legitur, ne in palmari quidem Chrysostomi Operum Maurina editione, apud quam tantummodo T. XIII, p. 2, dicuntur a Montfauconio hæc : « In diario quodam, Moscoviticæ bibliothecæ manuscriptorum brevissimus catalogus affertur, interque alia habentur commentaria S. Joannis Chrysostomi in *Proverbia* Salomonis, quæ nusquam alibi memorata comperimus. » Pergit porro ibi dicere Montfauconius, suspicari se in Moscovitico codice excerpta potius operis, catenæ alicui ut fit inserta, quam integrum purumque opus exstitisse : quod mihi alioqui vix persuadet; namque auctores in catenis contexti, non ita absolute ac seorsum recitari in catalogis solent : quamobrem mihi summum desiderium inest (si certe adhuc codex ille supersit) cognoscendi num ibi forte tam dives tamque optabilis sancti Patris thesaurus conservetur. Moscoviticus ergo codex primum est de veritate hujus operis testimonium.

Sequitur alterum testimonium ex catena Græcorum Patrum in *Proverbia*, cujus Latina tantum interpretatio, auctore Theod. Peltano, lucem aspexit. Ibi enim inter alios Patres, Chrysostomi quoque fragmentorum mediocris numerus legitur, quæ ex commentario in *Proverbia*, non ex aliis ejusdem scriptis, sumpta apparent. Tertium adhuc testimonium catena manuscripta Græcorum Patrum ad eadem *Proverbia* suppeditat, quæ in Coisliniano superest (Bib. Coisl. p. 247), ubi item inter alia, Chrysostomi quoque nomen occurrit. Quod autem Montfauconius opp. T. III, præf. p. 2, existimat, partes codicis Coisliniani ex variis Chrysostomi operibus excerptas esse, falli mihi videtur; præsertim quia non per seipsum, sed per alios, ait (T. I præf., cap. 3), inspexisse Chrysostomi scripta in codicibus Coislinianis. En autem quartum huic operi testimonium a Vaticano codice nunc accedit, in quo Chrysostomus divinum librum explanat, haud obiter vel oblata dum de aliis scriberet, occasione, sed presse omnino atque ordinatim, prolatis sacri textus verbis, et absque ulla alienæ rei commistione explanatis : ita ut hunc esse proprium verumque Chrysostomi ad *Proverbia* commentarium, quanquam in catena concisum et valde imminutum atque interruptum, nemo prudens dubitaturus, ut spero, sit.

Porro Vaticana catena plane differt a Coisliniana : primo quidem quia Patrum nomina variant; deinde, quia nullus auctor a medio codice Coisliniano usque ad finem nominatur; at vero in Vaticana catena per totum omnino codicem singulorum auctorum tituli in fragmentis singulis accuratissime in margine semper scribuntur. Neque ipsi Peltani catenæ similis est Vaticana, primo quia illa Latina est; iterum quia Patrum pariter nomina variant; tertio quia Chrysostomus ibi longe infrequentior rariorque est, quam in Vaticana, et a capite XX ad finem nullus; quod aliter apud nos fit : quanquam Latina Peltani fragmenta ita sæpe cum Græcis nostris consonant, ut novi testimonii vice nobis fungantur, revera Chrysostomum in Vaticano codice haberi.

Quod si argumentis etiam ex conjectura deductis fidendum est, a Cassiodori, Suidæ et Pastrengii satis notis affirmationibus discimus, Chrysostomum in universum Veteris Novique Testamenti volumen fuisse commentatum; in quo labore Salomonis *Proverbia* ab eo neglecta quis credat? quandoquidem id genus moralis operis concionatoriæ ejus eloquentiæ populique eruditioni apprime erat idoneum? Certe inter deperditos Chrysostomi ad SS. Biblia labores, explanatio quoque in minores prophetas recensenda est : namque ejus in Zachariam expositionem memorat Ephræmius Antiochenus apud Photium cod. 229, p. 819 : Ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἑρμηνεύων τὸν προφήτην Ζαχαρίαν. Nonne vero latentem Chrysostomi in Danielem explanationem primus e codice Scorialensi Cotelerius protulit? Nonne uberes ejusdem in Jeremiam copias primus item ex Vaticana catena Ghislerius eruit? quem Ghislerii librum Montfauconius multo ante se publicum ignoravit. Nobis vero Ghislerii exemplum adhortationi et exemplo fuit ad vestigandas alias, ut fecimus, in Vaticanis Patrum ad SS. Biblia catenis, tanti viri reliquias. Ineditum Chrysostomi ad Jobum commentarium in codice Florentino nuntiavit nobis cum specimine ejus Bandinius catalog. Gr. T. I, p. 409, repetiitque specimen illud Gallandius in PP. Bibliotheca T. VIII; quod Chrysostomi opus ex eodem Florentino codice frustra se olim promittebat editurum Fontanius Nov. Delic. T. III præf., p. 17. Utinam vero exsurgat aliquis, qui Florentinum scriptum accuratius inspiciat, de re criticum judicium instituat; et si operis dignitas tam clari auctoris nomini par est, publicis typis commendet! Denique Chrysostomi commentarios (ὑπομνήματα) in Marci Lucæque Evangelia diserte memorat cum laude Suidas, qui tamen nondum apparuerunt.

Nos certe augendorum Chrysostomi scriptorum haud nunc primo studium ostendimus. Namque ejus homiliam de Pentecoste ex Vaticano codice sumpsimus (Spicil. Rom. T. IV). Homiliam ejusdem de Annuntiatione Deiparæ, duce quam vulgavimus Nicephoro, in numerum genuinarum, contra criticorum morositates, restituimus (sub fin. Apolog. pro SS. imag., p. 137). Item in eumdem honoris gradum revocavimus brevem Chrysostomi de Paschate Sermonem, quem eidem critici eripiebant; Studita vero noster magna cum laude asserebat (Orat. de Paschate). Denique scriptam a Martyrio Antiocheno patriarcha laudationem Chrysostomi contemporalis familiarisque sui, in secundo Bibliothecæ hujus volumine partim saltem divulgavimus. Equidem constat vitandum sedulo esse spuriorum scriptorum periculum atque labem : attamen nos mediocrem jamdiu numerum observavimus, in diversarum bibliothecarum codicibus, ἀνεκδότων Chrysostomi bonæ frugis sermonum, partim Græcorum, partim etiam ad Latinam linguam antiquitus translatorum, et quidem in summæ aliquando vetustatis exemplaribus. Hos, vita comite, vel horum partem, cum eruditis publice communicabimus. Quin et ipsam Aniani interpretationem homiliarum Chrysostomi partim adhuc ineditam scimus, atque in codicibus vidimus. Nemo autem credat Montfauco-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nii editionem cunctas tam facundi auctoris opes complexam. Ecce enim post hanc Suecus Benzelius additamentum protulit Chrysostomi homiliarum. Accedunt plurimæ tam in Vetus quam Novum Fœdus catenæ, quæ Chrysostomi lacinias retinent, avulsas scilicet ex iis commentariis, quos eum in totam lucubrasse sacram Scripturam diximus. Hæ reliquiæ si ex codicibus colligantur, grandis instar additamenti erunt.

Sed ut ad præsentem rem, id est ad commentarium in Salomonis *Proverbia* redeamus, codicum quatuor auctoritas, Chrysostomi unicuique fragmento nomen appositum, stylus etiam nobilis, quantum in succisis fragmentis agnosci potest, cognitisque auctoris scriptis satis conformis, sententiæ densæ ac nobiles (cum gravi etiam pro sanctissima Eucharistia testimonio cap. VI, 17) impellunt nos ut hoc ineditum commentarii residuum in tanti Patris genuinorum operum numero collocandum judicemus. Codex Vaticanus speciosa scriptura est, ut diximus, grandi mole, membraneus, et ad duodecimum ferme sæculum referendus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ ΣΟΛΟΜΩΝΟΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

IN SALOMONIS PROVERBIA

COMMENTARIORUM RELIQUIÆ.

—

CAP. I.

A

ΚΕΦΑΛ. Α.

Vers. 2. *Ad sciendam sapientiam et disciplinam.*

Sapientiam Dei sumit ab ipso nec non disciplinam, per eamdem condiscens verbi mysteria. Nam qui veram cœlestemque sapientiam noverint, facile intelligent sapientes quos ipsa eloquitur sermones. Cæteroquin est etiam aliqua humana sapientia, videlicet artium quædam peritia et utilium vitæ rerum.

Vers. 3. *Ad excipiendas sermonum versutias.*

Nam quæ inversa sermonis ratione in parabolis a sancto Spiritu dicta sunt, ea hominibus fidelc erga Deum gerentibus, bene innotescunt. Etenim intelligunt veram quam Christus nuntiavit justitiam.

Γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν.

[cod. f. 1 b.] Τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ καὶ παιδείαν, ἐκμανθάνων δι' αὐτῆς τὰ τοῦ λόγου μυστήρια· καὶ οἱ ἐπιγνόντες τὴν ἀληθῆ καὶ ἐπουράνιον σοφίαν, εὐκόλως νοήσουσι τοὺς σοφοὺς παρ' αὐτῆς λελαλημένους λόγους· ἔστι δέ τις καὶ ἀνθρωπίνη σοφία, ἐμπειρία τις οὖσα περὶ τέχνας καὶ τοῦ βίου τὰ χρήσιμα.

Δέξασθαι στροφὰς λόγων.

[cod. f. 2 b.] Τὰ γὰρ ἀντιστρόφως ἐν παραβολαῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λελαλημένα, ταῦτα τοῖς πιστὴν καρδίαν ἔχουσι πρὸς Θεὸν, εὔγνωστα γίνεται· νοοῦσι γὰρ τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην διὰ Χριστοῦ κατ-

B

αγγελλομένην.

Ib. *Et judicium dirigendum.*

Dirigit porro judicium qui divinam apprime gratiam est adeptus. Namque a Deo diriguntur hominis gressus. Alioqui mortalis homo quomodo vias suas cognosceret?

Καὶ κρῖμα κατευθύνειν.

[cod. f. 3 a.] Κατευθύνει δέ τις κρῖμα, καὶ θείας χάριτος πρό γε τῶν ἄλλων τυχών· παρὰ Θεοῦ γὰρ εὐθύνεται τὰ διαβήματα ἀνδρί· ἐπεὶ θνητὸς, πῶς ἂν νοήσῃ τὰς ἑαυτοῦ ὁδούς;

Vers. 4. *Ut det innocentibus astutiam.*

Quid ais? Ex innocente vis facere astutum? At videamus quemnam dicat innocentem; nempe simplicem, non malitiosum, hominem qui nondum improbitatis experimentum ceperit. Huic nimirum maxime convenit esse sapienti. Etenim astutiam

Ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν.

[cod. f. 4 a.] Τί λέγεις; πανοῦργον βούλει ποιῆσαι τὸν ἄκακον; ἀλλ' ἴδωμεν τίνα λέγει ἄκακον· τὸν ἁπλοῦν, τὸν ἀπόνηρον, τὸν μήπω τοῦ κακοῦ πεῖραν ἔχοντα· ἐκείνῳ γὰρ ἁρμόζει μάλιστα εἶναι σοφῷ καὶ γὰρ πανουργίαν τὴν σύνεσιν λέγει· ἀπαναστή-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σεται γὰρ οὗτος ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων· ἢ ἐπεὶ ὁ ἄπειρος κακοηθείας, ταῖς πανουργίαις ὑποπίπτει τῶν κακοήθων ἐξ ἁπλότητος, δεῖ φυλαττομένους τὴν τῶν πονηρῶν πανουργίαν, γίνεσθαι καθ' ἑαυτοὺς μὲν ἀκεραίους, πρὸς δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας φρονίμους ὡς οἱ ὄφεις· *Τῇ* γὰρ *κακίᾳ*, φησὶ, *νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ γίνεσθε τέλειοι*· ἀκάκους, τοὺς ἁπλῇ καὶ ἀκάκῳ καρδίᾳ προσερχομένους Θεῷ.

A dicit pro intelligentia: nam qui est hujusmodi, ab insipientibus consiliis abstinebit. Vel, quia homo malitiæ expers, malitiosorum calliditatibus ob suam simplicitatem obnoxius est, oportet ab improborum astutia cavendo, quod quidem ad nos attinet, innocuos esse; adversus vero insidiantes, serpentium instar prudentes. Etenim *malitia*, inquit, *parvuli estote, sensibus autem perfecti*[1]. Omnino, dixit innocentes illos, qui simplici et innocente corde ad Deum accedunt.

Παιδὶ νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν.

[cod. f. 4 b.] Οἵτινες νεάσαντες ὡς παιδία νήπια, καὶ ἀναγεννήσεως διὰ Χριστὸν τυχόντες, λαμβάνουσιν αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν ἀγαθὴν, καθὼς Κύριος λέγει· *Ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε*, καὶ τὰ ἑξῆς.

ID. *Puero novello sensum et intelligentiam.*

[Cod. f. 115 a.] Ἐν τοῖς οἰκείοις καλὸς ἀλέκτωρ, φησίν. Ἀλλ' ὥσπερ οὗτος ἐν τοῖς οἰκείοις, οὕτως καὶ σὺ ἐν ἀνθρώποις μὴ μέγα φρόνει, φησί. Τί δὲ εὐτελέστερον ἀλέκτορος; ἀλλ' ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀρχῆς μέγα φρονεῖ. Ὁ μὲν σώματι κρατεῖ, ὁ δὲ φύσει, ὁ συνέσει. Οὐ γὰρ δεῖ κατὰ τὰ ἄλογα σωματικῶς καὶ φυσικῶς διακρατεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ καὶ πειθοῖ· ὅπερ γὰρ ἐκείνῳ μὲν ἰσχὺς, τούτῳ δὲ ἡ φύσις, τοῦτο τοῦ βασιλέως τὸ λογικόν· διὰ τοῦτό φησι· *Καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου.* Ὡς ἐξουσίαν ἔχων ἐδίδασκε, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς, ὥστε ἐκπλήττεσθαι. [Cod. f. 115 b.] Οὗτος γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ὁ ὑπὲρ ἁμαρτίας κόσμου σφαγεὶς, καὶ ὡς θῦμα προσαχθεὶς, καὶ ὡς ἐρήμῳ εἰς ἔθνη πεμφθεὶς· καὶ κόκκινον ἔριον ἐπὶ κεφαλὴν ὑπὸ τῶν ἀπίστων στεφανωθεὶς· καὶ ἀνθρώπων λύτρον γενηθεὶς· καὶ ζωὴ πάντων δειχθεὶς. *Καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἔθνει.* Ὁ ὑπὸ Ἡσαΐου προφητευθεὶς· *Βασιλέα* γὰρ, φησὶ, *μετὰ δόξης ὄψεσθε.* Οὗτος ὁ δημηγορῶν ἐν ἔθνει πιστῷ, καὶ παῤῥησίᾳ δι' Εὐαγγελίων ὁμιλῶν. *Ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον.* [Cod. f. 116 b.] Ἄμελγε πιστῶς τὰς δύο διαθήκας τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὑρήσεις ἐντολὰς, ὡς γάλα· ἵνα τρεφόμενος ἐν αὐταῖς, εἰς πιστὸν τέλειον ἄρτον καταντῆσαι δυνηθῇς.

C Vers. 31. *Et gallus inter gallinas obambulans alacer.*

Inter suos venustus gallus, ait. Sed quomodo hic superbit inter suos, ita tu cave inter homines superbus sis. Quid autem vilius gallo? qui tamen principatu suo valde gloriatur. Alius quidem corpore pollet, alius indole, alius intelligentia. Neque enim oportet regem, ut fit in brutis, corpore ac vi naturæ præstare, sed et sermone ac suadela: nam quantum alii viribus, alii natura valent, tantum rex rationali prudentia. Propterea dicit: — *Et hircus gregem ducens.* Dominus tanquam potestatem habens docebat, et non sicut scribæ: ideo stupor de eo erat. Hic est enim, inquit Scriptura, qui pro mundi peccato cæsus est, atque ut victima D oblatus, et tanquam in desertum ad gentes missus, lana coccinea ab incredulis in capite religatus, et factus redemptio hominum, atque omnium vita. *Et rex qui concionatur in populo.* Ille nimirum ab Isaiæ vaticinio prædictus: *Regem*, inquit, *cum gloria videbitis*[46]. Hic apud fidelem plebem concionans, et confidenter per Evangelia prædicans. — Vers. 33. *Mulge lac, et erit butyrum.* Mulge fideliter testamenta Christi duo, et invenies quasi hæc præcepta; ut his nutritus, in fidelem perfectumque panem converti queas.

[46] Isa. xxxiii, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAP. XXXI.

VERS. 6. *Date vinum bibere iis qui sunt in doloribus.*

Date vinum, inquit; nam consternatum animum calefacere oportet : non tamen principem fastu tumentem ad fervorem inducere, cum insitus principatui calor huic sufficiat. Aperi os latius, et confidentem sume sermonem.

A ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Δίδοτε οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις.

[Cod. f. 118 a.] Δίδοτε οἶνον, εἶπε· τὴν καταλελυμένην γὰρ ψυχὴν ἐκθερμαίνεσθαι χρή· οὐχὶ τὸν ἄρχοντα τὸν τύφου γέμοντα πρὸς τὴν θέρμην ἐξάγειν· τῆς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς θερμασίας ἀρκούσης αὐτῷ. Πλάτυνον τὸ στόμα πλατύτερον, καὶ πεπαῤῥησιασμένον λάμβανε λόγον.

Hactenus in nobili Vaticano codice exstabat Chrysostomi Commentarius.

* Adnotatio. In textu biblico Latino secutus sum plerumque Nobilii interpretationem quæ est in editione Bibliorum Sixtina. Nam vulgatus interpres, seu Hieronymus, Hebraicum textum, qui satis in hoc libro varius est, expressit. Græcum item ex Vat. catenæ codice biblicum textum necessario sumpsimus, in quem scilicet commentatur Chrysostomus.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΕΡΕΜΙΑΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI

CONSTANTINOPOLITANI ARCHIEPISCOPI

COMMENTARIORUM IN JEREMIAM PROPHETAM

QUÆ SUPERSUNT.

(*Ex Catena Græcorum Patrum in Jeremiam quam* MICH. GHISLERIUS *deprompsit ex Anonymi catena Græca Vaticana, pluribus scholiis aucta ex Chrysostomi explanatione in Jeremiam in Bibliotheca Altaempsiana reperta.*)

Dicendum quid sit prophetia, quo tempore sumpserit exordium : quando desierit : quam ob causam cessaverit : quæque utilitas capiatur ex ipsa in hominum vita. Prophetia igitur est dicere, vel figuris quibusdam indicare præterita, præsentia, et futura. Sermo enim est, vel res aliqua antequam res ipsæ in cognitionem veniant eas prædicens. Res enim nonnunquam re significatur. Erant enim futurorum figuræ serpens æneus, agnus in Ægypto, et qui oblatus est Isaac. Prophetia quippe hæc sunt, causam autem non habent, ut apud Ezechielem murorum structura. Ipsa enim causam habet. Oportet autem figuras quoque tales fuisse, ut his qui tunc temporis erant, utiles fuerint, ut in serpente, et agno. Vaticinantur autem prophetæ non interrogati solum ut mos est profanis, sed plerumque a semetipsis. Vocantur etenim et apud illos eodem nomine, prout in vetustissimis Græcis codicibus reperta est, adhibuimus eam.

B (1) Λεκτέον τίς ἡ προφητεία καὶ πότε ἤρξατο, καὶ πότε πέπαυται, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔληξεν· καὶ τί λαβεῖν ἔστιν ἐκ ταύτης ἐν τῷ βίῳ ὠφέλιμον. Προφητεία τοίνυν, τὸ λέγειν, ἢ καὶ τυπικῶς δεικνύναι τὰ προλαβόντα, καὶ ὄντα, καὶ ἐσόμενα. Λόγος γάρ ἐστιν, ἢ πρᾶγμα πρὶν γνωσθῆναι προαγορεύων τὰ πράγματα. Ἐπεὶ καὶ διὰ πράγματος πρᾶγμα σημαίνεται. Τύποι γὰρ ἦσαν τοῦ μέλλοντος ὁ ὄφις ὁ χαλκοῦς, ὁ ἀμνὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, Ἰσαὰκ προσαγόμενος. Προφητεία γὰρ ταῦτα, τὴν δὲ αἰτίαν οὐκ ἔχουσι, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἐζεκιὴλ ἐκβαλλομένου διὰ τοῦ τοίχου [*Ισ.* καταβαλλομένου τοὺς τοίχους.] Ἔχει γὰρ τὴν αἰτίαν. Δεῖ μέντοι τοὺς τύπους καὶ τοῖς τότε χρησίμους εἶναι ὡς ἐπὶ τοῦ ὄφεως, καὶ τοῦ ἀμνοῦ. Προλέγουσι δὲ οἱ προφῆται οὐκ ἐρωτώμενοι μόνον C κατὰ τοὺς ἔξω, τὸ δὲ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν. Λέγονται γὰρ καὶ παρ' ἐκείνοις ὁμωνύμως προφῆται. Διὸ καὶ

(1) Tametsi Præfatio ista revera non sit Chrysostomi, ut stylus ipse contestatur, utique recto docti cujusque viri patet judicio, sub illius nihilo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Παῦλός φησιν· *Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης;* Ἐκάλουν δὲ προφήτας καὶ τοὺς ἱερέας Αἰγύπτιοι.

Καὶ καθόλου τῶν προφητειῶν, ἡ μέν ἐστι πνευματικὴ, ἡ δὲ διαβολικὴ, ἡ δὲ μέση τούτων φυσική τις ἢ τεχνικὴ, ἡ δὲ τετάρτη κοινὴ καὶ δημώδης. Τῆς μὲν οὖν πνευματικῆς προηγουμένως μὲν τοῖς ἁγίοις μέτεστι, δι' οἰκονομίαν δὲ καὶ τοῖς μὴ τοιούτοις, ὡς τῷ Ναβουχοδονόσωρ, καὶ Φαραὼ, καὶ Βαλαὰμ, καὶ Καϊάφᾳ· τῆς δὲ διαβολικῆς τοῖς τούτου μόνον θεραπευταῖς· αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀλευρομάντεις, καὶ ἡ διὰ τῶν μορίων μαντευομένη Πυθία, καὶ ἡ διὰ τοῦ δρυὸς ἡ Δωδωνὶς ἱέρεια, καὶ ἡ διὰ σπλάγχνων, καὶ πτήσεως, καὶ κλαγγῶν, συμβόλων τε καὶ πταρμῶν, καὶ κληδόνων, καὶ βροντῆς, καὶ χειρῶν, μυῶν τε καὶ γαλῆς, καὶ τρυσμῶν καὶ ὤτων ἦχου, καὶ σώματος παλμῶν, καὶ χαλίκων, ῥάβδων τε καὶ φλοιῶν, διὰ νεκρῶν τε καὶ γαστρὸς, ὀνομάτων τε καὶ ἄστρων, καὶ φιαλῶν, μυρίων τε ὅσων τοιούτων. Ἡ γὰρ δι' ὀνείρων καὶ παρ' ἡμῖν διὰ κατοχῆς καὶ αὕτη. Ἡ δὲ πρόγνωσις αὐτοῖς, οὐ δι' ἀρετῆς ὡς ἡμῖν, ἀλλὰ διά τινος κακοτεχνίας· κἀκεῖνοι μὲν περὶ χρημάτων, καὶ νόσων, καὶ πολέμων μαντεύονται, μηδεμιᾶς ζητουμένης αὐτοῖς ἀρετῆς, ἢ κακίας· παρ' ἡμῖν δὲ διορθώσεως ἠθῶν ἕνεκα, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. Κἀκεῖνα μὲν ἐκβῆναι δεῖ, ταῦτα δὲ οὐ πάντως. Τί γὰρ ὄφελος προῤῥήσεως ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῶν λεγομένης, ὅτε πάντως ἔσται τὰ θεσπιζόμενα, μηδεμίαν ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν μεταβολὴν ἐνδεχόμενα; Θεὸς γὰρ προλέγων, καὶ τὴν λύσιν ὑποτίθεται τῶν δεινῶν, εἰ μεταγνῶναι βουλοίμεθα. Τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τῆς προφητείας τὸ κέρδος. Μὴ μεταβαλλομένων δὲ πάντως γίνεται. Ἐκεῖνοι δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἔν τισιν ἀληθεύσαντες, ἐν τοῖς πλείστοις διήμαρτον. Καὶ οἱ μὲν ὀργάνων δέονται, καὶ τόπων, καὶ καιρῶν, καὶ ἐπὶ χρήμασι λέγουσι· Θεὸς δὲ τούτων ἀπήλλακται. Τοιαύτη μὲν γὰρ ἥ τε θεία καὶ διαβολικὴ προφητεία.

Φυσικὴ δὲ ἡ τῶν ἀλόγων· χελιδόνες γὰρ χελιδόνων, καὶ γεράνων γέρανοι, καὶ μύρμηκες ἐπιόντος χειμῶνος αἰσθάνονται, ἐχῖνοί τε καὶ ἀλκύονες, φύσει τοῦτο κτησάμενοι. Ἡ δὲ τεχνικὴ προφητεία παρὰ ἰατροῖς, καὶ συμβούλοις, καὶ κυβερνήταις· οἱ μὲν γὰρ ἀῤῥωστίας, οἱ δὲ λύσεις τούτων προλέγουσιν· οἱ δὲ πνευμάτων μεταβολὰς, οἱ δὲ τοῦ μέλλοντος συνέσει καταστοχάζονται. Ἔστι δὲ καὶ κοινὴ, καὶ δημώδης τοῦ μέλλοντος γνῶσις, οἷον ὅτι μετὰ τρεῖς μῆνας ὁ χειμών· πάντες γὰρ ἔχουσι τὰς ἐκ περιόδων προῤῥήσεις. Οὐδὲν οὖν μέγα καὶ προῤῥήσεις ἔχειν καὶ γνῶσιν καὶ δαίμονας, ὅπου καὶ μύρμηκες ἔχουσι τὰς ἐκ περιόδων προῤῥήσεις, καὶ δεινοὶ τοῦ μέλλοντος ἄνθρωποι στοχασταί· ἀλλ' οὐχ ὡς πάντως ἢ πάντα εἰδέναι. Ἐπεὶ καὶ ὁ διάβολος προεφήτευσε τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, καὶ ἐγένετο. Καὶ πάλιν ὁ Βαλαὰμ προεῖπεν, ὅτι *Πόρνας στήσον, καὶ προδοθήσεται δι' αὐτῶν ὁ Ἰσραήλ*· καὶ γέγονεν

mine prophetæ. Quare et Paulus ait: *Dixit quis ex ipsis proprius ipsorum propheta*[1]? Appellabant etiam sacerdotes Ægyptii prophetas.

Et omnino prophetiarum una est Spiritus sancti, altera diaboli; tertia harum media naturalis, vel artificiosa; ultima communis et popularis. Illius igitur quæ a Spiritu sancto est, compotes sunt præcipue sancti viri, nonnunquam tamen disponente Deo, etiam qui tales non sunt, ut Nabuchodonosor, et Pharao, et Balaam, et Caiphas. Diabolicæ vero diaboli tantummodo cultores; non hujusmodi sunt aleuromantes, et crithomantes, qui ex farina aut hordeo vaticinantur, ut hausto perpudenda spiritu Pythia, et per quercum Dodonæa sacerdos, et qui divinant extis pecudum, volatibus avium, clangoribus, symbolis, sternutationibus, sortibus, tonitru, manibus, soricibus, mustella, occentibus, tinnitu aurium, corporis palpitationibus, saxulis, virgis, corticibus, mortuis evocatis, ventre, nominibus, astris, phialis, sexcentisque aliis id genus. (Divinatio enim per somnium apud nos etiam instinctu quodam et illa fit.) Verum prænotio illis non virtutis merito ut vobis, sed malis quibusdam artibus comparatur, iique de pecuniis, morbis, bellisque nullo virtutis, vel vitii respectu divinant: nos vero, et morum emendationis, in meliusque commutationis causa. Et ista quidem re ipsa impleri oportet: illa vero necesse non est. Quid enim prodest prædictio ad utilitatem animarum exhibita, si quæ prænuntiantur omnino futura sunt, neque ullam ex parte nostra mutationem admittant? Deus enim, dum aliquid grave prædicit, simul admonet qua ratione possint mala evitari, si nos pœnitentiam agere velimus; hic nempe est prophetiæ fructus. Quod si maneamus in iisdem erroribus, tum vero illud neutiquam erit effugere. Illi vero, cum interdum accidat ut vera præsagiant, in plerisque falluntur, iidemque instrumentis, locis, ac certis temporibus indigent, et pecuniis inhiantes loquuntur. Deus autem ab his omnibus immunis ac liber est. Talis divina, et diabolica prophetia.

Naturalis porro est irrationalium, hirundo enim hirundinem, grusque gruem, et formicæ hiemem adventantem persentiunt: quod et echinis halcyonibusque naturam largitam esse videmus. Artificiosa vero prophetia apud medicos, et consiliarios, et gubernatores navium reperitur; morbos enim, et ab ipsis liberationem prædicunt, ventorum hi varietates, sicut consiliarii quod futurum est prudenti conjectura assequuntur. Est etiam communis, popularisque futuri cognitio, veluti post tres menses futuram hiemem: cuncti enim possunt prædicere, quæ circuitus certos habent. Nihil igitur magnum est, si et dæmones aliqua prænoscunt et prædicunt, quando et formicæ recurrentia tempora prænuntiant, et sunt homines acerrimi eorum quæ ventura sunt, conjectores: non tamen ita ut omnia, omnique ex parte cognoscantur. Nam et diabolus cognitum iri bonum et malum

[1] Tit. I, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vaticinatus est, atque ita factum est. Rursus Balaam prædixit [2] : *Meretrices siste, et tradetur per ipsas Israel*, idque effectus comprobavit. Hæ porro conjecturæ sunt, vel potius prædictiones, nullam admirationem habentes; ut sunt, quæ de Christo habemus, quod prædicabitur [3] Evangelium, quod non permanebit lapis super lapidem [4]. *Et paucis interjectis.* Beatum Jeremiam, uti aliis dilucidiorem, dicunt ante alios esse legendum. Nec mirum est, si prophetarum hi quidem obscuriores, alii clariores : quandoquidem et in uno eodemque sacræ Scripturæ libro quædam obscura reperiuntur, aperta nonnulla, et uniuscujuspiam hominis scripta interdum hoc, interdum illo modo se habent, ut in Psalmis, apostolorumque Epistolis, et sermonibus Domini. Sane in universum obscuritas nascitur, vel propter eorum quæ scriptionis materia sunt, naturam, dum nova et peregrina auribus accidunt, ut in tabernaculi fabrica, et structura templi apud Ezechielem; vel propter auditores, si recto sensu prædita non sint. Quapropter Christus discipulis parabolas data opera obscure prolatas evolvebat [5].

Et paulo inferius. Oritur rursum obscuritas ex proprio more loquentis, qui præceps fertur in talem dicendi modum. In prophetis etiam Spiritus sanctus tantum sensa suggerebat, non item verba : ipsi deinde vulgari modo illa enuntiabant. Haud enim illis ut immobilibus utebatur, quomodo dæmones suos afflare solent : sed volebat ab ipsis quæ dicebant intelligi, et omnia cum dicentium sensu proferri : *Nullam rem faciet Dominus, quam non manifestaverit servis suis prophetis* [6].

CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. *Jeremias Chelciæ filius e sacerdotibus.* *Ex interpretatione in Jeremiam prophetam.* Tempus quo beatus Jeremias propheta vaticinatus est, a quo rege sumpserit exordium, et in quo finem habuerit ejus prophetia, clare ex ipsius prophetæ proœmio dicere est. Totam vero prophetiam adversus duas tribus exponit, cum decem jam ab Assyriis in captivitatem essent abductæ. Variam porro quamdam prophetiam animadvertere licet : quandoquidem nunc exemplis utens ipsos redarguit, ut cum ait : *Vide vias tuas in sepulcro multitudinis* [6a]; nunc quibusdam ipsius prophetæ factis, ut cum subligaculum accipit, et alia quæ sequuntur agit [6b]: et lagenam quam coram populo confregit, multitudinis excidii indicium [7]; et catenas quibus se circumdedit [8]. Multarum sane calamitatum plena fuerunt ipsius tempora, cum jam omnes in impietatem prolapsi essent, et sacerdotes insurgerent, qualis erat Sophonias, contra quem etiam videntur sermones dirigi; et contra quosdam qui magistratum gerebant [9] : et rursum ad Paschor sermo dirigitur; et reges quoque reprehendit, qui

οὕτως. Τοῦτο δὲ στοχασμὸς, μᾶλλον δὲ προῤῥήσεις μηδὲν παράδοξον ἔχουσαι· καθάπερ ἐπὶ Χριστοῦ, τὸ κηρυχθῆναι τὸ Εὐαγγέλιον· τὸ, Οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον. *Καὶ μετ' ὀλίγον*· Τὸν μακάριον Ἱερεμίαν ὡς τῶν ἄλλων σαφέστερόν φασι δεῖν πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγινώσκεσθαι. Καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ τῶν προφητῶν οἱ μὲν ἀσαφεῖς, οἱ δὲ καὶ σαφέστεροι· ὅπου καὶ ἑνὸς τῆς θείας Γραφῆς, ἔσθ' ὅτε συγγράμματος τὰ μὲν ἀσαφῆ, τὰ δὲ σαφῆ, καὶ τῶν ἑνὸς ἀνδρὸς συγγραμμάτων τὰ μὲν οὕτως, τὰ δὲ ἐκείνως, καθάπερ ἐν Ψαλμοῖς ἀποστόλων τε Ἐπιστολαῖς, καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ Κυρίου ῥημάτων. Καθόλου γὰρ ἀσάφεια γίνεται ἢ διὰ τὴν φύσιν τῶν ὑποκειμένων, ξένων ὄντων πρὸς ἀκοὴν, ὡς ἐπὶ τῆς σκηνοποιΐας, καὶ τῆς παρὰ Ἰεζεκιὴλ κατασκευῆς τοῦ ναοῦ· ἢ παρὰ τοὺς ἀκούοντας, ἢ ἀσυνέτως διακειμένους. Διόπερ ὁ Χριστὸς τὰς παραβολὰς ὡς ἐπίτηδες ἀσαφῶς εἰρημένας.

Καὶ μετ' ὀλίγον· Γίνεται δὲ πάλιν ἀσάφεια καὶ παρὰ τὴν τοῦ λέγοντος ἰδιότητα, ἐπιῤῥεπῶς ἔχοντος πρὸς τὴν τοιάνδε ἀπαγγελίαν. Καὶ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ Πνεῦμα τὰ νοήματα μόνον ἔλεγεν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰ ῥήματα· αὐτοὶ δὲ λοιπὸν ἐφραζον ἰδιωτικῶς. Οὐ γὰρ ὡς ἀκινήτοις ἐκέχρητο, καθάπερ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπίπνοια· τὰ δὲ λεχθέντα γινώσκειν ἠβούλετο, καὶ μετὰ τῆς οἰκείας γνώμης ἅπαντα λέγειν· *Οὐ πρᾶγμα ποιήσει Κύριος, ἐὰν μὴ ἀποκαλύψῃ τοῖς δούλοις αὐτοῦ τοῖς προφήταις.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἱερεμίας ὁ τοῦ Χελκίου ἐκ τῶν ἱερέων.

Ἐκ τῆς εἰς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν ἑρμηνείας (*).

Τὸν μὲν χρόνον, καθ' ὃν προεφήτευσεν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, καὶ ἀπὸ ποίου βασιλέως ἤρξατο, καὶ εἰς ποῖον προφητεύων ἐτελεύτησε, σαφῶς ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ προφήτου ἔστι μαθεῖν. Πᾶσαν δὲ τὴν προφητείαν κατὰ τῶν δύο ποιεῖται φυλῶν, ἤδη τῶν δέκα αἰχμαλώτων γενομένων ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου. Ποικίλην δέ τινα τὴν προφητείαν ἔστιν ἰδεῖν· τοῦτο μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν παραδειγμάτων αὐτοὺς ἐλέγχει, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρίῳ*· τοῦτο δὲ ἀπό τινων παρ' αὐτοῦ τοῦ προφήτου γενομένων, ὡς ὅταν λαμβάνῃ τὸ περίζωμα, καὶ τὰ ἀκόλουθα ποιῇ, καὶ τὸν βίκον, ὃν ἔκλασε κατὰ πρόσωπον τοῦ λαοῦ, μήνυμα τῆς ἀπωλείας τοῦ πλήθους, καὶ τοὺς κλοιοὺς οὓς περιέθετο. Πολλὴν δέ τινα δυσχέρειαν ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς αὐτοῦ ἔσχε, πάντων ἤδη εἰς ἀσέβειαν ἐκκλινάντων, καὶ ἱερέων ἀνθισταμένων, οἷς ἦν ὁ Σοφονίας, καθ' οὗ καὶ φαίνεται λέγων, καί τινων τῶν ἐν τέλει ὄντων· καὶ πάλιν πρὸς τὸν Πασχὼρ ἀποτεινόμενος, καὶ βασιλέων ἥκιστα δεχομένων τὴν παραίνεσιν. Ποιεῖται δὲ τὸν

[2] Num. XXIV, 14 sec. LXX. [3] Matth. XXIV, 14. [4] ibid. [5] Luc. VIII, 9. [6] Amos III, 7. [6a] Jerem. II, 23. [6b] Jerem. XIII, 2. [7] Jerem. XIX, 10. [8] Jerem. XXVIII, 13. [9] Jerem. XXI, 4.

(*) Quæ de hac interpretatione S. Joannis Chrysostomi in Jeremiam habet Savilius, legere est edit. nov. tom. VI, col. 153.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔλεγχον οὐκ ἀπὸ τῶν πραγμάτων μόνον, τὰς ἀσεβείας λέγων σαφῶς· ἀλλὰ καὶ ἀπό τινων εὐπειθῶν ἀνδρῶν υἱῶν Ἰωναδὰβ, υἱοῦ Ῥηχὰβ, ὧν κατὰ σύγκρισιν δείκνυσι παρανόμους τοὺς Ἰουδαίους. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ χείριστα φαίνεται πεπονθὼς, τοῦτο μὲν ὕποπτος ἐπὶ τῇ προδοσίας γινόμενος, τοῦτο δὲ ἐν δεσμωτηρίῳ κατακλειόμενος, τοῦτο δὲ ἐν λάκκῳ βορβόρου βαλλόμενος. Ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ὑπισχνεῖται αὐτῷ ὁ Θεὸς παρέξειν τὴν ἰσχύν· προλέγων μὲν αὐτῷ τὰ δεινὰ, ἐπαμύνειν δὲ ἐπαγγελλόμενος. Λέγει καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν, πρὸς ὠφέλειαν οὐ μόνον Ἑβραίων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκείνων καθ' ὧν λέγει, ἵνα ὁρῶντες τὴν ἔκβασιν πείθοιντο, ὁ Δεσπότης ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεός. Προφητεύει δὲ καὶ τὴν ἀνάκλησιν τοῦ λαοῦ, καὶ ἀριθμὸν ἐτῶν τῆς αἰχμαλωσίας τίθησι. Τέλος δὲ καὶ Θρήνους ποιεῖται, καὶ παραίνεσιν δι' ἐπιστολῆς τίθησι πρὸς τοὺς ἐν τῇ ἀποικίᾳ τυγχάνοντας· ἐν ᾗ ἐλέγχει καὶ τῶν εἰδώλων τὸ μάταιον, καὶ Δεσπότην τῶν ἁπάντων δεικνύει τὸν Θεόν.

A adhortationes respuebant, et non solum factis ipsorum aperte in medium prolatis, quæ impie agerentur redarguit [10] : sed et propositis viris quibusdam sibi morigeris filiis Jonadab filii Rechab, quorum comparatione legum contemptum, qui in Judæis inerat declaravit [11]. Quamobrem et eum gravissima passum constat; tum in suspicionem proditionis vocatus, tum carcere clausus, tum etiam in foveam luto plenam projectus [12]. Hac de causa Deus statim a principio robur [13] illi se præbiturum promittit [14] : prædicens quidem ipsi mala, verum auxilium spondens. Arguit et gentes, ut non prosit Hebræis modo, sed et illis ipsis quos perstringit, ut eventum videntes, crederent Dominum cunctorum esse Deum [15]. Præterea populi revocationem vaticinatur, annorumque captivitatis numerum statuit. Tandem Threnos etiam componit, adhortationemque per epistolam ad eos qui in exsilio erant, adnectit [16] : in qua et idolorum vanitatem accusat, Dominumque omnium Deum esse demonstrat [17].

Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἱερεμίαν.

Τὸ μὲν ὄνομα Ἱερεμίας, ὡς καὶ ἡ Βίβλος φησὶ, τὴν δὲ φυλὴν Λευΐτης, τὴν δὲ πατρίδα Ἀναθωθίτης, τὴν δὲ χώραν ἐν Βενιαμεὶμ κατῴκει, ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ γένους.

Verbum Dei quod factum est ad Jeremiam.

Nomine quidem Jeremias, ut et Liber habet, tribu Levita, patria Anathothita, Benjamin incola, sacerdotali genere.

Ἐκ τῶν ἱερέων.

Τοῦ δικαίου καὶ θαυμαστοῦ. Ἐπεὶ καὶ ἄλλοι τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἔλαβον, ἐπὶ δικαίων τὰς προφητείας ἐποιοῦντο.

De sacerdotibus.

Justo et admirabili. Quandoquidem et alii inde ortum duxere, inter justos prophetabant.

C

Ὅρα· καὶ προειδὼς ὁ Θεὸς μηδὲν ὠφελουμένους αὐτοὺς, τοὺς προφήτας ἔπεμπεν· οὐ μικρὸν γὰρ ἐκ τούτου καρπούμεθα. Ἵνα γὰρ μὴ λέγοι τις· Καὶ τί τὸ ὄφελος; ὡσανεὶ καὶ ἰατρῷ προειδότι τὸν θάνατον τοῦ ἀνθρώπου, μέμφοιτό τις παραμένοντι μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς· οὐ γὰρ ἐνέλιπε πάντα παραινῶν καὶ συμβουλεύων. Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἐπὶ τοῦ δικαίου καὶ εὐσεβοῦς ταῦτα ἔπασχον; ὅτι τῆς ἁμαρτίας ἐτίνυον δίκην τῶν Μανασσῇ πεπραγμένων ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν.

Observa, etiam prævidens Deus nihil profuturos, prophetas ipsos mittebat; fructum enim non vulgarem ex hoc percipimus. Ne quis enim dicat : Et quæ in hoc utilitas? Ut si quis medicum mortem hominis præscientem incuset quod usque ad extremum vitæ spiritum illi astiterit, nempe nihil omisit exhortans, et consilium dans. At quanam gratia sub justo et pio rege hæc patiebantur? pœnas scilicet dabant commissorum a Manasse per quadraginta annos.

Τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ.

Verbum Dei.

Τοῦτό ἐστι προγραφὴ τοῦ βιβλίου· μηνύει δὲ, τίνος παῖς, ὅτι Χελκίου· καὶ ποίας ἀξίας, ὅτι ἱερεὺς, καὶ ποῦ κατοικῶν, ὅτι ἐν Ἀναθὼθ, καὶ ποίας φυλῆς, ὅτι ἐκ τῆς Βενιαμίν.

Hæc est libri præscriptio; declarat vero cujus sit filius, nempe Chelciæ; et cujus dignitatis, nempe sacerdotis; et ubi habitaret, nempe in Anathoth; et D cujus tribus, nempe Benjamin.

Ῥῆσις δὲ, καὶ λόγος, καὶ ὅρασις, καὶ λῆμμα ταυτόν ἐστι. Ῥῆμα δὲ ἐγένετο οὐ διὰ φωνῆς, ἀλλ' ὅτι σαφέστερον λέγουσα ὅρασις, ὡς ὁράματος γεγονότος.

Dictio vero, et sermo, et visio, et apprehensio idem sunt. Porro verbum hoc non est voce prolatum, sed visio fuit apertius dicens, utpote per visum.

Τί βούλεται τὸ ῥῆμα τοῦτο; Τί κατασκευάζει; Ὁ δῆμος φονῶν ἦν. Ἡσαΐας πρισθεὶς ἦν, ἐλαθεὶς Ἀμὼς, Ζαχαρίας καταχωσθείς· ἐγγυμναζόμενοι τοῖς αἵμασι τοῖς προφητικοῖς, καθάπερ κύνες αἱμάτων γευόμενοι, λοιπὸν τῆς τοιαύτης ἐδίψων τροφῆς· εἰς θυμοὺς ἑαυτοὺς μεταβάλλοντες, οὕπω οὐκ ἀπέστησαν. Ἕδει

Quid sibi vult dictio hæc? Quid parat? populus ad cædes erat propensus, Isaias sectus : Amos ejectus : Zacharias humo defossus : in prophetico sanguine se exercebant, ut canes degustantes sanguinem; talem ergo cibum sitiebant, et in iram se transformantes, nondum cessaverant. In talem populum

[10] Jerem. xx, 3. [11] Jerem. xxxv, 6. [12] Jerem. xxxvii, 14. [13] Jerem. xxxviii, 6. [14] Jerem. i, 18. [15] Jerem. xxv, 11. [16] Thren. i, 1. [17] Baruch i, 1 seqq.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

insilienti prophetæ multo sane et vehementi spiritu opus erat.

VERS. 2. *Sicut factum est verbum Dei.*

Hoc item præscriptionis est. Significat sub quo rege exorsus prophetiam, et quo tempore. Nam cum Josias justus esset, et in his quæ ad pietatem pertinent, rectam mentem gereret, neque posset ex seipso bonum nosse, quandoquidem majores ipsius cuncti in impietatem declinaverant, et ipse præcipue per quam juvenis sceptra regni susceperat, ut decimo tertio anno regni ejus Jeremias vaticinaretur factum est divino consilio; ut per prophetæ reprehensiones suum circa res honestas studium rex ipse ostenderet. Quinque igitur annis nondum elapsis templi eximiam curam gessit.

VERS. 3. *Et factum est in diebus Joachim filii Josiæ.*

Præscriptionis et hoc. Reges vero quorum sub imperio prophetiam edidit, indicat; illud autem: *Et factum est in diebus Joachim filii Josiæ*, ostendit eum sub Josiæ prophetam exstitisse, et Spiritus sancti gratiæ compotem effectum fuisse. Hos porro sermones omnes ab Joachim initio ducto habuit; tunc enim potissimum cohortationis indigebant. Nam si tempus tantum, quo prophetare cœpit significare voluisset, satis erat Josiæ meminisse: quod si et reliquos commemorare decrevisset, sub quibus prophetavit, sane et qui præteriti sunt erant inserendi. Quocirca constat, id hoc loco significari, cœpisse ipsum quidem sub Josiæ, non multis autem, neque vehementibus sermonibus tunc opus fuisse, cum et qui regnabat pius esset, et multitudo regem sequeretur.

VERS. 4. *Et factum est verbum Domini ad ipsum dicens.*

Hoc sane principium est libri, non prophetiæ ipsius. Postquam enim omnes in impietatem erant delapsi, prophetæ quoque omnino deerant: velletque Deus virum justum mittere, qui accommodatis verbis populi studia in impietatem vergentia commutaret.

VERS. 5. *Antequam exires*, etc.

Sic et Paulus: *Qui me segregavit ex utero matris meæ, ut ipsum evangelizarem in gentibus* [18].

Ego qui formavi te ex utero. Non naturæ hoc opus; non dolorum hic partus: ego omnium effector. Quocirca jure mihi auscultare debes, qui et tibi ut esses præstiti.

Non primum, *sanctificavi te*, sed primum, *novi te*, et tunc *sanctificavi*. Hic præcognitionem ostendit, post præcognitionem tunc destinationem.

Postquam cognovi te, sanctificavi te. Propter quod et Apostolus inquit: *Quos præscivit, et prædestinavit*; non dixit primum *prædestinavit*, sed *præscivit*, et tunc *prædestinavit* [19].

Prophetam in gentibus dedi te.

Nam etsi Jerusalem non est egressus, de gen-

[18] Galat. I, 15. [19] Rom. VIII, 29.

πολλοῦ τῷ προφήτῃ καὶ μεγάλου φρονήματος εἰς τοιοῦτον ἐμπηδῶντι δῆμον.

Ὡς ἐγενήθη λόγος Θεοῦ.

Καὶ τοῦτο τῆς προγραφῆς. Μηνύει δὲ καὶ ἐπὶ ποίου βασιλέως ἤρξατο τῆς προφητείας, καὶ κατὰ ποῖον καιρόν. Ἐπειδὴ γὰρ δίκαιος ἦν Ἰωσίας, καὶ ὀρθὴν εἶχε τὴν γνώμην περὶ τὴν εὐσέβειαν, οὐκ ἠδύνατο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ γνῶναι τὸ καλὸν πάντων εἰς ἀσέβειαν ἐκκλινόντων τῶν αὐτοῦ προγόνων, καὶ μάλιστα κομιδῇ νέος παραχθεὶς τὴν βασιλείαν· ἀπὸ τρισκαιδεκάτου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς προφητεύειν τὸν Ἱερεμίαν, ἵνα ἐκ τῶν ἐλέγχων τοῦ προφήτου τὴν περὶ τὸ καλὸν σπουδὴν δείξῃ ἑαυτοῦ ὁ βασιλεύς. Οὐ διεληλυθότων γοῦν πέντε ἐνιαυτῶν περιττὴν τοῦ ναοῦ σπουδὴν ἔσχεν.

Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωακὶμ υἱοῦ Ἰωσία.

Καὶ τοῦτο τῆς προγραφῆς. Μηνύει δὲ τοὺς βασιλεῖς, ἐν οἷς προεφήτευσε. Τὸ δέ· *Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωακὶμ υἱοῦ Ἰωσίου*, μηνύει, ὅτι ἐδείχθη μὲν προφήτης, καὶ πνευματικῆς ἠξιώθη χάριτος ἐπὶ τοῦ Ἰωσίου. Τοὺς δὲ πάντας τούτους λόγους ἀπὸ Ἰωακὶμ ἀρξάμενος ἐποιήσατο. Τότε γὰρ μάλιστα ἐδέοντο παραινέσεως. Εἰ γὰρ τὸν χρόνον μόνον, καθ' ὃν ἤρξατο προφητεύειν, σημῆναι ἐβούλετο, ἤρκει τοῦ Ἰωσίου ἡ μνήμη· εἰ δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς εἰπεῖν ἠθέλησεν, ἐφ' οἷς προεφήτευσεν, ἔδει καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας θεῖναι. Ὥστε δῆλον ὡς τοῦτο μηνύει, ὡς ἤρξατο μὲν ἐπὶ Ἰωσίου, οὐ πολλῶν δὲ λόγων, οὐδὲ σφοδρῶν ἐδεήθη τὸ τηνικαῦτα, τοῦ τε κρατοῦντος ὄντος εὐσεβοῦς, καὶ τοῦ πλήθους ἑπομένου τῷ βασιλεῖ.

Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς αὐτὸν λέγων.

Αὕτη μὲν ἡ ἀρχὴ τοῦ βιβλίου, οὐχ αὕτη δὲ τῆς προφητείας ἡ ἀρχή. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντες ἐξώκειλαν εἰς ἀσέβειαν, καὶ προφῆται λοιπὸν οὐκ ἦσαν· ἐβούλετο δὲ τὸν δίκαιον ἀποστεῖλαι ἐπὶ τὸ τοῖς οἰκείοις λόγοις μεταβαλεῖν τοῦ λαοῦ τὴν περὶ τὴν ἀσέβειαν σπουδήν.

Πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν.

Οὕτω καὶ Παῦλος· *Ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.—Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ἐγὼ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας. Οὐ τῆς φύσεως τὸ ἔργον ἐστὶν, οὐ τῶν ὠδίνων· Ἐγὼ πάντων αἴτιος. Ὥστε δικαίως ἂν ὑπακούσῃς ἐμοὶ, καὶ τῷ εἶναι παρασχόντι.

Οὐ πρῶτον, *ἡγίακά σε*, ἀλλὰ πρῶτον, *ἐπίσταμαί σε*, καὶ τότε *ἡγίακά σε*. Ἐνταῦθα πρόγνωσιν ἔδειξεν. μετὰ τὴν πρόγνωσιν, τότε τὸν ὅρον.

Ἐπειδὴ ἔγνων σε, ἡγίακά σε. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Οὓς προέγνω, καὶ προώρισεν.* Οὐκ εἶπε πρῶτον, *προώρισεν*· ἀλλὰ, *προέγνω*, καὶ τότε, *προώρισεν.*

Προφήτην εἰς ἔθνη τέθεικά σε.

Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐξῆλθε τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ πολλὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περὶ τῶν ἐθνῶν προεφήτευσεν. Οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν πέμπει· ᾔδει γὰρ ὡς ἡ τοῦ καιροῦ δυσχέρεια ὀκνηρότερον αὐτὸν περὶ τὸ πρᾶγμα ποιήσει. Λέγει τοίνυν ῥήματα, ἀφ' ὧν προτρέπεσθαι αὐτὸν ἠδύνατο· Πρὸ τοίνυν τῆς γενέσεως ὡκειωσάμην σε· Τοῦτο γὰρ τὸ, *ἐπίσταμαι*. Καὶ διαπλασθέντα ἀφώρισα. Εἶτα ἐπειδὴ ἔστιν ἀφορισθῆναι, καὶ εἰς ἱερατείας, καὶ εἰς ἄλλας τινὰς ὑπηρεσίας, δεικνὺς τοῦ ἀφορισμοῦ τὸ εἶδος, Εἰς τοῦτό σε, φησὶν, ἀφώρισα, ὥστε προφητεῦσαι τῷ λαῷ. Ἔθνη γὰρ τὰς φυλὰς λέγει. Διὸ ὁ μὲν παραιτεῖται, ὡς οὐκ ἀξιόπιστος ὢν πρὸς τοσούτους διαλέγεσθαι, καὶ μάλιστα πρὸς βασιλέας. Θεὸς δὲ θαῤῥύνει.

Νεώτερος ἐγώ εἰμι.

Ὅρα τὸ ἄτυφον τῶν δικαίων, πῶς τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα ἀνάγραπτα ἀνατιθέασι. Τίς οὐκ ἂν ἐρυθριάσειεν τοῦτο γραφῇ παραδοῦναι; Ἀλλὰ καθαροὶ δόξης ἦσαν, καὶ φιλοτιμίας· καὶ εἴ τι εἶπον, καὶ εἴ τι ἤκουσαν, τοῦτο μετὰ πάσης ἀληθείας τεθείκασι. Καὶ πάλιν· *Ἰδοὺ οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν*, ὁ προφήτης φησίν· ἵνα ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ῥητορεύοντα, καὶ πρὸς τούτους ἀποτείνοντα λόγους, μὴ τῆς ἐκείνου δυνάμεως νομίσῃς εἶναι τὰ ῥήματα. Προλαβὼν γὰρ ὡμολόγησεν, ὅτι Οὔτε λαλεῖν ἐπίσταμαι.

Ὁ ὤν.

Ἐπέγνω τὸν προσδιαλεγόμενον. Οὗ δὴ χάριν αὐτὸν ἀπὸ τῆς προτέρας ὀνομάζει προσηγορίας. Ἐρομένου γάρ ποτε Μωϋσέως, καὶ τὸ θεῖον ὄνομα μαθεῖν ἐθελήσαντος, εἶπεν ὁ Δεσπότης· *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*. Μιμεῖται δὲ καὶ τὴν Μωϋσέως εὐλάβειαν, οὐκ ἀξιόχρεων εἰς τὴν προφητείαν εἶναι τὴν νεότητα λέγων. Ἀλλ' ὁ Δεσπότης αὐτῷ παρεγγυᾷ, μὴ προβάλλεσθαι εἰς παραίτησιν τὴν νεότητα, ἀλλὰ δράσαι τὸ κελευσθὲν, ἐξελαύνει δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ δέος.

Μὴ λέγε, ὅτι Νεώτερός εἰμι.

Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἐπιτάττῃ, ὁ τῆς φύσεως Δεσπότης, καὶ ἡλικία, καὶ ἀγλωττία, καὶ πάντα ὑπεξίσταται τὰ πάθη. Ἐγὼ κελεύω, καὶ νεότητα προβάλλῃ; Μὴ σκήπτου, μηδὲ προφασίζου, φησίν.

Μὴ φοβηθῇς.

Ἐγὼ ἐντέλλομαι, καὶ σὺ φοβῇ; Ὅρα τὰ ἐκκλησιαστικὰ προανατυπούμενα. *Ἰδοὺ ἐγὼ ὑμᾶς ἀποστέλλω ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων*. Καὶ οὐκ εἶπαν· Ποῦ πέμπεις; Εἶδες τὸ μέσον τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων;

Ὅτι μετὰ σοῦ ἐγώ εἰμι, τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε.

Οὐκ ἄρα τοῦτο δείκνυσι τὸ, εἶναι μεθ' ἡμῶν τὸν Θεὸν, τὸ ἐξαιρεῖσθαι ἡμᾶς αὐτόν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν προσέθηκεν· *τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε*. Ὥστε καὶ μὴ ἐξαιρούμενος, μεθ' ἡμῶν ἐστιν. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τῶν μαρτύρων ἐστὶν οὐκ ἐξαιρούμενος αὐτούς· καὶ μετὰ δικαίων ἐστὶ, συγχωρῶν αὐτοὺς ἀθλεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Ἰὼβ ἦν, ὅτε αὐτὸν ὁ διάβολος ἐπολέμει. Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τοῦ, Ἔσομαι μετὰ σοῦ, ἀλλὰ τοῦ ἐξαιρεῖσθαί σε, ἔχεις ὅπλον ἄμαχον, καὶ ἀκαταγώνιστον συμμαχίαν. *Μὴ φοβηθῇς*. Τίς γὰρ ἐπὶ τῆς πέτρας

A illius tamen plurima prophetavit. Non simpliciter illum mittit, quoniam noverat temporis difficultatem segniorem ipsum ad opus redditurum. Verba igitur quibus illum incitaret profert : Antequam natus esses, te mihi asciví. Hoc enim verbum *novi* significat, et, Creatum segregavi. Deinde cum segregetur aliquis, et ad sacerdotium, et ad alia quædam ministeria, speciem segregationis ostendens. In hoc te, ait, segregavi, ut populo prophetes Gentes enim tribus dicit. Quapropter hic quidem abnuit, utpote qui se non putat aptum ad sermocinandum tam multis, et maxime regibus. At Deus animosum reddit.

VERS. 6. *Junior ego sum.*

Vide quam absint ab arrogantia justi homines, B en quomodo proprios defectus scriptis produnt. Quis non erubesceret hoc scriptis mandare? Sed liberi ab omni gloriæ sensu et ambitione erant; et sive ipsi quid loquerentur, sive ab aliis dictum audirent, hoc totum verissime in scripta referebant; et iterum : *Ecce nescio loqui*, propheta ait, ut cum videris ipsum oratorum more loquentem, et inter eos verba facientem, ne putes illius facultatis verba esse. Præoccupans enim confessus est, se loqui nescire.

Qui es.

Alloquentem agnoscit. Ideo antiquo ipsius nomine illum appellat. Cum enim aliquando disquireret Moyses, divinumque nomen discere vellet, dixit Dominus : *Ego sum qui sum* [10]. Moysis quo- C que reverentiam æmulatur, ineptam ad prophetiam juventutem dicens. Sed Dominus illi præcipit ne juventutem objiciat ad munus hoc recusandum : sed jussa exsequatur, atque adimit illius timorem.

VERS. 7. *Ne dicas : Junior sum.*

Quando etenim præcipit Deus, qui naturæ Dominus est, et ætas, et infantia, et omnia incommoda cedunt. Ego jubeo, tu juventutem ostendis? Ne plura hæsites; ne causeris, inquit.

VERS. 8. *Ne timeas.*

Ego præcipio, et tu times? Vide ecclesiastica prælineata *Ecce ego mitto vos, ut oves in medio luporum* [11]. Et non dixerunt : Quo mittis? Vidisti D discrimen prophetarum et apostolorum?

Quia ego tecum sum ut eruam te.

Non hoc ergo demonstrat esse nobiscum Deum, quod erat ipse nos. Si enim hoc esset, nequaquam adjunxisset, *ut eruam te*. Quocirca etsi non eruerit, nobiscum tamen est. Siquidem et cum martyribus est, non eruens eos. Et cum justis est, permittens eorum certamina. Eratque cum Job, quando illum diabolus aggrediebatur; verum non ab eo quod tecum ero, sed ab eo quod eruam te, habes armaturam inexpugnabilem, indefessumque auxilium. *Ne timeas*; quis enim petræ insistens guttulam

[10] Exod. III, 13. [11] Matth. X, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aquæ timuerit? Quis regem habens sibi faventem timet, et pavet?

VERS. 9. *Et extendit manum suam.*

Hujus sensui oblatæ imaginis indigebat propheta: Quippe et Christus hoc faciebat; *insufflavit illis*[22], quamvis nulla sufflatione illi opus esset. Sed plenioris expressionis causa corporeæ adhibentur imagines.

VERS. 18. *Ecce constitui te hodie.*

Et tamen dicebat superius, *Antequam exires e vulva, sanctificavi te.* Quanam igitur ratione hic *hodie* dicitur? Præcognitione illud, effectu hoc.

Ut eradices.

Hæc agriculturæ species optima, spinas evellere. Quæ prophetare debet, compendio quodam proponit. *Eradicare*, e civitate nempe exire; *effodere*, templum everti; *dissolvere*, multitudinem necari; *disperdere*, domesticos interimi; *reædificare*, revocari; *transplantare*, post reditum tuto terram incolere.

VERS. 11. *Et factum est verbum Domini.*

Chrysostomi et *Olympiodori.* Hæc interrupto sermone, cum ait: *Et factum est verbum Domini ad me dicens.* Non enim narrationem continuat, quippe vult considerari ea, quæ dicuntur.

Baculum nuceum.

Lignum enim hoc durum, ac grave, et verberibus aptum. Quare hæc videbant? Quia res et visiones significationes erant, et magis afficiebant auditorem: virga enim plagarum est symbolum.

Cum adhortatus esset ipsum ad prophetiam, etiam per visionem magis urget. *Nuceam, amygdalinam*, quidam interpretati sunt, sed textus Hebraicus ita habet: *Baculum ego vigilantem video.* Vigilia enim amygdalumque iisdem apud Hebræos indicantur vocabulis: infert itaque: *Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti*, etc. Hoc est, non amplius eos sustineo, sed decretum fero; sumpta vero est metaphora ex his qui delinquentes observant, in ipsoque facinore eos deprehendunt. Quidam etiam *nuceam* propter pœnæ gravitatem visam asseverarunt. Pœnam porro ipsis imminere, per hæc testatus est, modum vero ejus subdit:

VERS. 12. *Quia ecce ego vigilavi.*

Siquidem et somnus, cum de Deo loquimur, longanimitas quædam est: *Usquequo obdormis, Domine*[23]? hoc est jam ad pœnas feror. Non persuadeo verbis, virgæ visione persuadeor. Non dico, sed facio.

VERS. 13. *Et facies ejus.*

Facies, hoc est, succensio fit. Lebetis, *Lebetem* vero Jerusalem vocat: noxam succensionem, ab aquilone item, ut aggressionem Babyloniorum indicaret.

[22] Joan. XX, 22. [23] Psal. XLIII, 23.

A ἐστὼς, ῥανίδα δέδοικεν ὑδάτων; τίς τὸν βασιλέα ἔχων ἐστῶτα μεθ' ἑαυτοῦ, φοβεῖται καὶ τρέμει;

Καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ.

Ταύτης τῆς αἰσθητῆς εἰκόνος ἐδέετο ὁ προφήτης, ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς τοῦτο ἐποίει· *Ἐνεφύσησεν αὐτοῖς*, καίτοι οὐκ ἐδεῖτο τοῦ ἐμφυσήματος· ἀλλ' ὑπὲρ πληροφορίας αἱ σωματικαὶ γίνονται εἰκόνες.

Ἰδοὺ καθέστηκά σε σήμερον.

Καὶ μὴν ἄνω ἔλεγεν, *Πρὶν ἢ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε.* Πῶς οὖν ἐνταῦθα, *σήμερον*, λέγει; Ἐκεῖνο τῇ προγνώσει, τοῦτο τῇ ἐνεργείᾳ.

Ἐκριζοῦν.

Τοῦτο γεωργίας εἶδος ἄριστον, ὀρύσσειν τὰς ἀκάνθας. Ἃ μέλει προφητεύειν, συντόμως ἔφη. *Ἐκριζοῦν*, B τὸ τῆς πόλεως ἐξιέναι· *κατασκάπτειν*, τουτέστι τοῦ ναοῦ τὴν καταστροφήν· *καὶ ἀπολύειν*, τοῦ πλήθους τὴν σφαγήν· *καὶ καταλύειν*, τῶν οἰκείων τὴν ἀπώλειαν· *καὶ ἀνοικοδομεῖν*, τὴν ἀνάκλησιν· *καὶ μεταφυτεύειν*, τὸ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀσφαλῶς ἐπὶ τῆς γῆς κατοικεῖν.

Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου.

Τοῦ Χρυσοστόμου, ἄλλ. *Ὀλυμπιοδώρου.* Ταῦτα ἐκ διαλείμματος, ὅταν εἴπῃ· *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με λέγων*· οὐ γὰρ ἐφεξῆς, ἀλλ' ἐδίδου συνιδεῖν τὰ λεγόμενα.

Βακτηρίαν καρυΐνην.

Τὸ γὰρ ξύλον τοῦτο στερρὸν, καὶ βαρὺ, καὶ πληκτικόν. Τίνος ἕνεκεν ταῦτα ἔβλεπον; Ὅτι τὰ πράγ- C ματα καὶ αἱ ὄψεις ἐναργέστεραι ἦσαν, καὶ μᾶλλον ἔπληττον τὸν ἀκροατήν. Ἡ γὰρ ῥάβδος πληγῆς ἐστι σύμβολον.

Προτρεψάμενος αὐτὸν ἐπὶ τὴν προφητείαν, καὶ διὰ τῆς ὀπτασίας μᾶλλον δυσωπεῖ. Τὸ δὲ *καρυΐνην*, *ἀμυγδαλίνην* τινὲς ἡρμήνευσαν. Ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· *Βακτηρίαν ἐγρηγορυῖαν ἐγὼ ὁρῶ.* Ἡ γὰρ ἐγρήγορσις καὶ τὸ ἀμύγδαλον διὰ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ προφέρεται ῥημάτων. Ἐπάγει γοῦν· *Καὶ εἶπε Κύριος πρός με, Καλῶς ἑώρακας*· τουτέστιν, Οὐκ ἔτι αὐτοῖς μακροθυμῶ, ἀλλ' ἐπάγω τὴν ψῆφον. Ἔλαβε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρατηρούντων τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἐπ' αὐτοφώρῳ αὐτοὺς εὑρισκόντων. Τινὲς καρυΐνην ἔφασαν, διὰ τὸ ἰσχυρὸν τῆς D τιμωρίας, ἐωρᾶσθαι. Ὅτι μὲν οὖν τιμωρεῖται αὐτοὺς, ἐμήνυσε διὰ τούτων· τίνα δὲ τὸν τρόπον, ἐπάγει·

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐγρήγορα.

Ἐπειδὴ καὶ ὁ ὕπνος ἐπὶ Θεοῦ, μακροθυμία τίς ἐστιν· *Ἕως πότε ὑπνοῖς, Κύριε*; τουτέστιν Ἤδη ὑπεξέρχομαι. Οὐ πείθω ῥήματι, τῇ ὄψει τῆς ῥάβδου πείσθητι. Οὐ λέγω, ἀλλὰ ποιῶ.

Καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

Τὸ πρόσωπον, τουτέστιν ἡ ἔκκαυσις γίνεται τοῦ λέβητος. Καλεῖ δὲ *λέβητα* τὴν Ἰερουσαλὴμ, ἔκκαυσιν δὲ τὴν συμφοράν· *ἀπὸ βορρᾶ* δὲ, ἵνα μηνύσῃ τὴν τῶν Βαβυλωνίων ἔφοδον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τουτέστιν, ἐκεῖ ἐώρα, ἐκεῖ ἔβλεπεν, ἐκεῖ ἐτέτραπτο. Τὸν θόρυβον, τὴν ζέσιν, τὴν ὀδύνην, τὸν τηγανισμὸν διὰ τοῦ λέβητος δηλοῖ. A

Τοῦτο ἰατρεία μεγίστη, τὸ διαφυλάξαι τὸν κάμνοντα, φοβῆσαι, σωφρονίσαι, ἐπαγαγεῖν διὰ τῆς ὄψεως αὐτῆς, καὶ ἀνασχεῖν, καὶ δοῦναι μετανοίας καιρόν. Οὔτε γὰρ ἂν ἐπήγαγεν εὐθέως, ὥστε μὴ ἀνελεῖν τὸν ἐκ τῆς μετανοίας καρπόν· οὔτε ἀπέστη· ὥστε μὴ ἐκλῦσαι τὸν φόβον. Ὁρᾷς οὖν ἕκαστον μεμετρημένον, καὶ ἐξ ἐναντίων τὸ φάρμακον συγκείμενον, οἷόν ἐστι ἐπὶ τῶν ἰατρῶν. Τί γὰρ ἔδει μὴ ἐπαγαγεῖν; ἀλλὰ ῥᾳθυμότεροι ἐγένοντο ἄν. Ἀλλ' ἐπαγαγεῖν; ἀλλ' οὐδὲν ἂν ἐκέρδανον. Διὸ καὶ ἀφίστησι, καὶ μηχανᾶται πιστὰ εἶναι διὰ τῆς ὄψεως, κατασείων τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ τὸ ἔμψυχον τοῦ λόγου δεικνύς. B

Hoc est, illuc visum dirigebat, illuc spectabat, illuc convertebatur. Tumultum, ebullitionem, dolores, frixionem per lebetem significat.

Maxima medicatio est hoc, ægrotantem servare, timorem incutere, sanam mentem injicere; per visionem ipsam in rectam viam inducere, et a prava avertere, pœnitentiæque locum dare. Nec enim induxit illico, ne adimeret pœnitentiæ fructum, neque omnino desernit, ne timorem dissolveret. Vides igitur moderata singula, et ex contrariis compositum medicamentum, quali utuntur medici. Quid enim oportuit non infligere? Atqui inde segniores facti fuissent: an vero infligere? At nihil ita lucraturi essent. Quapropter aliquantisper abstinet, et illud molitur, ut per visionem ipsis persuadeat: mentem ipsorum concutiens, et vivam ac spirantem orationem exhibens.

Διότι ἰδοὺ ἐγὼ συγκαλῶ.

Τῶν βασιλέων τὸν πόλεμον δηλοῖ ἐνταῦθα, τὸν τῶν Βαβυλωνίων. Οὐχ ἕνα βασιλέα, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ πάντας.

Ὅρα πῶς ἐφίστησιν αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς. ὡς οὐδὲ πολέμου καὶ μάχης οὔσης, ἀλλ' ὡς ἐπὶ προκειμένην ἡκόντων ἁρπαγήν, ὡς ἐπὶ δούλους ἑτοίμους, ὡς ἐπὶ ἁλόντας καὶ χειρουμένους. Δύο ἐνταῦθα γίνεται· ὥστε μηδὲ τούτους νομίσαι, ἐκείνους εἶναι τοὺς ἰσχυροὺς, καὶ πείθοντας, [*ἴσ.* ἀλλὰ πεισθέντας] ὅτι ὁ Θεὸς πάντα ἄγει καὶ φέρει· ἵνα [*videtur leg.* κἀκείνους ἵνα] μὴ νομίσαντες, πάλιν αὐτόματον πόλεμον καὶ πολιορκίαν δηλοῦν, θήσωσι τοὺς θρόνους αὐτῶν οὐχ ὡς πολεμοῦντες, ἀλλ' ὡς ἀναπαυόμενοι. C

Vide quomodo adducit reges ipsos, perinde ac si nec bellum nec pugna futura essent, sed ut ad prædam propositam venirent, ut ad paratos servos, ut jam ad captivos et mancipia. Duo hic agantur. Ut neque hi putent illos esse fortes, sed credant quod Deus omnia agit et fert: neque illi bellum casu oblatum sibi opinantes, et obsessionem a propheta significari: Ponant sedes suas, non tanquam bellum inferentes, sed quieti se dantes.

Καὶ λαλήσω πρὸς αὐτοὺς μετὰ κρίσεως.

Μετὰ κρίσεώς μου διαλεχθήσομαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἐλέγξας αὐτοὺς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ, οὕτως αὐτοὺς τιμωρήσομαι.

VERS. 16. *Et loquar ad eos cum judicio.*

In judicio meo loquar cum illis: et illos iniquitatis convictos, ita puniam.

Τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν.

Οὐδὲ λέγω ἕτερον, ἀλλ' ὅτι ἀλλότριον· καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι προσεκύνησαν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν. Οὐδὲν οὕτως ἀνάξιον Θεοῦ, ὡς τὸ γενέσθαι· μάλιστα μὲν καὶ τὸ γενέσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὸ παρὰ ἀνθρώπων.

Opera manuum suarum,

Non dico alterum, sed quod alienum; neque hoc solum, sed quod opera manufacta adoraverunt. Nihil tam Deo indignum, ut fieri: maxime quidem fieri, sed multo majus ab hominibus fieri.

Καὶ σὺ περίζωσαι.

Σύμπραξόν μοι, συνέργησόν μοι. Τί ἐστι τὸ *περίζωσαι;* καθάπερ γὰρ ἰατρὸς μαθητῇ ἐπιτάττων πρὸς ἔργον μέγα· οὐ γὰρ ψιλὰ ἦν ῥήματα, οὐδὲ ἅπαξ εἰπεῖν ἔδει, οὐδὲ βραχεῖ χρόνῳ, τουτέστιν, Ἀνδρεῖος γενοῦ· παράταξίς σοι, μάχη καὶ πόλεμος οὐχ ὁ τυχών. D

VERS. 17. *Tu ergo accinge.*

Agentem me adjuva, simul labora. Quid sibi vult *accingere?* sic medicus discipulum imperio suo ad opus magnum excitat: nec enim nuda verba esse debebant, neque semel ea dicere conveniebat, nec brevi temporis spatio, hoc est, Vir esto, in acie es; prælium et bellum non qualecunque imminet.

Καὶ ἀνάστηθι.

Οὐχ ὅτι ἐκάθητο· (πῶς γὰρ, τοιαῦτα ὁρῶν, καὶ τοιαῦτα ἀκούων;)· ἀλλὰ, Διέγειρον σαυτὸν, πρόσεχε τοῖς λεγομένοις. διπλῆς σοι δεῖ τῆς προσοχῆς, πρός τε τὰ παρ' ἐμοῦ λεγόμενα, πρός τε τὸ ἐκείνοις διαπορθμεῦσαι. Ἐνταῦθα μὲν νηπτικῶς, ἐκεῖ δὲ ἀνδρικῶς.

Et surge.

Non quod sederet; qui enim fieri id potuit, cum talia videret et talia audiret? Sed erige te ipsum, attende hæc quæ dicuntur. Duplici tibi attentione opus, et ad ea quæ a me dicuntur percipienda, et ad hæc ipsa illis porrigenda. Hic quidem accurate, illic vero fortiter.

Καὶ πολεμήσουσί σε.

Ὥστε ἐξ ὧν πάσχεις, βλάπτειν μᾶλλον τοὺς

Et bellabunt.

Ita ut quibus rebus vexaris, noceas magis iis qui

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tibi malefaciunt, quam tu ipse indigne aliquid sustineas.

CAP. II.

VERS. 2. *Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ*, etc.

Beneficia in illos collata enarrat, non eorum encomia. Postquam enim pœnæ mentionem fecit, ut ostenderet se illam justo judicio inferre, ait, semel, et bis, ac sæpius: *Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ*, id est misericordiæ, qua usus sum cum juvenis esses. Quemadmodum nos gerimus erga pueros parvulos, quando nondum nostram iracundiam exacuunt: ita et Deus in principio et circa exordia, quando solius gratiæ ipsius ope nos servabat, neque quidpiam ex parte illorum requirebat. Sed tamen post hæc fecisti ut ipse tui oblivisceretur.

Quando secuta es Sanctum Israel.

Hoc est: In hoc misericordiam demonstravi, dum effeci ut me sequereris, dum me tibi ducem præbui; dum iter capesserem, tibique pararem diversoria in terra quæ sementem non admittebat, non simpliciter in deserto, non ab hominibus derelicta, sed quæ nunquam fructus tulerit, ibi me sequebare. *Sanctus Israel Domino.* Hoc est, eo in loco tibi viæ dux fui, neque hoc solum, sed et dum te et sanctum mihi effeci. Etenim magnum quidem est et sanctum esse, quid vero sit, si sanctus Dei sis, attente mihi cogita.

Hinc prophetæ sermonum ad populum initium; tanquam enim in judicio cum ipsis certans propriam beneficentiam memorat, suadens propheta non injustam a se ferri in eos sententiam. Ait igitur: Superioribus temporibus multam tui curam in me expertus es. *Juventutem*, in Ægypto populi moram dicit, utpote qui tunc a Deo fuerant electi, illud item *charitatis perfectionis tuæ*, perinde est atque perfecto amore te dilexi, omnem providentiam tibi præstans, cujus certum argumentum in eo quod sequitur: *Quando*, ait, *comitatus es Sanctum Israel.* Ac si diceret: Quando in Ægypto gravia prorsus patiens, meum auxilium implorasti, et eduxi te, et præibam, iter in deserto commonstrans: et suppeditavi tibi ubertim necessaria in solitudine nullis trita vestigiis. *Sanctus Israel Domino.* Hoc est Deo selectus; sic enim ait et Moyses: *Quando dividebat Altissimus gentes, quando seminavit filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum Angelorum Dei: et factus est pars Domini populus ejus Jacob* [21].

VERS. 3. *Principium geniminum ejus.*

Hoc est cunctorum hominum universæ terræ; quanquam et reliqui illius sunt. Appellatur autem primogenitus, non quod primus factus sit, non natura, in aliis enim primogenitura amorem gignit, hic autem amor effecit ut primogenitus esset.

[21] Deut. XXVII.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου.

Τὰς εὐεργεσίας αὐτῶν λέγει, οὐχὶ αὐτῶν ἐγκώμια. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε τὴν τιμωρίαν, ἵνα δείξῃ, ὅτι δικαίαν ταύτην ἐπάγει, λέγει ἅπαξ, καὶ δίς, καὶ πολλάκις, *Ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου*, τουτέστι τοῦ ἐλέους· οὗπερ ἀπεδειξάμην πρὸς σὲ νέαν οὖσαν ἐμνήσθην. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς περὶ τὰ παιδία μικρὰ ὄντα πολλὴν ἔχομεν φιλοστοργίαν, ὅτε οὔπω παροξύνουσιν ἡμᾶς· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐν προοιμίοις ὅτε ἀπὸ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἔσωσε μόνης αὐτούς, καὶ οὐκ ἀπῄτει τὰ παρ' ἑαυτῶν. Πλὴν ἔλεον ἐπιδείκνυται, ἀλλ' ὅμως εἰς λήθην αὐτὸν ἐποίησας ἐμπεσεῖν μετὰ ταῦτα.

Τοῦ ἐξακολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ Ἰσραήλ.

Τουτέστιν, Ἐν τούτῳ ἔλεον ἐπεδειξάμην, ἐν τῷ ποιῆσαι ἐξακολουθῆσαί μοι, ἐν τῷ προηγεῖσθαί σου, ἐν τῷ ἁπιέναι καὶ προετοιμάζειν καταγώγια ἐν γῇ μὴ σπορίμῃ· οὐχ ἁπλῶς ἐν ἐρήμῳ, οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων καταλελειμμένῃ, ἀλλὰ μηδέποτε δεξαμένῃ καρπόν· ἐκεῖ ἠκολούθεις μοι. *Ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ.* Τουτέστιν, Ἐκεῖ σου προηγούμην, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἁγιόν σε ποιῆσαι, καὶ ἅγιον ἐμοί. Μέγα μὲν γὰρ καὶ ἅγιον εἶναι, ὅταν δὲ καὶ Θεοῦ ἅγιος εἶ, ἐννόησόν μοι.

Ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τῶν λόγων τοῦ προφήτου τῶν πρὸς τὸν λαόν· ὡς γὰρ κρινόμενος πρὸς αὐτοὺς ἀπομιμνήσκει τῆς ἰδίας εὐεργεσίας πείθων τὸν προφήτην, ὡς οὐκ ἀδίκως ἐκφέρει κατ' αὐτῶν τὴν ψῆφον. Λέγει τοίνυν, ὅτι Ἄνωθεν πολλῆς τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀπήλαυσας. *Νεότητα* δὲ λέγει τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διατριβὴν τοῦ λαοῦ, ὡς τότε ἐκλεγέντων παρὰ Θεοῦ. Τὸ δὲ, *ἀγάπης τελειώσεώς σου*, ἀντὶ τοῦ, Τελείως σε ἠγάπησα, πᾶσαν προνοιάν σοι νείμας· καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀπὸ τοῦ ἑπομένου· *Ἐν τῷ*, φησὶν, *ἐξακολουθῆσαί σε τῷ Ἁγίῳ Ἰσραήλ.* Ἀντὶ τοῦ· Ἡνίκα ἐδεήθης μου πάσχων πάνδεινα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐξήγαγόν σε καὶ ἡγούμην ὑποδεικνὺς τὴν ὁδὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Καὶ παρεῖχόν σοι ἄφθονον τῶν ἀναγκαίων τὴν χρείαν ἐν ἐρημίᾳ ἀτριβεῖ. *Ἅγιος Ἰσραὴλ τῷ Κυρίῳ.* Τουτέστιν, ἀφωρισμένος τῷ Θεῷ. Οὕτω γὰρ λέγει καὶ ὁ Μωσῆς· *Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν, κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ.*

Ἀπαρχὴ γεννημάτων αὐτοῦ.

Τουτέστι τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, καίτοι καὶ οἱ ἄλλοι αὐτοῦ. Ὅπερ οὖν λέγεται πρωτότοκος, οὐ διὰ τὸ πρῶτος γενέσθαι, οὐ διὰ φύσιν· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἡ πρωτοτοκία ποιεῖ τὴν ἀγάπην· ἐνταῦθα δὲ ἡ ἀγάπη ἐποίησε πρωτότοκον εἶναι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τουτέστιν ἡ ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ οἰκεία, καὶ οὐ δύναται ἄλλως γενέσθαι. Οὕτω καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν γενόμενος.

Πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὸν πλημμελήσουσι κακὰ ἐπ' αὐτοῖς.

Οὐ μικρὸν καὶ τοῦτο δῶρον τὸ ποιοῦν τοὺς ἐχθροὺς ἀπόλλυσθαι τοὺς αὐτοῦ. Ὡς γὰρ ἁμαρτάνει ὁ τῶν ἀπαρχῶν γευόμενος, οὕτως καὶ ὁ εἰς σὲ πλημμελῶν. Διὰ τοῦτο πάλαι καὶ τὸν Φαραὼ ἐτιμωρησάμην, καὶ πάντας τοὺς ἐπανισταμένους· τὰ γὰρ παλαιὰ διηγεῖται. Τὸ δὲ, *ἐσθίοντες*, ἀντὶ τοῦ, *φαγόντες*, καὶ τὸ, *πλημμελοῦσι*, ἀντὶ τοῦ, *ἐπλημμέλησαν*.

Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, οἶκος Ἰακώβ.

Ὁ θαρρῶν ταῖς ἑαυτοῦ δικαιώμασι, οὐ παραιτεῖται πολλοὺς εἶναι τοὺς ἀκροατάς. Ἀλλὰ καὶ σπουδάζει πανταχοῦ λαμπρὸν ἔχειν τὸ θέατρον, ὅπερ καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄψυχα καλῶν, καὶ αἱρούμενος καὶ ἐπὶ τῶν ἔξω δικαστηρίων δικάζεσθαι. Ὁ βουλόμενος ἀκουέτω, διὰ τὸ περιφανὲς τῶν δικαίων· ὡς ὄγε ὑποπτεύων ἀεὶ παραιτεῖται τοὺς δικαστάς.

Τί εὗροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα;

Τί λέγεις; μετὰ τοσαύτην ἀπειλὴν, μετὰ τοσοῦτον φόβον ἀπολογῇ; Ναὶ, φησί. Τοιοῦτος γὰρ ὁ ἐρῶν· οὐκ ἀνέχεται μέχρι πολλοῦ φορτικὰ φθέγγεσθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον· ἀλλὰ βαρέα [ἄλλ. ἀβαρέα] καὶ ἐντρεπτικὰ αὐτοῦ, μᾶλλον ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς ἐκείνου κακοῖς. *Τί εὗροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα;* Τί τοῦτο; τοὺς πατέρας προσάγεις πρὸς τούτους ἔχων τὸν λόγον; ἵνα δείξῃ, ὅτι τούτους οὐ δι' ἐκείνους εὐεργέτησεν, ἀλλὰ δι' αὐτοὺς, ὃ μᾶλλον αὐτοὺς ὑπευθύνους ποιεῖ τῇ κολάσει.

Ὅτι ἀπέστησαν μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων.

Ὁρᾷς τὴν κατηγορίαν; οὐχ ἁπλῶς ἀπέστησαν, ἀλλὰ μακράν· πολὺ γὰρ ὄντως μακρὰν, ἀπὸ τῆς θείας φύσεως ἐκείνης ἐπὶ λίθους ἐλθεῖν. Οὕτω μακρὰν ὁδὸν ἑκάτερα ταῦτα τὰ πράγματά [ἄλλ. πέρατά] ἐστιν.

Καὶ ἐματαιώθησαν.

Τουτέστιν· Οὐδὲν εὗρον, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀνέστησαν, οὐδὲ μετενόησαν. Ἱκανὸν μῖσος τὸν εὐεργετοῦντα ἀποστρέφεσθαι, καὶ τοὺς βλάπτοντας αἱρεῖσθαι.

Καὶ οὐκ εἶπαν· Ποῦ ἐστι Κύριος;

Οὐ μόνον οὐχ εὑρόντες εἶπον, καίτοι γε ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης ὠθούμενοι· τὰ γὰρ ἀγαθὰ παρόντα μὲν καταφρονεῖσθαι εἰώθεν· ὅταν δὲ ἀποστῇ, τότε μάλιστα ἐπιζητεῖται. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, καίτοι γε ἔχοντες ἱκανὰ μνημόσυνα τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ.

Ὁ ἀναγαγὼν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

Αὕτη δευτέρα εὐεργεσία, τὸ ὁδηγηθῆναι.

Καὶ τίνος ἕνεκεν ἐκεῖθεν ἀνέφερεν; Ἵνα μὴ πάλιν τὴν Αἴγυπτον ζητήσωσι, τὸν πόλεμον ἰδόντες. Εἰ γὰρ μακρὰν αὐτοὺς περιέτρεψε, καὶ μνησθῆναι ἐκείνης ἔπεισε, πολλῷ μᾶλλον τότε νεαρῶν ὄντων

Hoc est, ut primitiæ Deo proprie conveniunt, nec aliter fieri potest, sic fuit et Israel ex universis gentibus.

Omnes qui comedent eum delinquent, mala adducam super eos.

Non modicum et hoc munus, quod facit, ut inimici ejus depereant. Sicut enim qui primitias degustat, delinquit, ita utique et qui contra te inique agit. Ob hoc Pharaonem olim multavi, omnesque contra insurgentes; antiqua enim narrantur. *Qui comedent* vero ait, pro *qui comederunt*, et *delinquent*, pro *deliquerunt*.

Vers. 4. *Audite verbum Domini, domus Jacob.*

Qui suæ fidit justitiæ, multos auditores non refugit, sed omni studio præclarum sibi theatrum parare nititur, quod et Deus facit non homines modo, verum et inanimata convocans, volensque vel apud profana tribunalia judicio contendere. Audiat qui vult; habet enim clarissimis rationibus justitiam a se stantem. Qui vero suspicione laborat, semper ille arbitros subterfugit.

Vers. 5. *Quid invenerunt patres vestri in me delictum.*

Quid ais? post tot minas totque terrores sui defensionem suscipis? Maxime, ait. Hoc enim amantis est, non ferre diu cum amato asperos habere sermones, sed minime molestos, et qui ruborem illi injiciant, dolens potius de malis ejus. *Quam invenerunt patres vestri in me iniquitatem?* Quid est hoc? Patres profers in medium, cum ad ipsos sermonem habebas? ut ostenderet quod hos non intuitu majorum, sed ipsorum affecerit beneficiis, quod majoribus ipsos pœnis reddit obnoxiores.

Quia recesserunt longe a me, et ambulaverunt post vana.

Ceruis querelas non admodum vehementes? Non simpliciter defecerunt, sed longe: multum enim equidem longe, a divina illa natura ad lapides se convertere. Sic magnis viarum spatiis hæc invicem distant.

Et vani facti sunt.

Hoc est, nihil adinvenerunt, nec tamen erexerunt se, nec pœnitentiam egerunt. Ne ingens id offensionis et malevolentiæ signum, benefactorem aversari, et noxios amplecti.

Vers. 6. *Et non dixerunt: Ubi est Dominus.*

Hic enim est ejulantium mos, cum rem desperatam plangunt.

Ut olim ait, Assyrio advocato, hoc enim Achaz [37] fecisse dicitur, tandem ab ipso mala omnia perpessi estis ; nec enim tantum decem tribus cepit, sed et multas Judææ urbes. Similia dicit et ab Ægyptiis perferes. Quasi diceret : Spes quam super Ægyptiis

[36] Ezech. xvi, 20. [35] Jerem. xvii, 5. [37] IV, Reg. xvi, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fundasti, nihil tibi proderit; æque enim sibi respondent impudentia et iniquitas.

τίων ἵνα εἴπῃ· Εἰς ἀνόητόν σοι ἔσται ἡ ἐλπὶς τῶν Αἰγυπτίων ἐν τῷ λέγειν σε, κατάληλος γὰρ ἡ ἀναίδεια τῇ παρανομίᾳ.

CAP. III.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

VERS. 1. *Si dimiserit vir uxorem suam.*

Quid sibi vult hoc exemplum? Illud unum, et maximum: nam quod vir non tolerat, hoc ego sustinui: transeuntibus vobis ad alios viros, iterum vocabam, iterum in matrimonium admittebam. Quanquam ibi a viro repudium, ipso odio habente, hic autem non a viro, sed ab uxore: ita ut exemplum non æque se habeat: nec enim ipse eam dimiserat, sed ea illum dereliquerat.

Ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

Τί βούλεται τὸ ὑπόδειγμα; Ἓν πρῶτον, καὶ μέγα, ὅτι Ὅπερ ἀνὴρ οὐκ ἀνέχεται, τοῦτο ἠνεσχόμην ἐγὼ, γιγνομένοις ὑμῖν ἀνδράσιν ἑτέροις, πάλιν ἐκάλουν, πάλιν ἐδεχόμην. Καίτοι ἐκεῖ τοῦ ἀνδρός ἐστιν ἡ ἀποστολὴ, αὐτοῦ μισοῦντος, ἐνταῦθα δὲ οὐχὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆς γυναικὸς, ὥστε οὐδὲ ἴσον τὸ ὑπόδειγμα· οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν ἐξαπέστειλεν, ἀλλ' αὐτὴ αὐτὸν ἐγκατέλιπεν.

Tu autem fornicata es in pastoribus multis... dicit Dominus.

Καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς... λέγει Κύριος.

Dicit. Ad inferiora, non ad superiora referendum, hoc est, dicit Dominus ad vos. Datam autem a Moyse legem proposuit. Uxor quæ viro non placet, si dimittatur, et deinde nubat alteri, et rursus invisa ab illo quoque discesserit, non est in potestate primi viri eam recipere. Hæc itaque lex, ait, de his, qui nupserunt est lata, tu vero sæpius, ait, a me propter iniquitates repudiata, et externos advocans, id est Assyrios, et Ægyptios, pastores enim semper reges vocat, cum calamitatibus vexareris ad me iterum confugisti, tibique præstiti meum auxilium. Quidam item sic exposuerunt. Quod impudenter delinquens ad meam domum accedis, nec æmularis mulieres, quæ ad eos, qui illas dimiserant, reverti erubescunt. Omnis sane mulier a viro ejecta, aliique copulata ad primum virum regredi non potest, lege hoc prohibente; tu vero me, qui tibi legitime conjunctus sum, dimisso, multis te dæmonibus impuris copulasti, quorum noxæ cum sensu tacta esses, ad me regressa es, et ego non ejiciebam, et si non ex animo me hæc effari putas, leva oculos tuos in directum, et vide ubi non permista es.

Τὸ *λέγει*, Οὐ πρὸς τὸ ἄνω ἀναγνωστέον ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω, τουτέστι, λέγει Κύριος πρὸς ὑμᾶς. Τέθεικε δὲ τὸν παρὰ Μωσέως τεθέντα λόγον, ἐὰν ἡ μὴ καθ' ἡδονὴν οὖσα γυνὴ ἀπολυθείη τοῦ ἀνδρὸς, εἶτα γενήσεται ἑτέρῳ, καὶ μισηθεῖσα αὖθις κἀκείνου ἀναχωρήσει, μὴ ἐξεῖναι τῷ προτέρῳ λαμβάνειν αὐτήν. Οὗτος μὲν οὖν, φησὶν, ὁ νόμος ἐπὶ τῶν γεγραμμένων κεῖται· σὺ δὲ πολλάκις, φησὶν, ἀποπεμφθεῖσα παρ' ἐμοῦ διὰ τὰς παρανομίας, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐπιβοωμένη, τουτέστιν Ἀσσυρίους, καὶ Αἰγυπτίους· ποιμένας γὰρ ἀεὶ τοὺς βασιλεῖς λέγει, ἐν συμφοραῖς ἐξεταζομένη πάλαι [πάλιν] κατέφυγες ἐπ' ἐμὲ, καὶ παρεῖχον τὴν παρ' ἐμαυτοῦ ῥοπήν. Τινὲς δὲ, ὅτι ἀναισχύντως παρανομοῦντα [παρανομοῦσα] ἔρχῃ εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐμὸν, οὐδὲ τὰς γυναῖκας μιμουμένη, αἳ αἰδοῦνται ὑποστρέψαι πρὸς τοὺς ἤδη τῶν ἀνδρῶν ἐξαποστείλαντας. Πᾶσα μὲν γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἀφισταμένη, καὶ ἑτέρῳ συναπτομένη πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἕτερον ἐπανελθεῖν οὐ δύναται, τοῦ νόμου τοῦτο κωλύοντος· ἐμὲ δὲ σὺ τὸν κατὰ νόμον σοι συναφθέντα καταλιποῦσα πολλοῖς συνήφθης δαίμοσιν ἀνοσίοις, εἶτα πάλιν αἴσθησιν δεχομένη τῆς βλάβης πρὸς ἐμὲ ἐπανῆξεις, ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπωθούμην, εἰ δὲ νομίζεις οὐχ ἁπλῶς με ταῦτα λέγειν, ἆρον τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρης.

VERS. 2. *Leva oculos tuos in directum et vide.*

Ἆρον τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἴδε.

Vide, ipsam propriorum delictorum testem adducit: ipsam sui accusatricem facit, iterum clamabat, ait, omnis via accusat. Vide ubi te non inquinaveris, cernis, ut ream manifestius convincat tuncque inferat pœnam?

Ὅρα, αὐτὴν μάρτυρα καλεῖται οἰκείων ἁμαρτημάτων, αὐτὴν ποιεῖται κατήγορον· πάλιν ἐβόα, φησὶ, πᾶσα ὁδὸς κατηγορεῖ· ἴδε ποῦ οὐκ ἐξεφύρης, ὁρᾷς πῶς ποιεῖται σαφεστέρας τὰς ἀποδείξεις, καὶ τότε ἐπάγει τὴν δίκην;

In viis sedebas.

Ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας.

Hic vehemens peccandi studium indicare vult: quod maximo voluntatis impetu ea operaretur.

Ἐνταῦθα βούλεται δεῖξαι τὴν πολλὴν περὶ τὰ ἁμαρτήματα σπουδὴν, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ταῦτα εἰργάζετο.

Et polluisti terram in fornicationibus tuis.

Καὶ ἐμίανας τὴν γῆν ἐν ταῖς πορνείαις σου.

Atqui ex delictis nunquam terra polluetur, sed ut pondus rei adjungat, hoc dicit.

Καὶ μὴν ἀπὸ ἁμαρτημάτων οὐκ ἄν ποτε μιανθείη ἡ γῆ, ἀλλ' ὥστε ἐπᾶραι τὸ πρᾶγμα, λέγει.

* *Ubi non fueris permista; in viis sedebas*, etc.

Καὶ ἴδε ποῦ οὐχὶ ἐξεφύρης, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας.

Pro *polluta es.* Sed et tunc quoque impia eras, tamen adventans ad templum honorem erga me dis-

Ἀντὶ τοῦ *ἐμιάνθης*. Ἀλλ' ἠσέβεις μὲν καὶ τότε, ὅμως δὲ καθυπεχρίνου τὴν εἰς ἐμὲ τιμὴν τῇ εἰς τὸν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ναὸν ἀφίξει· νῦν δὲ εἰς ἀπέραντον ἐχώρησας βυθὸν κακῶν, πάντα τόπον ἐμπλήσασα τῆς παρανομίας σου. *Ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐτῆς, ὡσεὶ κορώνη ἐρημουμένη*, τουτέστιν ὡς μεμονωμένη κορώνη γέγονας παντὸς καλοῦ στερηθεῖσα· ὑπὸ πολλῶν τε ἐχθρῶν αἰχμάλωτος γενομένη, καὶ διαφόρῳ θανάτῳ ληΐζομένη, καὶ ἔτι ἀντείχου τῆς κακίας.

Καὶ ἔσχες ποιμένας πολλοὺς, ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι.

Οὐκ ἐμὲ ἔβλαψας, ἀλλὰ σὺ ἐβλάβης, σὺ τὰ δεινὰ πέπονθας, ποιμένων γὰρ τὸ ποιμαίνειν ἐστὶν, οὐ τὸ ἐμποδίζειν.

Τὸ δεινὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐδὲ ἐπελάθετο τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, οὔτε μετὰ ἐπιεικείας ἡμάρτανεν.

Οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγόν;

Ἀπὸ τῶν σῶν, ἀπὸ τῆς σῆς περὶ ἐμὲ διαθέσεως, ταῦτα λέγω, ἅπερ ἐστὶ διαθέσεως ὀνόματα, *πατὴρ, ἀνὴρ, οἶκος, ἀρχηγὸς παρθενίας.*

* Τουτέστιν, οὐ προσέσχες, ὅπως σε ᾠκειωσάμην ἐν τάξει σοι πατρὸς γενόμενος, καὶ ἀνδρὸς παρθένον ἀγομένου· οὐ ταύτας μοι τὰς τῆς οἰκειώσεως προσηγορίας ἐτίθεις.

Μὴ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, κ. λ. τ.

Τουτέστιν, ἡ πορνεία σου, καὶ τὸ ἀτιμωρητὶ ταῦτα ποιεῖν. Τουτέστι μὴ ἐπιμένουσα τοῖς κακοῖς, ἀτιμώρητος ἔσῃ, καὶ περιγενήσῃ τῶν πολεμίων ἐν εὐσεβείᾳ τυγχάνουσα.

Ἰδοὺ ἐλάλησας.

Ὁρᾷς αὐτὴν ἀπὸ μελέτης ποιοῦσαν, καὶ ἀπὸ σκέψεως.

Καὶ εἶπε Κύριος πρός με ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωσίου τοῦ βασιλέως.

Οὕτως εὐδόκιμος ἦν, οὕτως εὐσεβής· Οὐχ ἁπλῶς ὁ χρόνος προστίθεται, ἀλλὰ μεῖζον ἔγκλημα τοῖς Ἰουδαίοις· ὅτι οὐδὲ ἄρχοντα ἔχοντες ἐπιμελούμενον αὐτῶν βελτίους ἐγένοντο, ἐντυγχάνει τῷ προφήτῃ ὁ Θεὸς, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς δούλοις ἐντυγχάνομεν, ὅταν παρὰ τῶν ἐρωμένων καταφρονώμεθα.

Ἶδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραήλ.

Καὶ μὴν ἀπαθὲς τὸ Θεῖον ἀλλ' ὅμως ὡς ὑβρισμένος καὶ ἠδικημένος διαλέγεται. Ἡ κατοικία τοῦ Ἰσραὴλ οὐχ εἷς, οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μὴν οὗτος οὐκ εἶδεν, ἐκεῖνα γὰρ πρὸ αὐτοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τοῦτό ἐστιν ἀντὶ τοῦ, Ἔμαθες.

* Δίκαιος γέγονεν ὁ Ἰωσίας, καὶ πολλὴν σπουδὴν περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ Θεοῦ ἐποιήσατο, ὥστε καὶ τὸν λαὸν αὐτῷ ὑπηρετεῖσθαι· ἀλλ' ἐπειδή τινες ἦσαν, οὐ γνησίως μετιόντες τὴν εὐσέβειαν, ἐλέγχει αὐτοὺς ὁ προφήτης διὰ τούτων τῶν ῥημάτων, καὶ τῇ παραθέσει τῶν δέκα φυλῶν παρανόμους τούτους δείκνυσιν, ἐπειδὴ ἀπῆσαν ἐκεῖνοι· ἐδούλευον γὰρ ἐν Βαβυλῶνι.

Καὶ εἶπα, μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα· Πρός με ἀνάστρεψον. Καὶ οὐκ ἀνέστρεψε.

Τὸν προφήτην διδάσκει τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον,

A simulabas. Nunc in immensum te projecisti malorum profundum, omni loco tuis iniquitatibus opleto. *In viis tuis sedisti quasi cornix deserta.* Hoc est, uti desolata cornix effecta es omni bono privata, multorumque captiva ditionem passa, varia morte deprædata, et tamen malitiam retinebas.

VERS. 3. *Et habuisti pastores multos. Facies tua facta est meretricis.*

Non mihi, sed tibi tulisti damna : mala sustinuisti, pastoris enim pascere, non impedire est.

Grave hoc est, quod proprios lapsus non perceperit, nec mediocria peccarit.

B VERS. 4. *Nonne tanquam domum me vocasti, et patrem, et ducem?*

Ex tuis, tuoque in me affectu hæc dico, quæ sunt affectus nomina, *pater, vir, domus, virginitatis dux.*

* Hoc est, non attendisti, ut te meam asciverim, loco patris tibi effectus, et viri, qui ducit virginem. Non has mihi amicitiæ appellationes tribuebas.

VERS. 5. *Nunquid permanebit in perpetuum*, etc.

Hoc est, fornicatio tua, et hæc impune patrare. Hoc est, si in malis non perstiteris, ab omni eris punitione immunis, et si piam te gesseris, omnium hostium vires debellabis.

Ecce locuta es.

C Vides ipsam data opera prudentique animo hæc perpetrantem.

VERS. 6. *Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis.*

Adeo laudabilis erat, adeo pius. Nec frustra mentio illa de tempore facta est : sed ut majori peccato obnoxiores Judæos ostenderet : quod nec cum principem illos moderantem haberent, meliores effecti sunt, alloquitur Deus prophetam, quemadmodum et nos cum a dilectis negligimur, servos alloquimur.

Vidisti quæ fecit mihi domus Israel.

Et certe Deus passionibus non subjacet, tamen veluti contumelia et injuria affectus loquitur. Multitudo Israel, non unus, non alter, sed multitudo D universa. Et profecto hic non viderat, præcesserant enim ista; sed hoc est positum perinde ac si diceret : Cognovisti.

Justus erat Josias, magnoque studio Dei cultum prosequebatur, ita ut et populus illi subserviret. Sed cum quidam essent non legitime pietatem colentes, eos propheta his verbis redarguit, et decem tribuum comparatione eos iniquitatis reos ostendit, cum illi abessent, in Babylone enim serviebant.

VERS. 7. *Et dixi postquam fornicata erat, hæc omnia : Ad me revertere. Et non est reversa.*

Justam esse pœnæ inflictionem prophetam Deus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

edocet : *Abiit super omnem montem excelsum.* Deinde suam bonitatem humanitatemque explicat: *Et dixi, cum mœchata esset.* Libens itaque volens mortem sibi conscivit; neque initio juxta leges, vitam instituens, nec post impietatem patratam conversa. Hinc Judæ tribus acrior vehementiorque accusatio. *Et vidit prævaricationem.* Cum perspexisset, ait, malitiam sororis suæ multamque propter eam inflictam, æmulatione malitiæ non abstinuit, sed illius inhæsit vestigiis.

A Ἐπορεύθη ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλόν. Εἶτα τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα, καὶ φιλανθρωπίαν δείκνυσιν, *Καὶ εἶπα μετὰ τὸ πορνεῦσαι.* Ἑκοῦσα τοίνυν τὸν ὄλεθρον ἐπεσπάσατο, μήτε ἀρχῆθεν τὴν κατὰ νόμον πολιτείαν ἀσπασαμένη, καὶ μετὰ τὴν ἀσέβειαν ἐπιστρέψαι μὴ βουληθεῖσα, ἐντεῦθεν αὔξει τῆς Ἰούδα φυλῆς τὴν κατηγορίαν. *Καὶ εἶδε τὴν ἀσυνθεσίαν.* Θεασαμένη, φησὶ, καὶ τὴν πονηρίαν τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, καὶ τὴν διὰ ταύτην ἐπενεχθεῖσαν αὐτῇ τιμωρίαν, οὐκ ἔφυγε τῆς πονηρίας τὴν μίμησιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνης ἠκολούθησεν ἴχνεσιν.

Vers. 9. *Et facta est in nihilum fornicatio ejus*, etc. Nil se, ait, perversum patrare putabat, fornicationem autem idolorum cultum vocat; relicto enim Deo, qui eorum sponsus nominabatur, idola colebant, cædibusque terram implebant dæmonibus liberos sacrificantes. *Et mœchata est cum lapide et ligno.* Conspicuam fornicationis accusationem effecit.

Καὶ ἐγένετο εἰς οὐθὲν ἡ πορνεία αὐτῆς. Οὐδὲν, φησὶ, παράνομον ποιεῖν ὑπελάμβανε, πορνείαν δὲ τὴν εἰδωλολατρείαν καλεῖ· καταλιπόντες γὰρ τὸν Θεὸν, ὃς νυμφίος αὐτῶν ὠνομάζετο, τοῖς B εἰδώλοις ἐλάτρευον, καὶ ἐφονοκτόνουν τὴν γῆν θύοντες τὰ τέκνα αὐτῶν τοῖς δαίμοσι. *Καὶ ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον.* Σαφῆ τὴν τῆς πορνείας κατηγορίαν εἰργάσατο.

Vers. 10. *Et in omnibus his non est reversa, sed in mendacio.* Postquam enim tunc visi sunt meliores, propter hoc ait reversos esse in mendacio, mendacium enim hoc erat.

Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλ' ἐπὶ ψεύδει. Ἐπειδὴ γὰρ τότε ἔδοξαν εἶναι βελτίους, διὰ τοῦτο φησὶν, ὅτι ἐπεστράφησαν μὲν ἐπὶ ψεύδει· ψεῦδος γὰρ ἦν τοῦτο.

Vers. 11. *Et dixit Dominus ad me : Justificavit animam suam Israel præ prævaricatrice Juda.* Non veluti justificatos laudat filios Israel, sed veluti minus, et primum peccantes; hos autem improbat, quod non evaserint hac castigatione meliores.

Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα. Οὐχ ὡς δικαιωθέντας τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐπαινεῖ, ἀλλ' ὡς ἔλαττον ἁμαρτάνοντας, καὶ πρώτους· τούτους δὲ κακίζει ὅτι οὐ βελτίους ἐγένοντο ἐκ τούτου τοῦ σωφρονισμοῦ. C

Deinde pluribus commonstrat, quod sororis impietatem non est detestata, cum internecionem ejus conspexisset; et quod venia quadam potius decem tribus, quam Judæ, dignæ videbantur, quæ cum eorum ærumnas vidisset, a calamitatum tamen causis non abhorruit. Quapropter et prophetæ, ut illis vaticinetur, imperatur.

Εἶτα διὰ πλειόνων διδάσκει, ὅτι οὐκ ἐβδελύξατο τῆς ἀδελφῆς τὴν ἀσέβειαν, τὴν πανωλεθρίαν θεασαμένη, καὶ ὅτι μᾶλλον ἔχουσί τινα συγγνώμην αἱ δέκα φυλαὶ, ἤπερ ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ, ἐπειδὴ τὰς συμφορὰς ἐκείνων ἑωρακυῖα, τὰ ἕτερα [αἴτια] τῶν συμφορῶν διετέλεσε δρῶσα. Οὗ δὴ χάριν ἐκείνοις προθεσπίσαι ὁ προφήτης παρακελεύεται.

Vers. 12. *Vade, et lege sermones istos contra aquilonem.* Quid est hoc? Num ad aquilonares partes civitatis? et quid id petit? quid ad absentes Israelitas sermonem dirigit? vel hoc peragit ad aquilonares partes civitatis tanquam eos exstimulans, pungensque; omnia enim dicit eorum causa. Nos etiam vita functis beatitudinem tribuimus, viventes ad D sanioris vitæ cursum excitando, eosque celebramus stimulando, et absentium famam extollimus. Sic et Deus, ait, jubet sermones mitti, ut et hi, et illi probiores fiant, sicut Paulus ait [38] : *Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis.* Sic et Deus hos excitat eorum laudes celebrando. Nam quia pejores vobis hi sunt, vobis de reliquo verba facio. Neque enim propheta hic ad Persidem transiisse traditur, nec mittere mandat.

Πορεύου καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους πρὸς βορρᾶν. Τί ποτε τοῦτό ἐστιν; Ἆρα πρὸς τὰ βόρεια μέρη τῆς πόλεως; καὶ τί τοῦτο βούλεται; τί δὲ τοῖς μὴ παροῦσι διαλέγεται Ἰσραηλίταις; ἢ τοῦτο ποιεῖ πρὸς τὰ βόρεια μέρη τῆς πόλεως, ὥσπερ τούτους παροξύνων, καὶ κνίζων· τὸ γὰρ πᾶν διὰ τούτους, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς καὶ τοὺς τελευτῶντας μακαρίζομεν τοὺς ζῶντας ποιοῦντες βελτίους, καὶ ὑμνοῦμεν κνίζοντες, καὶ ἀπόντας ἐπαινοῦμεν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, φησὶ, κελεύει πεμφθῆναι τοὺς λόγους, ὥστε καὶ τούτους βελτίους γενέσθαι κἀκείνους, ὥσπερ ὁ Παῦλός φησιν· *Εἴ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν.* Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τούτους διεγείρει, ἐκείνους ἐπαινῶν. Ἐπειδὴ γὰρ χείρους ὑμῶν οὗτοί εἰσι λοιπὸν, ὑμῖν διαλέγομαι. Οὐ γὰρ δὴ ἱστορεῖται ὁ προφήτης οὗτος ἀπελθὼν εἰς Περσίδα, οὐδὲ πέμψαι κελεύει.

Vade, inquit, *et lege sermones istos.* Immensa sane Domini humanitas; nam post ingentem in-

Πορεύου γὰρ, φησὶν, *καὶ ἀνάγνωθι τοὺς λόγους.* Ἀμέτρητος ἡ τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπία, μετὰ γὰρ

[38] Rom. II, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν πολλὴν παρανομίαν μόνην ἐπιζητεῖ μεταμέλειαν, διδάσκει δὲ ταύτης τὸν τρόπον.

Ἀποστράφηθι πρός με, ἡ κατοικία Ἰσραήλ.

Τοῦτο ζητεῖ μόνον ὁ Θεὸς, ἵνα κἂν ἐπιγνῶμεν ὑμῶν τὰ ἁμαρτήματα· τί μέγα ἀπαιτεῖ; ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἀφίεται, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν.

Πλὴν γνῶθι μὲν ἀδικίαν σου, ὅτι εἰς Κύριον, κ. τ. λ.

Ὅρα τὸ ἀκάθεκτον, *ἐξέχεας*, οὐδὲ ἁπλῶς· Ἡ γὰρ κώμη προέτρεπεν εἰς ἀσέβειαν. Οὐκ ἔνι εἰπεῖν οὐδὲ τοῦτο, ἔδει διακρῖναι, τίνι κεχρῆσθαι ἐχρῆν. Πᾶν ξύλον εἰς ἀσέβειαν προῦκειτο. *Εἰς δὲ ἀλλοτρίους*, τοὺς δαίμονας, φησί. Καὶ οὐκ ἔνι εἰπεῖν, ὅτι οὐ παρῄνουν, οὐδὲ συνεδούλευον, ἀλλ' ἐμοῦ παραινοῦντος ταῦτα ἐποίησας, τῆς δὲ φωνῆς μου οὐκ ἤκουσας, ἀλλὰ τοῖς ἀφωνοτάτοις προσέσχες.

Ἀρχὴ γὰρ ὑγείας, αἴσθησις ἀῤῥωστίας, καὶ ἐξέχεας τὰς ὁδούς σου. Τὸν Θεὸν, καὶ Κύριον, καὶ ποιητὴν, καὶ εὐεργέτην καταλιποῦσα ἀλλοτρίοις συνήφθης. Τίνες δὲ οὗτοι; *ὑποκάτω παντὸς ξύλου ἀλσώδους*, ἔδειξε τῆς πλάνης τὸ ἀκερδὲς, ἄκαρπα γὰρ τὰ θεοποιηθέντα φυτά. *Τῆς δὲ φωνῆς μου οὐχ ὑπήκουσας*, νομοθετῶν γὰρ εἶπεν· *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.*

Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.

Ὅρα μετὰ τὴν κατηγορίαν πάλιν παραίνεσιν, καὶ συμβουλὴν, εἰ τοίνυν ἀφεστηκότες εἰσὶ, τί καλεῖς; Διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν, ὥσπερ ἀνάγκην τῆς ἐπιστροφῆς, φησίν. Ὥσπερ ἂν εἴ τις πρὸς οἰκέτην λέγει, Ἐμοὶ δουλεῦσαι ἔχεις, τίνος ἕνεκεν ἀπεπήδησας, τὴν κατοίκησιν κυρίαν λέγει.

Καὶ λήψομαι ὑμᾶς ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς.

Ἔλαττον τὸ σωζόμενον, τοῦτο καὶ ἐν τῇ μελλούσῃ γίνεται κρίσει, ἐλάχιστοι οἱ σωζόμενοι.

Ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν.

Τουτέστι, Κύριος ὢν πάντων, καὶ τοὺς ἤδη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθέντας δυνήσομαι ἀναγαγεῖν οὐδένα ὑπολιπόμενος.

Καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν μου.

Αὕτη ὄντως εὐεργεσία τὸ, ποιμένων τυγχάνειν ἀγαθῶν, ὥσπερ οὖν καὶ τοὐναντίον τιμωρία μεγίστη, πολλῆς γὰρ δεῖται ἐπιστήμης ὁ ποιμήν· εἰ γὰρ ὁ σωματικὸς ποιμὴν πάντα ἂν ἐπέσχε, πολλῷ μᾶλλον ὁ πνευματικὸς, ὄντως ἀνδρείας χρείας πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ, ἵνα θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Καὶ ἔσται, ἐὰν πληθυνθῆτε.

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐλύπει τὸ, ἕνα ἐκ πόλεως, καὶ δύο ἐκ πατριᾶς, ἐπήγαγεν, *Ὅτι πληθύνεσθε.* Μείζονα ἔχει τὴν ἡδονὴν, μετὰ τὸ ἐπανελθόντες [ἐπανελθεῖν] πολλοὺς οἴκοι γενέσθαι, ἢ ἐξ ἀρχῆς μετὰ πλήθους ἐπανελθεῖν.

[39] Exod. xx, 3.

A quitatem solam pœnitentiam efflagitat, modumque illius docet.

Revertere ad me', domus Israel, etc.

Hoc poscit solummodo Deus, ut saltem errata nostra agnoscamus. Quid magnum requirit? pro vobis ipsis ut cognoscamus, quod remittit, quod hominum amator est.

Vers. 13. *Verumtamen scito injustitiam tuam, quoniam ad Dominum*, etc.

Vide libidinem effusam, *dispersisti;* neque id simpliciter: vicus enim ad impietatem hortabatur. Neque hoc dici potest; discernendum erat, quo esset utendum. Omne lignum ad impietatem propositum erat; *ad alienos* autem, dæmones intelligit. Nec dici potest quod non adhortarer, nec consilia tibi darem; sed me cohortante hæc fecisti, vocem vero meam non audisti, sed voce penitus destitutis adhæsisti.

Cognitio infirmitatis est sanitatis principium, *et effudisti vias tuas.* Deo, Domino, opifice, et benefactore relicto, alienis copulata es. Qui vero sunt hi? *sub omni ligno frondoso*, ostendit erroris nullum commodum: infructuosæ enim pro diis habitæ arbores. *Et vocem meam non audisti;* lege enim statuerat: *Non erunt tibi dii alieni præter me* [39].

Vers. 14. *Convertimini, filii, qui recessistis, dicit Dominus: quia ego dominabor vestri*, etc.

Vide post accusationem iterum adhortationem, et consilium. Si igitur recesserunt: quid vocas? Quoniam ego dominabor vestri, ait, fere necessitatem conversionis, æque ac si quis ad servum diceret: Mihi servire debes, cur aufugisti? inhabitationem dominatum vocat.

Et assumam vos et unum de civitate, et duos de cognatione, etc.

Minor pars salva fit, hoc etiam erit in futuro judicio: Paucissimi qui salvantur.

Et ego dominabor vestri.

Hoc est cum sim omnium Dominus, et jam ab hostibus captos relicto nullo reducere potero.

Vers. 15. *Et dabo vobis pastores juxta cor meum.*

Hoc vere beneficium est, bonos sortiri pastores, sicut et oppositum pœna est maxima: multa enim scientia debet esse præditus pastor; nam si corporalis pastor omnia perfert, multo magis spiritualis, cum sane huic major sit fortitudinis necessitas quam illi ut ponat animam suam pro ovibus.

Vers. 16. *Et erit, si multiplicati eritis.*

Nam quia ægre illud ferebant, unum de civitate, et duos de cognatione, adjunxit, *Si multiplicati eritis.* Majoris lætitiæ est reversos domi multiplicari, quam initio regredi multiplicatos.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In diebus illis non dicent ultra.

Obscurum hoc mihi videtur. Quidam enim asserunt, quod non erunt timenda ; quidam, quod lege non indigebunt, sicut cum dicit : *Et dabo vobis cor novum et auferam cor lapideum* [40], hoc est, spiritus vobis aderit : loco omnium hic docebit, et dux erit vobis, nec nominabitur.

Non ascendet : arca nempe. *Neque nominabitur*, in ipsa, hoc est lex. *Neque visitabitur adhuc*, hoc est, neque portabitur. *Nec fiet ultra :* hoc est, ut antea, cum eam portantes ubique sacerdotes deferrent tollentes. Quasi diceret : Gloriosiorem vobis pœnitentibus e Babylone regressum egressu Ægyptiaco præstabo.

Vers. 17. *Et congregabuntur omnes gentes ad eam, et non ambulabunt ultra*, etc.

Non belli lege, sed pietate ipsos vocante, vel ut cives, deplorent veluti impios, cum exteri pii permaneant. Vel hoc ait, quod nomen ejus validum sit ad eos congregandos. Vel quod ad pietatem, et non simpliciter vita cum virtute erit.

Et non ambulabunt ultra post cogitationes cordis sui pessimi.

Vita vero si optima exstiterit, de futuris quoque bene nobis fidendum, neque timendum. Nam causa morbi tollitur. Si quis in nomine Dei congregatur post desideria cordis sui flagitiosi non ambulat.

* In animo scilicet genuinam pietatem habebunt, ita ut vel solo ipsius urbis aspectu Deum videant. Possumus etiam hoc et de temporibus Christi exponere, nam tunc legali cultu non indigebimus.

Vers. 18. *In diebus illis convenient domus Juda ad domum Israel, et venient simul*, etc.

Bonorum caput concordia, charitas, quoniam et hinc malorum origo effluxit. Et considera, ut non alio posuerit ordine. Non enim dixit : Domus Juda ad domum Israel, sed quod majori admiratione dignum, qui primus frena excusserat, qui inimicitias primus suscepit, contumax, asper, ipse et concordiæ auctor erit. Nec post regressum, sed una ante regressum redibunt. Vides, dilectissime, quot bona attulerit captivitas : immortales inimicitias dissuit, populos qui divulsi erant in unum collegit ; consanguineos, et cives, qui bello inter se flagrabant, amicitia conjunxit : natura contra seipsam insanire visa est, gens a seipsa avulsa, violata sunt reipublicæ jura : et hæc omnia tulit injustitia, hæc omnia dissolvit, et penitus abrogavit captivitas.

Ab aquilone.

Vide ut fide digna res. Ab aquilone multo magis quam ab aliis regionibus. Deinde ipsis antiqua in memoriam revocat. *Quam in hæreditatem dedi*

[40] Ezech. xxxvi, 26.

A *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκ ἐροῦσιν ἔτι.*

Ἀσαφὲς εἶναί μοι τοῦτο δοκεῖ. Τινὲς μέν φασιν, ὅτι οὐκ ἔσται φοβερὰ, τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι οὐ δεηθήσονται τοῦ νόμου, ὥσπερ ὅταν λέγῃ, *Καρδίαν καινὴν, καὶ ἐπαρῶ τὴν καρδίαν τὴν λιθίνην*, τουτέστι, τὸ πνεῦμα ὑμῖν ἔσται, ἀντὶ πάντων αὐτὸ διδάξει, καὶ καθοδηγήσει ἡμᾶς, οὐδὲ ὀνομασθήσεται.

* *Οὐκ ἀναβήσεται*, τουτέστιν ἡ κιβωτός. *Οὐδὲ ὀνομασθήσεται* ἐν αὐτῇ, τουτέστιν ὁ νόμος. *Οὐδὲ ἐπισκεφθήσεται ἔτι*, τουτέστιν οὐδὲ βασταχθήσεται. *Καὶ οὐ ποιηθήσεται ἔτι*, τουτέστιν, ὡς ἤδη πρότερον, ὅτε μετῆγον αὐτὴν πανταχοῦ οἱ ἱερεῖς βαστάζοντες. Ἵνα εἴπῃ · Ἐπιδοξοτέραν ὑμῖν μετανοοῦσιν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἄνοδον παρέξω τῆς ἀπ' B Αἰγύπτου ἐξόδου.

Καὶ συναχθήσονται πάντα τὰ ἔθνη εἰς αὐτὴν, καὶ οὐ πορεύσονται ἔτι.

Οὐ νόμῳ πολέμου, ἀλλ' εὐσεβείας καλούσης αὐτοὺς, ἢ τοὺς πολίτας θρηνῆσαι ὡς ἀσεβοῦντας, καὶ ἀλλογενεῖς εὐσεβεῖς διαμεῖναι, Ἢ τοῦτο φησὶν, ἔτι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰσχυρὸν συναγαγεῖν αὐτοὺς, ἢ ὅτι ἐπ' εὐσεβείᾳ, καὶ οὐχ ἁπλῶς.

Καὶ οὐ πορεύσονται ἔτι ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας αὐτῶν.

Βίος ἐνάρετος ἔσται, ζωῆς δὲ οὔσης ἀρίστης, καὶ θαρρεῖν χρὴ περὶ τῶν μελλόντων, καὶ οὐκέτι φοβεῖσθαι. Ἡ γὰρ αἰτία ἀναιρεῖται τοῦ νοσήματος. Εἴ τις τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ συνάγεται, οὐ πορεύεται ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. C

* Τουτέστιν, ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἕξουσι τὸ γνήσιον τῆς εὐσεβείας, ὥστε καὶ αὐτὴν μόνην τὴν πόλιν ὁρῶντας, φαντάζεσθαι τὸν Θεόν. Δυνατὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν καιρῶν τοῦ Χριστοῦ αὐτὸ ἐκλαβεῖν, ὡς οὐ δεομένων ἡμῶν τῆς νομικῆς λατρείας.

Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνελεύσονται ὁ οἶκος τοῦ Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτό.

Τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἡ ὁμόνοια, ἡ ἀγάπη, ἐπειδὴ καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν ἐντεῦθεν ἐγένετο. Καὶ ὅρα πῶς οὐκ ἄλλως αὐτὸ τέθεικεν. Οὐ γὰρ εἶπεν Ὁ οἶκος Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, ὁ πρῶτος ἀφηνιάσας, ὁ πρῶτος ἄρξας τῆς ἔχθρας, ὁ ἀπειθὴς, ὁ σκληρὸς, D αὐτὸς ἄρξει καὶ ὁμονοίας· καὶ οὐ μετὰ τὸν ἐπάνοδον, ἀλλ' ὁμοῦ ἐπανήξουσι πρὸ τῆς ἐπανόδου. Ὁρᾷς, ἀγαπητὲ, ὅσα ἀγαθὰ πεποίηκεν ἡ αἰχμαλωσία · Ἔχθραν ἀθάνατον ἔλυσε, δήμους ἀποσχισθέντας συνήγαγεν, συγγενεῖς, καὶ πολίτας ἐκπεπολεμωμένους κατήλλαξεν, ἡ φύσις καθ' ἑαυτῆς ἐφάνη μανεῖσα, γένος διεσπάσθη, τὰ τῆς πολιτείας διῃρέθη δίκαια, ταῦτα πάντα εἰργάσατο ἡ ἀδικία, ταῦτα πάντα διέλυσε, καὶ ἠφάνισεν ἡ αἰχμαλωσία.

Ἀπὸ γῆς βορρᾶ.

Ὅρα τὸ ἀξιόπιστον. Ἀπὸ βορρᾶ, πολλῷ μᾶλλον ὅτι ἀπὸ [ἢ ἀπὸ] τῶν ἄλλων χωρῶν · εἶτα καὶ ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς παλαιῶν διηγημάτων. *Ἣν κατεκλη-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν· ἐκεῖνο γὰρ ἀπιστότερον ἦν. Ὅταν μέλλῃ θαῦμα διηγεῖσθαι, ἀναμιμνήσκει τοῦ παλαιοῦ διηγήματος, ἢ θαύματος. Ἀπιστεῖς οὖν πῶς οἱ πατέρες σου συνῆλθον; πῶς κατεκληρονόμησα αὐτούς;

Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο, τὸ πανταχοῦ τῆς γῆς σπαρέντας εἰς ἕνα τόπον συνελθεῖν.

Καὶ ἐγὼ εἶπα· Γένοιτο, Κύριε· ὅτι τάξω σε εἰς τέκνα.

Ὅρα τοῦ προφήτου τὸ κηδεμονικὸν, καί τοιγε οὐκ ἔμελλεν ἐκείνοις ὑποκεῖσθαι τοῖς καιροῖς, οὐδὲ αὐτόπτης ἔσεσθαι τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ὡς αὐτὰ μέλλων ἀπολαύειν, οὕτω συνεύχεται.

Τοῦτο δὲ διὰ μέσου, ὡς ἀπὸ τοῦ προφήτου, καὶ εὐθὺς ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ὅτι *Τάξω σε εἰς τέκνα*, συνῆπται γὰρ τῇ προηγουμένων ῥητῶν ἀκολουθίᾳ.

Τὸ πρῶτον ἀξίωμα ἡ πατρικὴ κληρονομία, καί τοιγε ἑαυτοὺς ἐξέβαλλον ταύτης τῆς συγγενείας. Πατέρα ἐκάλεσαν τὸν λίθον, ἀλλ' ὅμως *Τάξω σε εἰς τέκνα*. Ὅρα καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς Καινῆς, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξ ἡμῶν τὴν συγγένειαν ταύτην ἐνισταμένην, *Τάξω σε εἰς τέκνα*, τοῦτο τοῦ Θεοῦ· καὶ Παῦλός φησιν· *Ὧν ἡ υἱοθεσία*. Οὐδὲν γὰρ ἴσον ταύτης τῆς τιμῆς. Καὶ πάλιν· *Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι*, ὥστε διαφυλάσσειν τὴν τάξιν. Ὅταν γὰρ τάξῃ μὲν αὐτὸς, ἡμεῖς δὲ καταλείπωμεν, ἐξοστρακιζόμεθα, οὐ γὰρ ἀπολλομένου [ἀπολελυμένως] εἶπε, Ποιήσω σε τέκνον, ἀλλὰ, *στήσω σε*, εἰς ἐκείνην τὴν τάξιν καθάπερ ἐπὶ ἀξιώματος· τὸ δὲ διατηρῆσαι, ἡμέτερον.

Ὅρας ὅσα διῆλθεν ἀγαθά; Ποίαν αὐτοὺς ἀπαιτεῖ τὴν ἀμοιβήν; οὐδεὶς πόνος, οὐδεὶς ἱδρὼς, μέχρι προσηγορίας ἡ ἄσκησις ποῖον ἔχει κάματον;

Τοῦτο γὰρ παιδὸς, τὸν Πατέρα διώκειν ἀεὶ, καὶ τύπτοντα· Οὐχ ὁρᾶτε τὰ παιδία τὰ μικρὰ κλαυθμυριζόμενα, ἐπιτιμώμενα, καὶ τοῦ κρασπέδου τῆς μητρὸς ἐχόμενα, καὶ ἐπακολουθοῦντα; Ἓν μόνον ζητοῦσι παρ' ἡμῶν, τὸ φιλεῖσθαι.

Συνῆπται τοῦτο τῷ, Καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν· Τὸ γὰρ μεταξὺ κείμενον, *Καὶ ἐγὼ εἶπον, Γένοιτο, Κύριε*, τοῦ προφήτου ἐστὶν ἡδομένου ἐπὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις. Λέγει δὲ, ὅτι *Ἄξω ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐν τάξει τέκνων ἐσχηκὼς, ὥσπερ καὶ πάλαι, ἡνίκα ἀπ' Αἰγύπτου ὑμᾶς ἐξήγαγον. Καὶ εἶπα· Πατέρα ἐπικαλέσασθέ με*· τουτέστι, μόνον ὑμεῖς γνησίως περὶ ἐμὲ διατέθησθε.

Πλὴν ὡς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα αὐτῇ, οὕτως ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ ὁ οἶκος.

Ἐπίγνωτε τὰ οἰκεῖα κακὰ, καὶ παρέξω τὴν ἀμνηστίαν τῶν ἤδη πλημμεληθέντων.

Φωνὴ ἐκ χειλέων ἠκούσθη κλαυθμοῦ.

Ἐντεῦθεν παιδευόμεθα, μὴ μόνον ὀδύρεσθαι, καὶ θρηνεῖν ἐν ταῖς συμφοραῖς, ἀλλὰ πρὸ τούτου τὸν Θεὸν παρακαλεῖν· κλαυθμοῦ γὰρ καὶ δεήσεώς φησιν·

patribus eorum. Illud enim minus fidei habebat. Quotiescunque mirum quid est narraturus, priscæ narrationis, vel miraculi meminit. Non credis igitur, quod patres tui convenerunt? quod dedi eis hæreditatem?

Hoc enim mirum, quod per universam terram dispersi in unum convenerint locum.

Vers. 19. *Et ego dixi: Fiat, Domine, quia ponam te in filios*, etc.

Vide quantam propheta curam gerat, nec tamen illis ipse temporibus futurus nec bona visurus erat; tamen ut illorum futurus particeps, ita precatur.

Hoc per interpositionem, tanquam a propheta, statimque ex persona Dei subditur: *Ponam te in filios*: adnectitur enim præcedentium continuationi.

Prima dignitas est paterna hæreditas, tametsi se ipsos hac cognatione ejecerint. Patrem vocarunt lapidem; sed tamen *Ponam te in filios*. Vide et in Veteri sicut et in Novo, et ex Deo et ex nobis constare hanc cognationem, *Ponam te in filios*. Et Paulus ait: *Quorum adoptio*[61]. Nihil huic honori potest æquiparari. Et iterum: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*[62], ut servent hunc ordinem. Quando enim ipse quidem filios constituerit, nos vero deserimus, de statu dejicimur. Nec enim nude dixit: Te filium faciam, sed *constituam te*, in eo veluti dignitas loco, in illo autem persistere nostri est muneris.

Vides quæ percurrerit bona? Quid exquirat, ut sibi reddatur? nullus labor, sudor nullus, nomine tenus exercitatio hæc quem habet laborem?

Hoc namque filii est, Patrem sequi et verberantem: Nonne videtis infantulos plorantes matrum inclamantium hærere fimbriis, et sequi? Illud unum a nobis quærunt, ut amentur.

Connexum hoc cum illo, et venient in unum de terra Aquilonis, et ex omnibus terris ad terram, quam hæreditate tribui patribus eorum. Quod enim interpositum est, *Et ego dixi: Fiat, Domine*, prophetæ est, ob Dei promissiones exsilientis. Dicit autem, *Adducam vos in terram promissionis loco filiorum habens, sicut et olim cum vos Ægypto eduxeram. Et dixi: Patrem vocastis me.* Hoc est, tantum vos erga me genuino animo affecti estote.

Vers. 20. *Verumtamen sicut prævaricatur mulier*, etc., *sic prævaricata est*, etc.

Propria mala agnoscite, et oblivioni tradam, quæ jam delinquendo commisistis.

Vers. 21. *Vox de labiis audita est ploratus.*

Hinc instruimur non modo lamentari, et ejulare in adversis, sed et ante hoc Deum orare; fletu enim et precatione opus ait: nam nec fletus tan-

[61] Rom. IX, 4. [62] Joan. I, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum poterit aliquid præstare, nec precatio fletibus non inflammata. Hoc ab æruminis lucrum.

* *Vox de labiis.*

Quæ temporibus Josiæ contigere, narrat.

VERS. 22. *Revertimini, filii revertentes, et sanabo contritiones vestras : Ecce servi nos erimus tibi*, etc.

Non enim sufficit flere, neque orare, cum hoc ex malorum contingat natura : sed satisdationem correctionemque de futuris exigit, ne cum a malis liberati fuerint, iterum ad priora revertantur.

Discamus confessiones accurate emittere; nec enim hæc scripta simpliciter sunt, sed ut ea nos sequamur.

* Hoc est, ut decet convertimini : non ob regis timorem pietatem dissimulate.

VERS. 23. *Vere in mendacium erant colles, et fortitudo montium : tantum per Dominum Deum*, etc.

Adorarunt iniquitatem, pravitatibus desideriorum sacrificarunt : forsan et ad nos sermo hic dictus, *Convertimini, filii revertentes. — Et paucis interjectis :* Sane mendaces erant colles. Cum lumen aspexerimus, tunc agnoscimus tenebras. Agnoverunt Deum, tunc noverunt et dæmones. Ita et nos tunc vere peccatum sciemus non verbis dicentes, sed rebus ipsis persuasi. Et reliquit eos Deus, ut per res ipsas discerent. Oportet et priora damnare.

Ecce iterum, *per*, de Deo dictum ; oportebat quidem vos et ab aliis discere, a cœlo, a terra, et mari : nunc autem ex his quæ in ipsos facta sunt. Veteres autem non saxea solum erigebant, sed et colles, montesque sequebantur, quod in excelsis dæmones habitare putarent ; nulla enim pars creaturæ est, cui cultum homines diabolo instigante non exhibuerint. *Et post pauca.— Cæterum per Dominum Deum nostrum salus Israel.* Quid enim aliud requirit Deus, quam ut scias ipsum esse, qui in te beneficia confert? Hoc a te, aut nihil aliud exigit, et hoc vehementer cupit.

VERS. 24. *Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolecentia nostra.*

Etsi nihil mali passi essent : dedecus rem ipsam sequebatur : frustra laborabant, et angebantur, nihil plane aliud erat quam nudum sacrificium. Victimæ quidem dæmonibus, salus autem a Deo.

Oves.

Nec filiis pepercerunt, et naturam suam ignorarunt, extremo furore debacchantes.

Qui enim insanit, nescit quid agat. Qui vero turpia committit, et confusione digna, sentit quid agat, multosque habet increpantes ; nec dici potest clam eos fecisse, sed in conspectu omnium, cum multi essent, qui eos confusione possent opplere.

VERS. 25. *Quoniam coram Deo nostro peccavimus nos.*

A οὔτε γὰρ ὁ κλαυθμὸς καθ' ἑαυτὸν δύναιτο ἂν ἐργάσασθαί τι, οὔτε εὐχὴ μὴ πυρωθεῖσα τοῖς θρήνοις, τοῦτο τῶν συμφορῶν τὸ κέρδος.

Φωνὴ ἐκ χειλέων.

Τὰ ἐπὶ τοῦ Ἰωσίου γενόμενα λέγει.

Υἱοί, ἐπιστράφητε ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν· Ἰδοὺ δοῦλοι ἡμεῖς ἐσόμεθά σοι.

Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ κλαῦσαι, οὐδὲ τὸ δεηθῆναι, ἀπὸ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο συνέβαινε τῶν δεινῶν, ἀλλ' ἐγγὺς [ἐγγύας] αὐτοὺς καὶ εὐθύνας ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἀπαιτεῖ, ἵνα μὴ μετὰ τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ πρότερα πάλιν ἐπανέλθωσιν.

Μάθωμεν ἐξομολογεῖσθαι μετὰ ἀκριβείας, οὐ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἀναγέγραπται, ἀλλ' ὥστε ἔπεσθαι καὶ B ἡμᾶς.

Τουτέστι γνησίως μεταβάλλεσθε, μὴ διὰ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως ὑποκρίνεσθε τὴν εὐσέβειαν.

Ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοὶ, καὶ δύναμις τῶν ὀρέων· πλὴν διὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Προσεκύνησαν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐθυσίασαν ταῖς πονηρίαις τῆς ἐπιθυμίας· τάχα καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος εἴρηται, *Ἐπιστράφητε, υἱοὶ, ἐπιστρέφοντες.—Καὶ μετ' ὀλίγα.* Ὄντως εἰς ψεῦδος ἦσαν οἱ βουνοί. Ὅταν τὸ φῶς ἴδωμεν, τότε τὸ σκότος ἐπιγινώσκομεν. Ἔγνωσαν τὸν Θεὸν, τότε καὶ τοὺς δαίμονας ἐγνώρισαν· οὕτω καὶ ἡμεῖς τότε τὴν ἁμαρτίαν εἰσόμεθα ὄντως, οὐ ῥήμασι λέγοντες, ἀλλὰ διὰ τῶν πραγμάτων πεισθέντες. Καὶ ἀφῆκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, διὰ τῶν ἔργων μαθεῖν, δεῖ καὶ τῶν προτέρων καταγινώσκειν.

C Ἰδοὺ πάλιν τὸ, *διὰ*, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ εἴρηται· ἔδει μὲν ὑμᾶς καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων μαθεῖν, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης· νῦν δὲ ἐκ τῶν εἰς αὐτοὺς γενομένων. Οἱ δὲ παλαιοὶ, οὐχὶ λίθινα μόνον ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ δρη, καὶ βουνοὺς ἐδίωκον. Τὸ δὲ αἴτιον, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἐνόμιζον κατοικεῖν τοὺς δαίμονας· οὐδὲν γὰρ μέρος ἐστὶ τῆς κτίσεως, ὃ μὴ προσκυνηθῆναι παρεσκεύασεν ὁ διάβολος. *Καὶ μετ' ὀλίγα. — Πλὴν διὰ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν ἡ σωτηρία τοῦ Ἰσραήλ.* Τί γὰρ ἄλλο ζητεῖ ὁ Θεὸς, ἢ ἵνα μάθῃς, ὅτι αὐτός σε εὐεργετεῖ; Τοῦτο, ἢ οὐδὲν πλέον ἀπαιτεῖ παρὰ σοῦ, καὶ τούτου αὐτοῦ ἐρᾷ.

Ἡ δὲ αἰσχύνη κατανάλωσε τοὺς μόχθους τῶν πατέρων ἡμῶν ἀπὸ νεότητος αὐτῶν.

D Εἰ καὶ μηδὲν ἔπαθον δεινὸν, αἰσχύνη μετὰ τὰ πράγματα ἦν, ἐπόνουν εἰκῇ, καὶ ἐταλαιπωροῦντο, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ θύειν ἁπλῶς, Ἡ μὲν θυσία τοῖς δαίμοσιν, ἡ δὲ σωτηρία παρὰ τοῦ Θεοῦ.

Πρόβατα.

Οὐδὲ τῶν ἐγγόνων ἐφείσαντο, καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ἠγνόησαν, εἰς μανίαν τὴν ἐσχάτην ἐξοκείλαντες.

Ὁ γὰρ μαινόμενος οὐκ οἶδεν τί πράττει· ὁ δὲ αἰσχρὰ πράγματα ποιῶν, καὶ αἰσχύνης ἄξια, ἐν αἰσθήσει τέ ἐστι, καὶ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιτιμῶντας· οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι λάθρα ἐποίουν, ἀλλὰ πάντων ὁρώντων, πολλῶν τῶν μελλόντων ὄντων καταισχύνειν αὐτούς.

Διότι ἐναντι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμάρτομεν ἡμεῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τὸν ἐξομολογούμενον οὕτως ἐξομολογεῖσθαι δεῖ, ὥστε αὔξειν τὸ ἁμάρτημα πάντοθεν, ἀποστερεῖν αὐτὸν συγγνώμης, ἵνα τύχῃ συγγνώμης.

Ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.

Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, οὐ δεύτερον, οὐ τρίτον, ἀλλὰ μυριοστὸν, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι πανταχοῦ τοιοῦτοι.

Καὶ οὐχ ὑπηκούσαμεν τῆς φωνῆς Κυρίου.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τοὺς δαίμονας οὕτω θερμοὶ, καὶ μανικοὶ, ὡς μηδὲ σπλάγχνων φείσασθαι οἰκείων, ὡς καὶ τὰ ἔκγονα καταθῦσαι, περὶ δὲ τὸν Δεσπότην οὕτω ῥᾴθυμοι, καὶ αὐθάδεις, καὶ ἀφηνιῶντες, ὡς μηδὲ τῆς φωνῆς ἀκοῦσαι, ἀλλὰ παρακοῦσαι.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Καὶ ὀμόσῃ· Ζῇ Κύριος, μετὰ ἀληθείας.

Μηδεὶς ἐντεῦθεν λαμβανέτω πρόφασιν ὅρκου, ἀλλ' ἀκουέτω τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτι *Ἠκούσατε, ὅτι ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως.* Πρὸ τούτου ταῦτα ἐλέγετο τοῖς ἀνοήτοις, τοῖς ἐξ εἰδώλων προαγομένοις, οὐχὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν, οὐχὶ τοῖς ἁπτομένοις τῶν οὐρανῶν, οὐχὶ τοῖς εἰς ἄνδρα τελοῦσιν.

Τάδε λέγει Κύριος τοῖς ἀνδράσιν Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλήμ.

Ἀσφάλεια γὰρ πόλεως, οὐκ οἰκοδομῆς ἁρμονία, οὐδὲ λίθων μέγεθος, ἀλλ' ἡ τῶν ἐνοικούντων ἀρετή. Ὥσπερ οὖν καὶ προδοσία πόλεως οὐκ οἰκοδομημάτων σαθρότης, ἀλλ' ἡ τῶν πολιτῶν φαυλότης.

Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις.

Ἐκ τῆς πείρας τῶν γεωργικῶν ὁ προφήτης παραγγέλλει γίνεσθαι ἐπὶ τῶν ψυχῶν, ἃς ὑπὸ πολλῆς ἀργίας ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, πολλὴν ἐξενεγκούσας κακίαν, καὶ ἔργα ἄκαρπα, τῷ ἀρότρῳ τοῦ λόγου μετασχεῖν παρακελεύεται. Οὐ γάρ ἐστι θεῖον ἁπλῶς δέξασθαι σπόρον, μὴ πρότερον τὰς ἀκάνθας ἐκβαλόντα· διό φησιν, *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.*

Γεωργήσατε, φησὶ, τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, πρόῤῥιζον ἀνασπάσατε τῶν εἰδώλων τὴν μνήμην, ταῦτα γὰρ ἀκάνθας καλεῖ· τουτέστιν, ἐξάρατε τὰ εἴδωλα, καὶ οὕτω τῷ Θεῷ προσέρχεσθε, εἰς τὸν ναὸν ἀφικνούμενοι. Ἔλαβε δὲ καὶ αὐτὸ ἐκ μεταφορᾶς τῶν γεωργῶν. Τὸ οὖν· *Μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις*, τουτέστιν, Μὴ εἰδωλολατροῦντες εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν ναόν.

Περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ.

Ἆρα περὶ ταύτης λέγει τῆς περιτομῆς; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ περὶ τῆς κατὰ ψυχήν. Ἆρα ἐκείνη οὐ τῷ Θεῷ ἐστιν ἡ περιτομή· οὐ γὰρ ἂν εἶπεν, *Τῷ Θεῷ περιτμήθητε.* Καὶ μὴν εἶπεν ἄν τις ὅτι περιτεμνόμεθα· πῶς γὰρ ἂν αὐτοῦ οὐκ ἂν εἴη; Οὐ βούλομαι

[63] Matth. v, 33. [64] Psal. xxxvi, 27.

A Confitentem hac ratione decet confiteri, ut peccata omni ex parte amplificet, sibique veniæ locum deneget ut veniam consequatur.

Usque in diem hanc.

Non simpliciter dixit, non bis, non ter, sed sæpius, et extra numerum; nec dici potest semper sui similes fuisse.

Et non obedivimus voci Domini.

Sed erga dæmones ita ardentes fuere, et furibundi, ut nec a propriis visceribus abstinuerint, in filiorum sanguinem sævientes; erga vero Dominum adeo vecordes, et petulantes, et effrenes, ut neque vocem illius audirent, nec omnino obedirent.

B

CAP. IV.

Vers. 2. *Et juraverit: Vivit Dominus, cum veritate.*

Nullus hinc jurandi occasionem arripiat, sed Evangelium audiat. *Audistis quia dictum est antiquis: Non perjurabis: Ego autem dico vobis, non jurare omnino* [63]. Antea hæc fatuis dicebantur, quique relictis idolis proficiebant. Non philosophiam profitentibus, non cœlum ipsum tangentibus, non ad virilem ætatem provectis.

Vers. 3. *Hæc enim dicit Dominus viris Juda et habitatoribus Jerusalem.*

Nullam enim vel ædificiorum concinnitas, vel saxorum magnitudo, sed incolarum virtus munitionem securitatemque urbis pariunt. Eadem ratione illius proditionis eversionisque non muri vetustate collapsi ac diruti, sed perversitas civium in causa est.

C

Novate vobis novalia, et nolite serere super spinas.

Ex eo quod in ipsa agricultura experimur, servandum quoque in animis admonet propheta, circa ea quæ præ segnitie temporibus præteritis multam tulerunt pravitatem, et infructuosa opera. Itaque rationis aratro excidenda cohortatur. Haud enim fas est divinum prorsus semen recipere, ni prius spinis eradicatis: propter quod ait: *Declina a malo, et fac bonum.*

Excolite, ait, animos vestros, idolorum memoriam penitus exstirpate; hæc enim spinas vocat; D hoc est, idola evertite, et sic ad Deum confugite templum petentes, sumpta ad hoc quoque metaphora ab agricolis. Illud enim, *Nolite seminare super spinas*, hoc est: Idolis addicti ne templum ingrediamini.

Vers. 4. *Circumcidimini Deo vestro: et circumcidite duritiam cordis vestri, viri Juda, et habitatores Jerusalem.*

Num de hac circumcisione loquitur? Nequaquam, sed de ea quæ fit in animo. Ea igitur haud est in Deo circumcisio; neque enim dixisset, *Deo circumcidimini.* Et tamen diceret quispiam, quod circumcidimur, et Deo circumcidimur; quanam enim ra-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tione ipsius non sit? Nolo factam ab alio circumcisionem : sed eam, quæ a vobis ipsis fit, cujus quisque est Dominus. Illa quidem ab alio, et in corpore fit; hæc vero nequaquam. Viden' ut vetus condescensionis fuerit? Non enim dixisset, *Deo vestro*, ni illam Dei non esse significasset. Nam quod illa ad virtutum præstabat emolumentum? Quid hic Judæus astruet? Vides ut lex aliud quid innuit? cum se ipsa minime sit sufficiens ad salutem, si talis est circumcisio? Nova igitur paulatim portas adaperiente, vides veterem ipsam per se ipsam evanescere? Non dixit de hoc Paulus, non legem tulit Petrus : Jeremias dixit, quem usque dum colis, ac veneraris, Judæe. Non ex nostris, imo ex tuis hæc tibi libris oppono; ex nostris potius quam tuis : nam et quæ in Novo Testamento continentur, non minus sunt tua, quam nostra, et quæ in Antiquo non minus a te aliena. Sicut illis ita et his fidem denegas. Judæus itaque utraque amisit; nos utraque amplectimur, est enim in utrisque spiritus.

A τὴν παρ' ἑτέρου γινομένην περιτομήν, ἀλλὰ τὴν παρ' ἡμῶν αὐτῶν, ἧς ἕκαστός ἐστι Κύριος. Ἐκείνη παρ' ἑτέρου γίνεται, καὶ ἐν σώματι γίγνεται· αὕτη οὐχί. Ὁρᾷς ὅτι συγκαταβάσεως ἦν ἡ παλαιά; Οὐ γὰρ ἂν εἶπεν τῷ *Θεῷ ὑμῶν*, εἰ μὴ ἐδήλου, ὅτι ἐκείνη, οὐ τῷ Θεῷ, τί γὰρ ὄφελος εἰς ἀρετὴν ἐκείνη; Τί ἐνταῦθά φησιν ὁ Ἰουδαῖος; Ὁρᾷς ὅτι ὁ νόμος ἄλλο τι αἰνίττεται; καὶ οὐκ ἔστι καθ' ἑαυτὸν ἱκανὸς σῶσαι, εἴγε τοιαύτη ἡ περιτομή; Ἆρα τῆς Καινῆς ἠρέμα παρανοιγομένης τὰς θύρας· ὁρᾷς τὴν παλαιὰν αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς κατεργουμένην. Οὐκ εἶπε Παῦλος περὶ τούτου, Ἰουδαῖε, οὐκ ἐνομοθέτησε Πέτρος· Ἱερεμίας εἶπεν, ὃν περιέπεις ἔτι καὶ νῦν. Οὐκ ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα προφέρω σοι βιβλίων· ἐκ τῶν ἡμετέρων μᾶλλον, ἢ σῶν· καὶ γὰρ καὶ τὰ τῆς Καινῆς B οὐχ ἧττον ἡμέτερα μᾶλλον ἢ σά, καὶ τὰ τῆς Παλαιᾶς οὐχ ἧττον ἀλλότριά σου· ὥσπερ ἐκείνοις ἀπιστεῖς οὕτω, καὶ τούτοις· Ὥστε ὁ μὲν Ἰουδαῖος ἀμφοτέρων ἐκπέπτωκεν, ἡμεῖς δὲ ἀμφοτέρων ἐχόμεθα· ἐν γὰρ ἀμφοτέραις τὸ πνεῦμα.

Præterea quæ sit Dei circumcisio docet. *Et circumcidite duritiem cordis vestri :* Satis clare exposuit, quod apparens circumcisio typus, figuraque est absconditæ, quæ si adest, ea quæ est corporis superflua est. Hinc occasione ducta divinus Apostolus ad Romanos scripsit : *Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto circumcisio in carne est, sed qui in abscondito Judæus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ab hominibus, sed ex Deo est* [48]. *Audivit enim Deum per prophetam dicentem : Circumcidimini Deo vestro, et circumcidite præputium cordis vestri, viri Juda, et qui habitatis Jerusalem.*

Εἶτα διδάσκει ὁποία τοῦ Θεοῦ ἡ περιτομή. *Καὶ περιτεμεῖσθαι τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν.* Σαφῶς ἐδίδαξεν ὡς ἡ φαινομένη περιτομὴ τύπος τῆς κεκρυμμένης ἐστὶν, καὶ ὅτι τῆς ἔνδον οὔσης περιττὴ ἡ τοῦ σώματος. Ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ θεῖος Ἀπόστολος Ῥωμαίοις γέγραφεν· *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομὴ, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος,* C *καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ.* Ἤκουσε γὰρ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· *Περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ.*

Ne egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendetur. Et non erit qui exstinguat a facie nequitiæ adinventionum vestrarum.

Μὴ ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ καυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβεννύων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν.

Hominum more volens ipsos instruere alloquitur, propter quod multoties ipsis timorem injicit. Nec erit qui exstinguat malum hoc. Quia enim sæpe in ipsius pietatem spem affixerant, hoc illis solamen evertit.

Ἀνθρωπίνως διαλέγεται, βουλόμενος αὐτοὺς παιδεῦσαι· διὸ πολλάκις ἐπικρεμνᾷ τὸν φόβον αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τὸ δεινὸν τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις εἰς τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀναιρεῖ ταύτην τὴν παραμυθίαν.

* Repugnantibus vero, minas indicit. *Nequando egrediatur ut ignis furor meus.* Namque soli vos eum pœnitentia valetis exstinguere : at vobis pœ- D nitentiam non agentibus, nemo punitioni vos eripiet.

* Τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις ἐπάγει τὴν ἀπειλὴν, *Μή ποτε ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου.* Ὑμεῖς γὰρ μόνοι δύνασθε σβέσαι μεταμελόμενοι, ὑμῶν δὲ μεταμέλειαν μὴ κεκτημένων οὐδεὶς ἱκανὸς ἀπαλλάξαι τῆς τιμωρίας.

Vers. 5. *Annuntiate in Juda.*

Ἀναγγείλατε ἐν τῷ Ἰούδᾳ.

Quid? superius dixerat : Nequando succendatur sicut ignis indignatio mea : jam est succensus : imminentia ipsis pericula infert, et ea prope fores illata non permittit irruere. Nec enim urbes diripiendas objicit, sed hostes admovet portis, veluti ludimagister optimus, lora quidem quatit ad verberandum, parcit tamen.

Τί τοῦτο; ἄνω εἶπε, Μή ποτε ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ θυμός μου· ἤδη αὐτὸν ἐξέκαυσεν, ἐφίστησιν αὐτοῖς τὰ δεινὰ, καὶ ἐπὶ θύραις αὐταῖς ἀγαγὼν, οὐκ ἐπαφίησιν αὐτοῖς τὰ δεινά. Οὐ γὰρ εἰς ἁρπαγὰς εἰσάγει τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐφίστησι τοὺς πολεμίους ταῖς πύλαις, καθάπερ διδάσκαλος ἄριστος, κατάγει μὲν τὸν ἱμάντα, οὐ πλήττει δέ.

* Porro eos perterritans jubet nuntiari Jerusalem, omnique Judæorum tribui, ut signum tuba daret,

* Δεδιττόμενος δὲ αὐτοὺς παρακελεύεται εἰπεῖν τῇ Ἱερουσαλὴμ, καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίων φυλῇ, ὥστε

[48] Rom. II, 28, 29.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαλπίσαι, καὶ σημῆναι πᾶσι τῶν πολεμίων τὴν προσβολὴν, ἵνα εἰς τὰς τετειχισμένας καταφύγωσι πόλεις, διαφερόνται δὲ εἰς Σιὼν ὡς ὀχυρωτέραν.

Ἀναλαβόντες φεύγετε εἰς Σιών.

Ἐναντιολογία τίς ἐστιν· ταῦτα μὲν γὰρ κηδομένου, καὶ προνοοῦντος, καὶ ὅπως μηδὲν γένηται ἄτοπον, πράττοντος. Ἐκεῖνο δὲ βουλομένου παραδοῦναι, καὶ ποιῆσαι ἐκδότους, καὶ ἐσχάτοις περιβαλεῖν κακοῖς. Εἰ σὺ ἐπάγεις τὰ κακὰ ἀπὸ βορρᾶ, τίνος ἕνεκεν καὶ ἐπισπεύδεις; ταῦτα μὲν γὰρ αὐτοῦ στρατηγοῦντος τὰ ῥήματα, ἐκεῖνα δὲ πολεμίων προϊσταμένου. Ὁρᾷς ὅτι διορθοῦντός ἐστι καὶ κηδομένου· καὶ εἰς πίστιν βιαζομένου τὰ ἐσόμενα ἀγαγεῖν; ἐπειδὴ γὰρ τὰ ῥήματα, οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ, σχεδὸν εἰς τὰ πράγματα αὐτῶν ἀνατυποῖ [*Fort.* σχεδὸν τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνατυποῖ].

* Τοῦ Βαβυλωνίου τὴν ἔφοδον ἀπειλεῖ καὶ τὴν πρώτην αἰχμαλωσίαν μηνύει, τῶν γὰρ ἔξω τέως τὴν ἀπώλειαν λέγει. Φησὶ γάρ· *Φεύγετε εἰς Σιὼν, σπεύσατε, μὴ στῆτε.* Ὡς περισωζομένης τῆς πόλεως.

Ἀνέβη λέων ἐκ τῆς μάνδρας αὐτοῦ.

Ἀνέμνησε καὶ τῶν τοῖς ἀδελφοῖς συμβεβηκότων δεινῶν. Τί λέγω μίαν πόλιν, καὶ φυλὴν ἐλαχίστην; ὁλοκλήρους δήμους, καὶ πόλεις αὐτάνδρους ἀνεῖλεν.

Λέγει ταῦτα παραβολικώτερον. Καὶ καλεῖ *λέοντα* τὸν Ναβουχοδονόσορ, *μάνδραν* δὲ τὴν Βαβυλῶνα, ἐκεῖθεν δὲ τοῦτον ὁρμῶντα, καὶ τὰς πόλεις ἐμπρῆσαι, καὶ τὰς χώρας δῃῶσαι· τούτου δὴ χάριν, *περιζώσασθαι*, καὶ τὰ λοιπά.

Ἐπὶ τούτοις περιζώσασθε σάκκους, καὶ κόπτεσθε. Διότι οὐκ ἀπεστράφη.

Τουτέστιν, οὐκ ἀπὸ τῶν Ἰωσίου γενομένων ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐπειδὴ, καὶ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον αὖθις εἰς ἀσέβειαν ἐξετράπητε, δεικνύντες ὡς καὶ τὰ ἤδη γενόμενα, ὡς οὐ μετὰ γνησίας τῆς γνώμης γεγένηται παρ' ὑμῶν, τὴν καθ' ὑμῶν ἐξήνεγκε ψῆφον ὁ Θεός.

Καὶ ἀλαλάξατε.

Οὐ διὰ τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμός· ὄντως γὰρ ὄντως, οὐ διὰ τὴν γέενναν δεῖ μόνην χαλεπαίνειν, ἀλλ' ὅτι ὀργίζεται Θεός. Οὐχ ὅτι ὠργίσθη, ἀλλ' ὅτι ἀπεστράφη.

Ἀπολεῖ ἡ καρδία τοῦ βασιλέως.

Τοιαύτη γὰρ τῶν δεινῶν ἡ φύσις, ἀποστερεῖ τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν. Ὅταν γὰρ ἄμετρος ὁ φόβος ᾖ, οὐδὲν ἀφίησι κατὰ χώραν μένειν.

Καὶ οἱ προφῆται θαυμάσονται.

Τουτέστιν οἱ ψευδοπροφῆται. Διατί; οὐχ ὡς παρ' ἐλπίδας τῶν πραγμάτων ἐξελθόντων, ἀλλ' ὡς παρ' ἐλπίδας δεικνυμένων, καὶ γιγνομένων.

Καὶ εἶπα· ὦ Δέσποτα Κύριε. Ἀρά γε ἀπατῶν.

Πολλὰ συναποκρίνονται τῷ Θεῷ οἱ προφῆται, καθάπερ ἔν τινι σκηνῇ, τὴν διόρθωσιν ἐργαζόμενοι τοῦ λαοῦ. Τοῦτο καὶ πατέρες, καὶ φίλοι πατέρων μετ' ἀλλήλων ποιοῦσιν, τοὺς παῖδας διορθοῦντες. Ποῦ

A et significaret hostium incursionem, ut ad munitas confugiant civitates, præcipueque ad Sion tanquam munitionem.

Vers. 6. *Assumentes fugite in Sion.*

Sibi ipsi pugnantia dicere videtur : hæc enim curam gerentis, et providentis, et ne quid absurdum usu veniat operantis. Illud vero prodere, et dedere, extremisque est malis subjicere. Si tu mala inducis ab aquilone, cur etiam sollicitas? hæc enim sunt ducis officio fungentis verba ; illa vero partes adversariorum suscipientis. Vides, ut corrigentis, et curam gerentis, et ut fidem habeant futura adnitentis ea verba sint? cum enim illi nihil per verba proficerent, rerum fere ipsarum descriptionem proponit.

B

*Babylonii impetum minatur, primamque captivitatem denuntiat, eorum enim qui foris erant ruinam dicit : nam ait : *Fugite in Sion, properate, nolite stare.* De urbe videlicet incolumi manente.

Vers. 7. *Ascendit leo de cubili suo.*

Meminit et quæ fratribus adversa acciderunt. Quid urbem dico unam infimamque tribum? populos totos urbesque lethali excidio omnino delevit.

* Parabolice hæc dicta sunt, vocatque *leonem* Nabuchodonosor, *cubile* vero Babylonem, et illum ex ea profectum, et urbes incendisse et terras igne C vastasse, quare, *Accingite vos*, etc.

Vers. 8. *Super his accingite vos ciliciis, et plangite. Quia non est aversus*, etc.

Hoc est, non ob ea quæ gessit Josias Deus suam cohibuit indignationem, sed quoniam et eo vita functo, iterum in impietatem prolapsi estis, ostendentes et ea quæ jam feceratis non pura genuinaque mente facta fuisse, Deus contra vos sententiam tulit.

Plangite.

Non propter adversitates, sed quia non est aversus furor : sane enim non solum propter gehennam dolendum : sed quia Deus irascitur; non D quod iratus sit, sed quod aversus fuerit.

Vers. 9. *Peribit cor regis.*

Ea enim est rerum adversarum natura, ut innata homines privet ratione. Nam si mensuram terror excesserit, nihil in eodem loco stare permittit.

Et prophetæ mirabuntur.

Hoc est Pseudoprophetæ. Quanam de causa? non quod præter spem res exitum essent sortitæ, sed quod præter spem exhiberentur, et fierent.

Vers. 10. *Et dixi, O Dominator*, etc. *Ergone decipiens*, etc.

Multa Deo prophetæ respondent cum aliis, veluti in scena quadam, populi emendationem procurantes. Hoc patres, patrumque amici invicem faciunt, filios corrigentes. Ubinam vero his dixit : *Pax eri*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vobis? Supra enarrans prospera dicebat : *Et veniet domus Israel, et Juda in unum* [46], si abominationes sustulerit. Ad quid igitur hæc ait propheta? nec enim ignorat : Absit, qui omnia perfecte novit, sed quod initio dixi hoc est, quod ab illis Deo erat dicendum, et ipse respondet : ut rursus occasionem responsionis Deo exhibeat.

A δὲ εἶπε τούτοις, *Εἰρήνη ἔσται ὑμῖν;* Ἀνωτέρω τὰ χρηστὰ διηγούμενος ἔλεγε· *Καὶ ἥξουσιν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα ἐπὶ τὸ αὐτό,* ἐὰν περιέλῃ τὰ βδελύγματα. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτά φησιν ὁ προφήτης; οὐ γὰρ δὴ ἀγνοεῖ. Μὴ γένοιτο, ὁ πάντα εἰδὼς ἀκριβῶς, ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος, τοῦτο, ὅτι συναποκρίνεται τῷ Θεῷ, ὅπερ εἰκὸς ἦν ἐκείνους εἰπεῖν, ἵνα δῷ πάλιν ἀρχὴν ἀποκρίσεως τῷ Θεῷ.

VERS. 11. *Spiritus erroris in deserto.*

Veluti tugurium struens, sic erexit; non pedetentim componens, sed simul omnia producens, veluti e cubis quatuor, rerum machinam creans.

B Vers. 13. *Et multitudinem aquæ in cœlo, fulgura in pluvias fecit, et eduxit lumen.*

Tonitrua hic ait, et pluviam quæ fit ex eis: et quod mirum est, aquam, ait, strepitus edit. Nebulæ tonitrua generant. Ad quid tonitrua? ad incutiendum terrorem, et continendum in officio. Dic, Quomodo in aere aqua? Quomodo quod natura fertur, et fluit ad inferiora veluti machina quadam sublime ascendit? Quomodo nubes non franguntur collisæ ad invicem? Dic quomodo corpus nubium adeo tenue tantum pondus fert? Vidisti rerum admirandarum opificem? Vidisti optimum artificem? Desuper tibi terram ingentibus prius editis strepitibus, ne quid temere fortuitoque evenire suspiceris.

C *Et eduxit nubes ab extremo terræ.*

Hoc est, aliunde aliorsum has transfert; tantumque itineris solum conficere illis licet, quantum præscripserit.

Fulgura in pluviam fecit.

Et tamen absque fulgure etiam defluere imber potest, et sereno quoque cœlo fulgura micant. Sed cum sereno cœlo viderimus, diuturnam hiemem fore conjectamus, fulgur per universam terram corruscat, et totum percurrit orbem, sed quomodo fiat ignoro. Vide: non privata beneficia recenset, sed communia; quoniam ad deos sermonem habebat.

Vers. 14. *Stultus factus est omnis homo a scientia,* D *confusus est, quia falsa conflarit.*

Nam et si valde scientia præstat fatuitatem, tamen in sculptilibus ostendit.

Vers. 15. *Vana sunt opera... in tempore visitationis suæ peribunt.*

Cum fuerit capta civitas, ipsa quoque pœnarum partem sibi vindicabunt.

Vers. 16. *Non est talis pars Jacob.*

Hoc est, non manufactum habet Deum. *Qui enim formavit omnia, ipse est hæreditas ejus.* Hic vox, *hæreditas*, superflue posita est. Porro apud Græcum interpretem obscure exponitur; hoc tamen est, quod vult dicere: Pars Jacob non est, qualis gentium. Ac si diceret: Non habet Deum suffragiis electum. Sed quem? Rerum omnium formatorem,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Creatorem, etc. *Et Israel virga hæreditatis ejus.* Ipse autem, ait, habet Israelem pro hæreditate, id est, elegit eum. Quis autem est hic? *Dominus exercituum nomen ejus*, hoc est, omnium Dominus.

A γόν. *Καὶ Ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ* Αὐτὸς δὲ, φησὶν, ἔχει τὸν Ἰσραὴλ, ἀντὶ κληρονομίας, τουτέστιν, ἐξελέξατο αὐτόν. *Τίς δὲ οὗτος; Κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ.* Τοῦτό ἐστιν, ὁ τῶν ἁπάντων Κύριος.

Vers. 17. *Congregavit de foris substantiam suam quæ habitat, etc.*

Ipse enim eos dissolutos ac dispersos in unum congessit; et iterum dispersit, et iterum congregavit, ostendens eumdem se esse qui prius congregaverat, *qui sanat contritos corde, et ligat contritiones eorum.*

Congregavit de foris substantiam tuam.

Hoc est, fecit ut alienis divitiis potireris, spoliavit enim Ægyptios. *Quæ habitat in electis*, hoc est, et ut optimam coleres terram effecit.

Συνήγαγεν ἔξωθεν τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ κατοικοῦσαν.

Αὐτὸς γὰρ αὐτοὺς συνεκρότησε διαλελυμένους, καὶ διεσπαρμένους· καὶ πάλιν διεσκόρπισε, καὶ πάλιν συνήγαγεν, δεικνὺς ὅτι καὶ ὁ πρότερον συνάγων, αὐτός ἐστιν, *ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.*

* *Συνήγαγεν ἔξω τὴν ὑπόστασίν σου.*

Τουτέστι τὸν ἀλλότριον σε πλοῦτον ἐπικομίσασθαι πεποίηκεν· ἐσκύλευσε γὰρ Αἰγυπτίους. *Κατοικοῦσα ἐν ἐκλεκτοῖς.* Τουτέστι, καὶ ἐν τῇ καλλίστῃ γῇ κατοικίσαι πεποίηκε.

Vers. 18. *Ecce ego supplantabo... ut inveniatur plaga sua.*

Nam quia non ut hominibus ipsis attendebant, nec bona illi a Deo manare existimabant, sed dicebant, Robore nostro habemus cornua; Deus autem nec bona nec mala dabit: propterea inquit: Ut inveniatur plaga tua.

* *Ecce ego arefaciam habitantes terram.*

Ἰδοὺ ἐγὼ σκελίζω, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου.

Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ὡς ἀνθρώποις προσεῖχον αὐτοῖς, οὐδὲ παρὰ Θεοῦ οὕτοι ἐνόμιζον εἶναι τὰ ἀγαθά· ἀλλ' ἔλεγον· Ἐν τῇ ἰσχύϊ ἡμῶν ἔχομεν κέρατα· ὁ δὲ Κύριος οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ, οὐδ' οὐ μὴ κακοποιήσῃ· διὰ τοῦτό φησιν, *Ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή σου.*

* *Ἰδοὺ ἐγὼ σκληρυνῶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.*

Hoc est imbecilles reddam.

Τουτέστιν ἀσθενεῖς ἐργάσομαι.

Vers. 19. *Væ super contritione sua... Doloris plena est plaga tua.*

Juste cum ex malitia, cum a Deo, cum per iram, cum ex insidiis hominum.

Οὐαὶ ἐπὶ συντρίμματί σου.... Ἀλγηρὰ ἡ πληγή σου.

Δικαίως ὅταν ἀπὸ κακίας ᾖ, ὅταν παρὰ Θεοῦ, ὅταν κατὰ ὀργὴν, ὅταν κατὰ ἐπιβουλὴν ἀνθρώπων.

Ex persona urbis sermones hos facit. At ego dixi: Ne hoc vulnus est, cætera enim non erant vulnera toleranda, sed gravia.

* *Et ego dixi: Sane hoc vulnus meum est.*

Ὡς ἐκ τῆς πόλεως ποιεῖται τοὺς λόγους. Κἀγὼ εἶπα, οὕτως τοῦτο τραῦμά ἐστι. Τὰ γὰρ ἄλλα οὐκ ἦν τραύματα φορητὰ, ἀλλὰ δεινά.

* *Καὶ ἐγὼ εἶπον, Οὕτως τὸ τραῦμά μοί ἐστιν.*

Propheta est qui loquitur propter mala Judæorum ingemiscens.

Ὁ προφήτης λέγει, ὀδυρόμενος διὰ τὰ κακὰ τῶν Ἰουδαίων.

Vers. 20. *Tabernaculum tuum vastatum est, et pertiit, et omnes pelles meæ.*

Hoc est, cecidit: est autem sermo de Jerusalem.

Ἡ σκηνή σου ἐταλαιπώρησεν· ὤλετο, καὶ πᾶσαι αἱ δέρρεις μου.

* Τουτέστιν, ἔπεσε· λέγει δὲ περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ.

Hoc est, non valuerunt me circumvallare mœnia.

Τουτέστι, Τὰ τείχη οὐκ ἴσχυσάν με περιβαλεῖν.

Hoc est, mala vehementia irruperunt. Nec enim talem exspectabant irruptionem.

Τουτέστι, κατεσφράγισαν [*Ισ.* κατεισέφρησαν.] μεγάλα τὰ δεινά. Οὐ γὰρ οὕτως προσεδόκησαν τὰ τῆς ἐφόδου.

* Vers. 23. *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus* (1).

* *Οἶδα, Κύριε, ὅτι οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ.*

De Babylonio loquitur.

Περὶ τοῦ Βαβυλωνίου λέγει.

CAP. XI.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Vers. 1, 2. *Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens: Audite verba testamenti hujus.*

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς τὸν Ἱερεμίαν παρὰ Κυρίου λέγων· Ἀκούσατε τοὺς λόγους τῆς διαθήκης ταύτης.

Ostendit jam inanem esse sermonem dicentium,

Δείξας μάταιον τὸν λόγον τῶν λεγόντων, ὡς οὐδὲ

[1] Psal. CXLVI, 3.

(1) Egregiam Chrysostomi homiliam in illud, *Non est hominis via ejus*, lege Edit. Nov. t. VI, col. 1[illegible].

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἁμαρτάνοντας αὐτοὺς κολάσει Θεὸς, προνοῶν τοῦ ναοῦ· καὶ ὡς οὐδὲ ἐκ τῆς περιτομῆς ὄφελός τι ἕξουσιν ἁμαρτάνοντες εἰς Θεόν. Διὰ τοῦτο ἀπειλεῖ αὐτοῖς, ὡς Τὴν ἰσχάτην ὑφέξεσθε τιμωρίαν μὴ ἀκούσαντες τῆς τοῦ προφήτου παραινέσεως.

A Deum, cum de templo curam gereret, etiam peccantes ipsos non puniturum : et eos nil ob circumcisionem relaturos utilitatis, si Deum offenderent. Quapropter illis extremum minatur supplicium, si adhortationibus prophetæ animum non advertant.

* *Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἀκούσει τὸν λόγον τῆς διαθήκης ταύτης, ἧς ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐκ τῆς καμίνου τῆς σιδηρᾶς.*

* VERS. 3, 4. *Maledictus homo qui non audiet verbum testamenti hujus, quod mandavi patribus vestris in die, qua eduxi vos de terra Ægypti, de fornace ferrea.*

Ὁ Ἑβραῖος, *ἐκ τῆς καμίνου σιδήρου*, λέγει. Ἵνα εἴπῃ, ὅτι Οἱ πατέρες ὑμῶν οὕτως κακοῖς διαφόροις ἐνέπεσον, ὡς ὁ σίδηρος ἐν καμίνῳ μαλαττόμενος καὶ τυπτόμενος.

Hebræus *de camino ferri* legit. Ac si dicat : Patres vestri sic malis variis afflictati fuerunt, quemadmodum ferrum in camino, dum subigitur et percutitur.

* Πῶς τῶν Αἰγυπτίων ἤκουσεν [*Ισ.* Πῶς ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων καὶ ταλαιπωρούμενοι καὶ ἀναιρούμενοι ἤκουον]; ἵνα δείξῃ ὅτι δυνατὸν ἀκούειν, ὅταν θέλωσι. Πηλὸς ἦν καὶ πλινθία, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγεν· ἄνεσις καὶ μάννα, καὶ ἐγόγγυζον.

* Quomodo ab Ægyptiis afflicti et perditi audiebant? ut ostenderet non esse impossibile audire, si velint. Lutum erat, et lateres, et nemo contradicebat; vacatio laborum et manna, et murmurabant,

Ἀλλ' οὐδὲν μέγα ἐδόκει εἶναι τοῖς παχυτέροις.

Sed nil magnum esse rudioribus videbatur.

Ὅπως στήσω τὸν ὅρκον μου, ὃν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν τοῦ δοῦναι.

VERS. 5. *Ut statuam juramentum meum, quod juravi patribus vestris daturum.*

Οὕτω καὶ ἐν τῇ Καινῇ ποιεῖ, ἐξείλετο ἡμᾶς δουλείας χαλεπῆς, καὶ τυραννίδος ἀφορήτου καὶ δεινῆς, οὐδὲ καλέσασιν αὐτὸν, οὐδὲ δεηθεῖσιν αὐτοῦ ἔδωκε νόμον. Καὶ πάλιν ὑπισχνεῖται δώσειν βασιλείαν οὐρανῶν.

Ita et novo facit testamento : eruit nos a dira servitute et tyrannide gravi, ac minime tolerabili · qui nec vocabamus ipsum, nec rogabamus, legem dedit. Tandemque regnum cœlorum se traditurum promittit.

Ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους, κ. τ. λ. *καὶ οὐκ ἐποίησαν.*

VERS. 6. *Lege verba hæc*, etc. *et non fecerunt.*

Ὅρα ἀνθρωπίνην συμπάθειαν, ἐλεηθῆναι μόνον βουλομένου αὐτοὺς, οὐχὶ τὸ δίκαιον σκοποῦντος, ἀλλὰ τὸ συγγενές. Ἑτέρως φείδεται πατὴρ, ἑτέρως ξένος. Πατὴρ πολλάκις κολάζει, καὶ οὐ κάμπτεται· ὁ δὲ ἀλλότριος ὁρῶν κάμπτεται. Ἆρα φιλοστοργότερος οὗτος παρ' ἡμῖν;

C Vide humanum affectum, misericordiam tantum illis optantem nec perpendentis quid justum, sed naturæ affinitatem. Pater aliter, aliter extraneus virgæ parcit. Pater sæpe punit, et non flectitur; extraneus vero, dum videt, flectitur. Eritne igitur hic illo filiorum amantior?

Παρίημι πάντα ἐκεῖνα ἀπὸ τοῦ νῦν· ἔστω παράδειγμα μέγιστον αὐτοῖς τὰ πάτρια κακά.

Omnia illa ex nunc prætereo. Sint ipsis pro exemplo maximo paternæ calamitates.

Εὑρέθη σύνδεσμος ἐν ἀνδράσιν Ἰούδα.

VERS. 9. *Inventa est colligatio in viris Juda.*

Τὴν πλοκὴν τῶν κακῶν τὴν διὰ τὰ ἁμαρτήματα λέγει.

Malorum ait seriem ex delictis ortam.

Ἐπεστράφησαν ἐπὶ τὰς ἀδικίας τῶν πατέρων αὐτῶν τῶν προτέρων.

VERS. 10. *Reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priorum.*

Ποία συγγνώμη; Τί δύσκολον; Τί χαλεπόν; χαλεπὸν τὸ ἁμαρτεῖν. Οὐχ ἑώρων παράδειγμα τοὺς προγόνους.

Quæ venia? Quid difficile? Quid arduum? arduum est peccare. Nonne illis exemplo majores erant?

D

Καὶ σὺ μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου. Ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.

VERS. 14. *Et tu noli orare pro populo hoc. Quia non exaudiam.*

Εἶδες ἀπόφασιν; καὶ μὴν ἄνω εἶπες, ὅτι Οὐκ εἰσακούσομαί σου· καὶ πάλιν λέγεις· Ἀνάγνωθι τοὺς λόγους τούτους. Καὶ πάλιν δίδως πρόφασιν σωτηρίας, λέγων· Ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν.

Vidistin' sententiam? Et certe supra dixeras, quod non exaudiam te. Et iterum inquis, Percurre sermones hos. Et iterum das salutis occasionem dicens : Si emendantes emendabitis vias vestras, et mores vestros.

Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα;

VERS. 15. *Quid dilecta in domo mea fecit abominationem?*

Ποῖον ἔχει τὸ πρᾶγμα λόγον; Τίνα ἂν ἔχοι καιρὸν ἐνταῦθα τὸ λέγειν; Οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ; Ποίους πόνους οὐκ ἤνεγκε; τίνας ἱδρῶτας, ποίους ἀγῶνας [οὐχ] ὑπέμεινε; Ποῖος ὄλισθος; Ἐμὲ πα-

Quæ reddi posset hujus rei ratio? Quanam occasione dictum hic est : Non est in homine via ejus? Quos labores non pertulit? quos sudores? quæ non subivit certamina? Qui lapsus? me vult irritare.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cur in me contumeliosa fuit dilecta? si enim eam non amarem, cur injuriosam se præstitit?

Id est, Quare tanto a me studio amata, in templo cultus mei idola venerata est? *Num preces, et carnes sanctæ auferant a te iniquitatem tuam?* hoc est, Num sacrificia mihi oblata purgabunt tuam idololatriam, dum colis idola? *aut istos effugies?* hoc est, verborum cultu.

Numquid vota, et carnes sanctæ auferent?

Et certe ad hoc data sunt, ut corporales non spontaneas tollerent, non quæ sunt hujusmodi.

Vers. 16. *Olivam pulchram, bene opacam specie vocavit Dominus nomen tuum, ad vocem circumcisionis ejus.*

Ego enim te continue virescentem, quemadmodum olivam feci. Illo autem, *Ad vocem circumcisionis ejus*, hoc est, non habentem fructum incircumcisum, quasi diceret, immundum. Sed undique te exornavi, et legibus, et cultu, et sacerdotum administratione, et providentia mea. *Exarsit ignis super eam.* Sed violenter asciscisti, inquit, tibi pœnam.

Et inutiles facti sunt rami ejus.

Hoc est, sine fructibus mansit. Hæc audiens propheta, ac majori animi dolore oppressus, Deo pro populo preces effundebat. Cum autem superius dixisset Deus : *Et tu noli orare pro populo isto*, et harum rerum argumenta adduxisset : *Quid dilecta in domo mea fecit abominationem?* et reliqua, adhuc pro populo propheta instante, Deus populi malitiam manifestare cupiens, et quod eos non pœnitet rerum male gestarum, prophetæ ipsi quod in cuminet moliebantur palam fecit, et non credenti manifesto ostendit eorum iniquitatem.

Reipsa divitias præ oculis posuit. Ubertate divitias expressit, pulchritudinem arbore quæ perenne virescit et frondet.

Ad vocem circumcisionis ejus accensus est ignis super eam : magna tribulatio super se.

Hoc est nec parvo tempore pœnas dabis, sed ingens supplicium propter iniquitates tuas.

Vers. 17. *Et Dominus qui plantavit te, locutus est super te mala, pro malitia domus Israel.*

Summa nequitia, cum talis punit; [qui tantam exhibet providentiam, ipse irrogat pœnam; non enim quam tantopere diligebat, tam repente projiceret, ni maximam in illa sciret inesse nequitiam : qui eam nullo sui merito adeo adamavit, tantaque cura complexus est, non ita statim ab ea recederet. Ingentis igitur hoc pravitatis indicium.

Vers. 18. *Domine, notum fac mihi, et cognoscam. Tunc vidi studia eorum.*

Hoc est, antequam mihi hæc nota faceres, latebant. Quæ autem erant hæc?

Cum in me delinquebant, non videbas; cum hæc petulanter agebant, non inspexisti; sed dicebas :

ροξύναι βούλεται. Διατί εἰς ἐμὲ ἐνύβρισεν ἡ πεφιλημένη; εἰ γὰρ μὴ ἐφίλουν αὐτὴν τίνος ἕνεκεν ὕβρισεν;

Τουτέστι, Διατί ἡ ὑπ' ἐμοῦ τοσοῦτον ἀγαπηθεῖσα εἰς τὸν ναὸν τῆς ἐμῆς προσκυνήσεως τοῖς εἰδώλοις ἐλάτρευεν; *Μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφαιροῦσιν ἀπὸ σοῦ τὴν κακίαν σου;* Τουτέστι, Μὴ τὸ θύειν ἐμοὶ καθαίρει σου τὴν εἰδωλολατρείαν, λατρεύουσαν τοῖς εἰδώλοις; *ἢ τούτους διαφεύξῃ;* τουτέστι τῇ διὰ τῶν λόγων λατρείᾳ.

Μὴ εὐχαὶ καὶ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν;

Καὶ μὴν εἰς τοῦτο ἐδόθησαν, ἵνα ἀφέλωσι τὰς σωματικὰς τὰς ἀκουσίους, ἀλλ' οὐχὶ τὰς τοιαύτας.

Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ θάλλουσάν σε ἐποίησα, καθάπερ ἐλαίαν. Τὸ δὲ, *Εἰς φωνὴν διατομῆς αὐτῆς*, τουτέστι μὴ ἔχουσαν καρπὸν ἀπερίτμητον, ἵνα εἴπῃ ἀκάθαρτον. Ἀλλὰ πανταχόθεν σε ἐκόσμησα, καὶ τοῖς νομίμοις, καὶ τῇ λατρείᾳ, καὶ τῇ τῶν ἱερέων ἐπισταοίᾳ, καὶ τῇ παρ' ἐμαυτοῦ προνοίᾳ. *Ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν.* Ἀλλ' ἐπεσπάσω, φησὶ, τὴν τιμωρίαν.

Καὶ ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς.

Τουτέστιν ἄκαρπος ἔμεινε. Ταῦτα ἀκούων ὁ προφήτης εἰς πλείονα ἀθυμίαν καταπίπτων ἱκέτευε τὸν Θεὸν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. Εἰρηκὼς οὖν ὑπεράνω, *Καὶ σὺ μὴ προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου·* καὶ ἐπαγαγὼν τούτων τὸν ἔλεγχον ἀπὸ τοῦ, *Τί ἡ ἠγαπημένη ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐποίησε βδέλυγμα;* καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπειδὴ ἔτι ἐπέμενεν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, βουλόμενος ὁ Θεὸς δεῖξαι τοῦ πλήθους τὴν κακίαν, καὶ ὡς ἀμεταμέλητα πταίουσι, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ βουλὴν ἐμήνυσε τῷ προφήτῃ, καὶ ἀπιστοῦντι σαφῶς ἔδειξεν αὐτῶν τὴν κακίαν.

Πείρᾳ [*Ισ.* τῇ ὥρᾳ ἢ τῇ ὑπώρᾳ], τὸν πλοῦτον παρέστησεν. Τὸ κάλλος ἀπὸ τοῦ δένδρου, τὸ διηνεκὲς τῆς ζωῆς, τὸ ἀειθαλές.

Εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτὴν, μεγάλη ἡ θλῖψις ἐπὶ σέ.

Τουτέστιν, Οὐδὲ πρὸς βραχὺ δώσεις δίκην, ἀλλὰ τιμωρίαν μεγίστην διὰ τὰς ἁμαρτίας σου.

Καὶ Κύριος ὁ καταφυτεύσας σε, ἐλάλησεν ἐπὶ σὲ κακὰ, ἀντὶ τῆς κακίας οἴκου Ἰσραήλ.

Ἡ μεγίστη κακία, ὅταν ὁ τοιοῦτος κολάζῃ, ὁ τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος πρόνοιαν, αὐτὸς ὁ τιμωρούμενος ᾖ· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐφίλει ἀθρόον οὕτως ἐρρίπτεν, εἰ μὴ πολλὴν ἤδει κακίαν οὖσαν· ὁ μηδὲν κατορθωκυῖαν οὕτω φιλήσας, καὶ ἐπιμελείας μεταδοὺς τοσαύσης, οὕτως οὐκ ἂν ἀπέστη εὐθέως. Ὥστε εἰκότως μεγίστης τοῦτο κακίας τεκμήριον.

Κύριε, γνώρισόν μοι, καὶ γνώσομαι. Τότε εἶδον τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.

Τουτέστιν ἐλάνθανόν με πρὸ τοῦ σε γνωρίσαι μοι. Τίνα δὲ ἦν ταῦτα;

Ὅτε εἰς ἐμὲ ἡμάρτανον, οὐχ ἑώρας· ὅτε τοιαῦτα ὕβριζον οὐκ εἶδες, ἀλλ' ἔλεγες· *Οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. Διατί μὴ λέγεις καὶ νῦν· *Οὐχὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ὁδὸς αὐτοῦ*, ἀλλὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν καλεῖς;

Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων· ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν πονηρόν.

Τινὲς ταῦτα εἰς τὸν Χριστὸν ἐκλαμβάνουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς τέως τῆς ἱστορίας ἐχώμεθα μηδὲν ἐγκαλοῦντες ἐκείνοις. Πανταχόθεν γὰρ ἡ Ἐκκλησία οἰκοδομεῖσθω. Δεύτερον ἤδη τῷ προφήτῃ εἶπε· *Μὴ εὔχου ὑπὲρ αὐτῶν*, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε. Καί τοι εἰ καὶ ἁπλῶς ἦν εἰρηκὼς, ἔδει ἀκουσθῆναι· νῦν δὲ καὶ τὰς αἰτίας λέγει. Οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ ποιοῦσιν; ἐπεὶ οὖν διὰ τῶν λόγων οὐκ ἔπειθεν αὐτὸν, δι' ἔργων ἔπεισε, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν ἔδειξεν. Φιλοσοφεῖς σὺ, φησὶν, ἐν οἷς ὑβρίζομαι ἐγώ. Ὅρα ἐπιείκειαν, καὶ ταπεινότητα. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν ἐκείνους ταῖς εὐχαῖς ταῖς τούτου θαῤῥοῦντας γενέσθαι χείρους, οὗτος δὲ οὐκ ἠνείχετο μὴ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν· δεῖξαι αὐτῷ βουλόμενος, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπότερος, ἀλλὰ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς, ὅρα τί ποιεῖ. Τοὺς δόλους αὐτῶν καὶ τὰς βουλὰς κατασκευάζει γενέσθαι φανερὰς, ἐκπομπεύων ταῦτα, καὶ τί ἔπραττον, καὶ τί ἔλεγον. Ἵνα μάθῃ ὅτι οὐκ ἀπορῶν αὐτῶν οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἀναξίους ὄντας οὐκ ἐλεεῖ.

Ἐγὼ δὲ ὡς ἀρνίον ἄκακον.

Θαυμαστὴ ἡ ἀφέλεια τοῦ προφήτου. Οὐδὲν οὕτως ὁ Θεὸς προσίεται· ἄρα καὶ τὰ πρότερα ἐξ ἀφελοῦς πείρας ἔπαθεν.

Δεῦτε, καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ.

Τί ἐστι ξύλον; Σταυρώσωμεν αὐτὸν, ὡς ἐπικατάρατον, μηδὲ κοινῷ τελευτήσει θανάτῳ, καὶ μετὰ ὁμονοίας ἡ κακία.

· *Ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν, λέγοντες· Δεῦτε, καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων.*

Τουτέστι ῥίζαν θανάσιμον· τοῦτο γὰρ λέγει ξύλον.

Κύριε, κρίνων δίκαια. Ἴδοιμι τὴν παρὰ σοῦ ἐκδίκησιν ἐξ αὐτῶν, ὅτι πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου.

Τουτέστι δικαίαν εἴσπραξαι παρ' αὐτῶν δίκην. Γνοὺς γὰρ αὐτῶν τὴν πονηρίαν, ἐπαύσατο τοῦ προσεύχεσθαι.

Ὅρα παῤῥησίαν ἁπλῶς, καὶ εἰκῆ ταῦτα πάσχω· παρὰ σοῦ βούλομαι ἐκδίκησιν, ἂν θέλῃς, φησίν. Οὐκ ἂν δὲ γένοιτο παρὰ σοῦ, ὃ μὴ μετὰ τοῦ δικαίου γένοιτο, ὡς ὅταν παρὰ τοῦ κριτοῦ ἡ ἀπαίτησις. Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν *κρίνων δίκαια*, δοκιμάζων νεφρούς. Εἴ τι λάθρα κατ' αὐτῶν τετόλμηται, εἴ τι κατὰ διάνοιαν, σὺ οἶδας ὁ τὰ ἀπόῤῥητα πάντων εἰδώς.

Πρὸς σὲ ἀπεκάλυψα τὸ δικαίωμά μου.

Τουτέστι τὰ δίκαιά μού σοι εἶπον. Σὺ Κύριος ἐπ-

A *Non est in homine via ejus* [72]. Propter quid et nunc non dicis: *Non est hominis via ejus*, sed studia eorum vocas?

Vers. 19. *Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum non cognoscebam: super me cogitaverunt cogitationem malam.*

Quidam hæc uti de Christo intelligenda explicant. Sed nos nil ipsos improbantes, historiæ cursum sequamur. Omni enim ex parte ædificatur Ecclesia. Jam secundo Prophetæ dixerat: *Ne ores pro his* [73]; nec solum dixit, sed et causas adjunxit. Quanquam si etiam nude protulisset, audiendus erat: nunc vero et causas affert. Nonne vides quid agant? Postquam igitur verbis eum non persuaserat, factis persuasit, et illatam sibi injuriam palam ostendit.

B Tu, inquit, philosopharis, in quibus ego contumeliis impetor. Considera humilitatem, et æquanimitatem. Cum enim non absonum esset eos hujus precibus fidentes pejores evadere, hic autem pro illis non orare nequaquam patereturr: volens illi ostendere Deo eum non esse humaniorem, sed ne parum quidem accedere ad ejus pietatem, vide quid faciat: dolos eorum consiliaque patefacit, publicans hæc, et quid agerent, quidque dicerent; ut intelligeret quod non inops animi eos non audiret, sed quod digni non essent qui misericordiam experirentur.

Ego autem quasi agnus innocens.

Mira prophetæ simplicitas. Nil ita Deo gratum.

C Ergo et priora ex simplicitatis experimento sustinuit.

Venite, et mittamus lignum in panem ejus.

Quid est lignum? Crucifigamus illum, uti maledictum. Communi ne pereat morte; et concorditer conspirat malitia.

· Vers. 19. *Contra me cogitaverunt cogitationem, dicentes: Venite, et immittamus lignum in panem ejus, et exteramus eum e terra viventium.*

Hoc est, radicem mortiferam: hanc namque vocat lignum.

Vers. 20. *Domine, judicans justa.... Videam tuam ultionem ex eis, quoniam ad te revelavi justificationem meam.*

D Hoc est, justas de eis sume pœnas. Eorum namque comperta malitia precibus finem imposuit.

Vide dicendi libertatem: sine causa temereque hæc patior; a te vindictam peto, si tu volueris, inquit. Non enim fiet a te nisi quod justum est, quippe cum a judice rectum exquirat. Non sine gravi causa dixit, *judicans justitiam*, et probans renes. Si quid clam adversus eos ausum mihi est, si quid animo cogitatum, tu, cui omnium secreta patent, nosti.

Ad te revelavi justificationem meam.

Hoc est, tibi quæ pro me faciunt dixi. Tu potes

[72] Jerem. x, 23. [73] Jerem. xi, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vindictam sumere. Vides non sibi ipsi, sed Deo causam committere? audisti justificationes meas; fac ut placuerit, acquiesco.

VERS. 21. *Idcirco hæc dicit Dominus super viros Anathoth, qui quærunt animam meam dicentes : Non prophetabis in nomine Domini, alioqui morieris.*

Vides quod in Deum tendebat hæc res. Non permittebant ea dici quæ erant a Deo : hoc et Isaias ait : *Nolite dicere nobis viam Domini, sed dicite nobis alia* [14]. Certe ingens eorum malitia, cum ne vocem quidem quæ illos curare possit, audire sustinent : et considera nequitiem. Cives ipsi, qui prophetæ causa jactare se debebant, eum interimere aggrediuntur. Ubi pullulavit bonum, ibi et malum uberius. Forte et invidia grassabatur multa.

VERS. 22. *Ecce ego visitabo super eos ; filii eorum, et filiæ eorum.*

Sed vide, severiores persolverunt pœnas, quam ob causam et pueri? Cur quæso? Forte et ipsi nequam erant, nec virorum exemplo resipuerunt.

Vides quam ægro animo feram te opprobriis affici; ita tu quoque facias, me contumeliis affecto.

VERS. 23. *Inducam enim mala super habitatores Anathoth in anno visitationis eorum.*

Rursus quod dictum est, in aliud distulit tempus, cum hic punitionem sollicitat; suadens ipsi, ostendensque quam sit bonus. Non modo inferam, ait, sed in annum, ita ut illis ad pœnitendum diem protraxerit.

CAP. XII.

VERS. 1. *Justus es, Domine.*

Communi quidem sensu et ipse de his addubitat. Nec circa rei naturam, sed circa mundum vertigine correptus stupet, et ait : Scimus enim, quod justus es, sed justitiæ rationem non invenio. Ut si quis ædificatorem conspiceret evertentem domum, et diceret : Scimus quidem te ædificatorem, sed ædificandi rationem non video. Propterea enim, ait, te alloquor. *Et paucis interjectis.* Nemo te injustitiæ reum faciet; nemo me condemnabit quod absque ratione perquiram.

* *Quia respondebo tibi.*

Hoc sat sio, te justum esse, idque ex tuis judiciis, quæ me docuisti. *Respondeo*, super eo quod ita te sum obtestatus.

* *Verumtamen judicia loquar ad te.*

Contrarium, ait, nunc disceptabo apud te, Domine, ut vindictam acceleres impiorum.

Quid est quod via impiorum prosperatur?

Hæc omnia dicit de his qui adhuc in iniquitatibus volutantur. Sed tunc super his mœrebat, nunc autem nequaquam. Hoc et David; hoc idem Job dicit. Sed vide quando. Cum eorum mens turbata esset. Quæ igitur ex turbata mente proveniunt, in

[14] Isa. xxx, 11.

ξελθεῖν. Ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἑαυτῷ ἐπιτρέπει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ; ἤκουσάς μου τὰ δικαιώματα· ὡς θέλεις ποίησον.

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ τοὺς ἄνδρας Ἀναθὼθ, τοὺς ζητοῦντας τὴν ψυχήν μου, τοὺς λέγοντας, Οὐ μὴ προφητεύσεις ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου· εἰ δὲ μή, ἀποθάνῃ, κ. τ. λ.

Ὁρᾷς ὅτι εἰς Θεὸν ἔτεινε τὸ πρᾶγμα. Ἐκώλυον λέγειν τὰ παρὰ Θεοῦ· τοῦτο καὶ Ἡσαΐας λέγει· *Μὴ λέγετε ἡμῖν τὴν ὁδὸν Κυρίου, ἀλλὰ λέγετε ἡμῖν ἕτερα.* Κἀκείνων πολλὴ ἡ κακία, ὅταν μὴ ἀνέχωνται μηδὲ φωνῆς θεραπεῦσαι δυναμένης· καὶ ὅρα τὴν κακίαν. Αὐτοὶ οἱ πολῖται καλλωπίζεσθαι ὀφείλοντες ἐπὶ τῷ προφήτῃ, αὐτοὶ αὐτὸν ἐπιχειροῦσιν ἀνελεῖν. Ἔνθα ἐβλάστησε τὸ καλὸν, ἐκεῖ πλείων ἡ κακία. Ἴσως καὶ φθόνος ἦν πολύς.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπισκέψομαι ἐπ' αὐτούς· καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες, κ. τ. λ.

Ἀλλ' ὅρα, χαλεπωτέραν ἔδωκαν δίκην· διατί καὶ οἱ παῖδες; Τίνος ἕνεκεν; Ἴσως καὶ αὐτοὶ πονηροὶ ἦσαν, οὐδὲ τῷ παραδείγματι τῶν ἀνδρῶν ἐσωφρονίσθησαν.

Ὁρᾷς πῶς ἀγανακτῶ ὑβριζομένου σου· οὕτω καὶ σὺ ὑβριζομένου μου.

Ὅτι ἐπάξω κακὰ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἀναθὼθ ἐν ἐνιαυτῷ ἐπισκέψεως αὐτῶν.

Πάλιν εἰς ἀναβολὴν τὸν λόγον ἤγαγεν, ὅτε οὕτως ἐπείγει τὴν τιμωρίαν· πείθων αὐτὸν καὶ δεικνὺς πῶς ἐστιν ἀγαθός. Οὐχὶ νῦν ἐπάξω, φησὶν, ἀλλ' ἐν ἐνιαυτῷ, ὥστε καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ προθεσμίαν μετανοίας.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Δίκαιος εἶ, Κύριε.

Κοινότερον μὲν καὶ αὐτὸς ταῦτα διαπορεῖ. Οὐ περὶ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ἰλιγγιᾷ, ἀλλὰ περὶ τὸν τρόπον, καὶ φησίν· Οἴδαμεν γὰρ ὅτι δίκαιος εἶ, πλὴν τὸν τρόπον τῆς δικαιοσύνης οὐχ εὑρίσκω. Ὥσπερ ἂν εἴ τις οἰκοδόμον, ἢ κατασκάπτοντα [ἴσ. εἶτα κατασ.] οἰκίαν βλέπων λέγοι· Οἴδαμεν ὅτι οἰκοδόμος εἶ, ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὸν τρόπον τῆς οἰκοδομῆς [ἄλλ. οἰκοδομίας]. Διὰ γὰρ τοῦτό φησι, καὶ σοὶ ἐντυγχάνω. *Καὶ μετ' ὀλίγα*· Οὔτε σοῦ τις καταγνώσεται ὡς ἀδίκου, οὔτε ἐμοῦ τις καταγνώσεται, ὡς ἀλόγως ζητοῦντος.

Ὅτι ἀπολογήσομαι πρὸς σέ.

Τουτέστι γνούς σε δίκαιον, ἐξ ὧν ἐδίδαξάς με τὰ κεκριμένα. Ἀπολογοῦμαι ὑπὲρ οὗ σε ἱκέτευσα.

Πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ.

Τὸ ἐναντίον, φησὶ, νῦν δικαιολογήσομαι πρὸς σὲ, ὦ Δεσπότα, ἐπισπεύδων τῶν πονηρῶν τὴν δίκην.

Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται;

Ταῦτα πάντα περὶ τῶν ἐν ἁμαρτίαις ἔτι ἐνστρεφομένων λέγει. Ἀλλὰ τότε μὲν ἐπὶ τούτοις ἀλώμενος, νῦν δὲ οὐκέτι. Τοῦτο γοῦν καὶ Δαυὶδ φησι· τοῦτο καὶ Ἰώβ· ἀλλ' ὅρα πότε. Ὅταν αὐτῶν ἐθορυβήθη ἡ διάνοια. Ὥστε τὰ ἐκ τεθορυβημένης διανοίας, οὐ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δεῖ ὡς δόγματα ἔχειν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὅτε ὠνειδίζετο παρὰ τῶν φίλων· καὶ οὗτος ὅτε δεινὰ ἔπασχεν παρὰ τῶν εὐπαθούντων· καὶ Δαυὶδ, ὅτε ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ ἦν, φησίν· *Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐκστάσει μου εἶπα· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης.* Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὥστε [*Ισ.* ὡς πᾶς] τῶν πασχόντων οἱ λογισμοὶ αὐτῶν, οὐδὲ οὕτως [*Ισ.* οὐδὲ ὅλως] ἀνέχονται τῆς τιμωρίας τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ κατεπείγουσιν αὐτήν. Καὶ πάλιν· *Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται;* καὶ μὴν τοῖς δικαίοις τοῦτο ἐπηγγέλη· ὡς ὅταν λέγῃ ἀλλαχοῦ περὶ τοῦ δικαίου· *Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Διατί ὁδὸς ἀσεβῶν* ἐνταῦθα τὴν αἰτίαν βούλεται μαθεῖν. *Εὐθήνησαν πάντες οἱ ἀθετοῦντες·* τὸ μεῖζον ἄπορον, ὅτι πάντες πάσχουσιν αὐτὸ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ κακίας, ὡς ὅταν λέγωσι· Πᾶς ὁ ποιῶν τὸ πονηρὸν, καλὸν ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς εὐδόκησεν. Εἶδες, ὅτι κἂν μὴ πάσχῃ δίκαιός τι πάθος ἰδὼν ἕτερον πάσχοντα, ὡς καὶ αὐτὸς πάσχων ἀθυμεῖ; τοῦτο ἠπόρουν.

Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦσαι;

Περὶ τῶν παρανόμων τοῦ λαοῦ λέγει· γνοὺς γὰρ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν, κατεύχεται αὐτῶν, ἐπείγων τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν.

Ἐφύτευσας αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥιζώθησαν.

Ἀκούεις πάντων εὐθέως, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν, μάστιγα δὲ οὐκ ἐπάγεις. *Ἐν πόνῳ γὰρ ἀνθρώπων οὐκ εἰσὶ,* φησὶν ὁ Δαυὶδ, *καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται.* Ὁ δὲ Ἰὼβ ἑτέρως· *Διατί ἀσεβεῖς ζῶσι; πεπαλαίωνται δὲ ἐν πλούτῳ.* Ἀλλ' ἄξιον ἐντεῦθεν ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν ταῦτα ἐγίνετο. Τανῦν μὲν γὰρ εἰκότως, ἅτε τῆς ἀναστάσεως ὀφειλούσης γενέσθαι δῆλης [*Ισ.* δῆλον]. Τότε δὲ τίς ἦν παραμυθία, τῶν φαύλων εὐθυνουμένων; Καὶ πάντες τὰ αὐτὰ λέγουσιν; Τίνος ἕνεκεν ὁ μὲν φησὶν, *Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπεριψούμενον· καὶ ἐπαιρόμενον, ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν* μὲν οὗτος. Τοὐναντίον φησίν· *Ἐφύτευσεν αὐτοὺς καὶ ἐῤῥιζώθησαν*; καὶ ὁ Ἰώβ· *Ἡ βοῦς αὐτῶν οὐκ ὠμοτόκησε.* Πῶς παρῆλθες, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν; Ἐγένετο καὶ ταῦτα· τὴν ἀθρόαν αὐτοῦ λέγει ἀναίρεσιν, ὅτι αὐτοὺς μάλιστα εὐκόλως ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ κατὰ μικρὸν, οἷον ἐπὶ τοῦ Ἀσσυρίου. Οὕτω ταχέως ἐστράφην, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν.

Καὶ σὺ, Κύριε, γινώσκεις με, δεδοκίμακας τὴν καρδίαν μου.

Ὅταν τις τῆς οἰκείας ἀρετῆς μάρτυρα τὸν Θεὸν φέρῃ, τούτου τί ἂν γένοιτο ἴσον; Ὥστε ἡ ἀπορία διπλῆ, καὶ ἑκατέρωθεν τοῦ εὐπραγεῖν ἐκείνους, καὶ τούτους ἐν δυσπραγίᾳ εἶναι· καί τοι καὶ εἰ ἐξ ἑνὸς μέρους ἦν, καὶ ὁ ἀγαθὸς διαπορεῖν [Aliquid deesse videtur. F. καὶ ὁ ἀγαθὸς εὐστύχει, διαπο.] ἔδει· νῦν δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου τί ἂν τις εἴποι; μᾶλλον δὲ

A dogmatum loco non sunt habenda. Nam et ille, cum ipsi ab amicis insultaretur, et hic cum premeretur ab his qui delicate vivebant, et David cum in magna esset tristitia, aiebat : *Ego dixi in excessu meo : Ejectus sum a facie oculorum tuorum* [75]. Sed *in excessu meo dixi : Omnis homo mendax* [76]. Et iterum : *Ego dixi in incolumitate mea : Non commovebor in æternum* [77]. Itaque affectus ægrotantium, cogitationes eorum, ex quo nec sustinent differri ullionem inimicorum, sed urgent ac sollicitant. Rursus : *Quid quod via impiorum prosperatur*, et tamen justis hoc erat promissum, ut cum alibi de justo loquens ait : *Et omnia quæcunque faciet prosperabuntur* [78]. — *Quare via impiorum.* Hic scire causam cupit. *Bene fuit omnibus qui prævaricantur;* B et quod majoris dubitationis ansam præbet. Quod omnes hoc, et Judæi ipsi patiuntur. Sed non eodem modo, sed malitiose, ut cum dicant : Quicunque operatur iniquitatem bonum apud Deum, in ipsisque bene complacuit. Vides ut justus et si nihil mali patitur, viso alio qui patiatur, ita tristetur, ac si ipsemet pateretur? hoc mihi dubitationem ingerebat.

* *Quid est, quod via impiorum prosperatur?*

Sermo est de prævaricatoribus populi : compertas enim habens structas in semet insidias, contra eos preces effundit, ut puniantur.

Vers. 2. *Plantasti eos, et radicem miserunt.*

Audis omnes illico, precesque eorum, sed flagellum non immittis. *In dolore enim hominum non* C *sunt*, ait David, *et cum hominibus non flagellabuntur* [79]. Aliter autem Job dicit : *Quare impii vivunt? inveterati sunt in divitiis* [79*]. Sed non abs re fuerit hic perquirere : Cur id temporis hoc eveniret; nunc enim constat, quoniam resurrectio futura creditur. Tunc vero quod erat solatium, cum sceleratis hominibus bene esset. Et omnes idem dicunt. Quare hic ait : *Vidi impium exaltatum, et assurgentem veluti cedros Libani : et præterii, et ecce non erat* [79**]. Cum tamen hic oppositum dicat : *Plantavit eos, et radices miserunt.* Et Job : *Bos eorum non abortivit* [80]. Quomodo transivisti, et ecce non erat? Facta sunt et hæc. Repente illum ait e medio sublatum, quod eos Deus nulla difficultate deleverit, D non paulatim, quemadmodum et Assyrium. Tam cito reversus sum, et eum non inveni.

Vers. 3. *Et tu, Domine, cognoscis me, probasti cor meum coram te.*

Cum profert Deum quispiam virtutis propriæ testem, quid recogitari potest fidentius? Itaque dubium duplex, et utraque ex parte, cur illi bene agant, et hi ærumnis colluctentur, quanquam si una tamen parte probus calamitates tulisset, dubitandum adhuc esset : nunc vero e contrario quid dicemus? Imo vero dubitandum non est. Non enim

[75] Psal. xxx, 23. [76] Psal. cxv, 11. [77] Psal. xiv, 5. [78] Psal. i, 3. [79] Psal. lxxxii, 5. [79*] Job xxi, 7. [79**] Psal. xxxvi, 35. [80] Job xxi, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

casu fortuito hoc evenit, alioquin non ita fieret. Sed afferamus causam, cur olim impiis bene erat : mea sententia, ne quis diceret necessitatis esse vires. Vel etiam ut peccantes Dei potentiam agnoscerent, quod *oriri faciat solem suum super malos et bonos, et pluere faciat super justos et injustos* [80].

A οὐκ ἀπορεῖν χρή. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ συντυχίᾳ τινὶ γίνεται· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἦν. Ἀλλ' εἴπωμεν τίνος ἕνεκεν τὸ παλαιὸν οἱ ἀσεβεῖς εὐθήνουν· ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μὴ ἀνάγκης [*Isc.* ἵνα μή τις εἴποι ἀνάγκης] εἶναι τὴν ἀρετήν· ἢ ὥστε καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιγνῶναι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, ὅτι *Ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.*

Purifica eos in die occisionis.

Vides quod optabat internecionem omnium ? Cruenta inquit voluntas, absit. Cum enim Deum audiit; cum pro eis illi preces interdictæ, tunc, ait, videt hæc, tempus exspectat.

Ἁγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς.

Ὁρᾷς, ὅτι τοῦτο ἐπεθύμει ὑφ' ἓν ἀναιρεθῆναι ἅπαντας; Φονικὴ, φησὶν, ἡ προαίρεσις· μὴ γένοιτο. Ὅτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Θεοῦ, ὅτε ἐκωλύθη εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, τότε αὐτὰ, φησὶν, ὁρᾷ, καὶ τὸν καιρὸν ἀναμένει.

Vers. 4. *Usquequo lugebit terra, et omnis herba agri siccabitur.*

Multa quidem iniquitas, et ipsam infecit terram, Vides unde oriatur fames.

A malitia inhabitantium.

Quare semper illa exsecratur ? propter hos facta sunt, propter hos etiam destruentur.

Ἕως πότε πενθήσει ἡ γῆ, καὶ πᾶς ὁ χόρτος τοῦ ἀγροῦ ξηρανθήσεται.

Πολλὴ ἡ κακία, καὶ αὐτῆς ἥψατο τῆς γῆς. Ὁρᾷς, πόθεν λιμοί.

Ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων.

Τίνος ἕνεκεν ἐκεῖνα καταρᾶται ἀεί; Διὰ τούτους γεγόνασιν, οὐκοῦν διὰ τούτους ἀναιρεθήσονται.

Vers. 5. *Tui pedes currunt, et dissolvunt te aliquo modo.*

Valde obscurus locus. Aquila, alius quidam interpres ait : *Concurret, accurristi et labore confecit te.* Quod nobis insinuat illud est. Vidit ipsum sollicitantem sollicitatumque, et nec tempus præfixum exspectantem. Vide igitur, ut illum increpet. Nihil adhuc passus es, et talia loqueris ? adeone turbaris ? Quid facies in arduis ? Si cum pedite currere non valuisti, quomodo inquit cum equitibus ? Quomodo feres valentiores ? Vel rursus : Si affines non sustinuiti, quomodo hostium impetum sustinebis ? hic opprimeris angustiis ; quid ergo cum pessima videris ? Vel aliter rursus : Ad hanc meam dispensationem laboras vertigine ? quid ergo, si latentiores cognoveris ?

Σοῦ οἱ πόδες τρέχουσι, καὶ ἐκλύουσί σε πῶς.

Πολλὴ ἀσάφεια. Ἀκύλας, ἕτερός φησιν ἑρμηνευτής· *Συνδραμεῖται, ἔδραμες καὶ ἐμόχθησέ σε.* Ὅ λέγει τοιοῦτον ἐστιν· Εἶδε κατεπείγοντα αὐτὸν καὶ ἐπειγόμενον, καὶ οὐκ ἀνεχόμενον οὐδὲ τῆς προθεσμίας. Ὅρα τοίνυν πῶς ἐπιπλήττει αὐτῷ. Οὐδὲν οὔπω πέπονθας, καὶ τοιαῦτα λαλεῖς; οὕτω θορυβῇ; τί οὖν ποιήσεις ἐν τοῖς μεγάλοις; εἰ μετὰ πεζοῦ δραμεῖν οὐκ ἠδυνήθης, πῶς μετὰ ἱππέων, φησί; Πῶς τοὺς μείζους οἴσεις ; Ἢ πάλιν· Εἰ τοὺς οἰκείους οὐκ ἤνεγκας, πῶς τοὺς πολεμίους οἴσεις; ἐνταῦθα θλίβῃ; τί οὖν ποιήσεις ὅταν ἴδῃς τὰ δεινά; Ἢ πάλιν ἑτέρως· Πρὸς ταύτην μου τὴν οἰκονομίαν ἰλιγγιᾷς; τί ἂν τὰς ἀπορρητοτέρας μάθῃς.

Vers. 6. *Nam et fratres tui, etiam hi ipsi spreverunt te.*

Quomodo igitur fratres tui clamaverunt post te ? Te insclo, ait, adversum te magna effabuntur : et quod grave est, ad te mala loquentur. Vides ut informetur propheta, ut discat philosophari, operibus, verbis eum ad fortitudinem impellentibus ?

Ὅτι καὶ οἱ ἀδελφοί σου... Καὶ οὗτοι ἠθέτησάν σε.

Πῶς οὖν οἱ ἀδελφοί σου ἐβόησαν ὀπίσω σου ; Οὐκ εἰδότος σου, φησὶ, μεγάλα κατὰ σοῦ φθέγξονται· καὶ τὸ δεινὸν λαλήσουσι πρὸς σὲ κακά. Ὁρᾷς πῶς ῥυθμίζεται ὁ προφήτης, πῶς μανθάνει φιλοσοφίαν, δι' ἔργων, διὰ λόγων εἰς ἀνδρίαν ἐναγόμενος ;

Quomodo præparaberis in equis, et in terra pacis ?

Quidam hæc ut ad populum dicta intellexerunt, id est, si bello decertantes cum vicinis, resistere iis non valuistis peditibus, quid facietis in fugam dati ab equitibus ? Verum neutiquam censeo hunc esse loci hujus sensum. Sed quia propheta, aguitis structis adversum se machinis, maledicta in eos contulit, eorum festinam punitionem implorans, inquit. Cognitis illorum in te technis tu sollicitas eorum cædem, et hæc in pace, nec vexatus ab hostibus. Quid ipsi facient, inimicis irrumpentibus, quando

Πῶς παρασκευάσῃ ἐφ' ἵπποις καὶ ἐν γῇ εἰρήνης ;

Τινὲς ὡς πρὸς τὸν λαὸν εἰρημένα ταῦτα ἐξέλαβον, τουτέστιν· εἰ πρὸς τοὺς περιοίκους μαχόμενοι, οὐ μὴ ἐδυνήθητε πεζοῖς οὖσιν ἀντιστῆναι, τί ποιήσετε διωκόμενοι ὑπὸ ἱππέων ; Οὐ ταύτην δὲ σώζεσθαι τὴν διάνοιαν νομίζω. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν κατ' αὐτοῦ κακίαν ἐγνωκὼς ὁ προφήτης ἐπηράσατο αὐτοῖς, ἐπισπεύδων τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, φησὶ, σπεύδων αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι. Γνοὺς τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν, καὶ ταῦτα ἐν εἰρήνῃ ὢν, οὐχ ὑπὸ πολεμίων ἐλαυνομένος. Τί ποιήσουσιν οὗτοι τῶν πολεμίων

[80] Matth. v, 45.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπιστάντων, ἡνίκα οὐδὲ φυγῆς ἔχουσι καιρὸν τάχιστα τῶν ἵππων αὐτοὺς ἐπιφθανόντων;

Σὺ πέποιθας, πῶς ποιήσεις ἐν φρυάγματι τοῦ Ἰορδάνου;

Τουτέστι σὺ οἶδας, ὅτι οὐδὲν πείσῃ παρ' αὐτοῦ. Τί ποιήσουσιν οὗτοι καθάπερ ποταμὸν κατ' αὐτῶν ὁρῶντες φερόμενον τὸν πολέμιον; Πῶς οὖν ὡς ἀνήκεστα παρ' αὐτῶν πεπονθὼς ἐπηράσω αὐτοῖς κακά;

Τουτέστι καὶ ταῦτα αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ, τὰ κακὰ, ἐπεύχῃ, συσκευὴν ἀκούσας κατὰ σοῦ. Ἀδελφοὺς γὰρ καὶ οἰκείους τοῦ πατρὸς τοὺς ὁμογενεῖς λέγει, τουτέστι τοὺς Ἰσραηλίτας.

Ἐπισυνήχθησάν σοι, μὴ πιστεύσῃς αὐτοῖς, ὅτι λαλοῦσι πρὸς σὲ καλά.

Ταῦτά φησιν· Οὐ τῆς σῆς ἀσφαλείας μὴ προνοῶ· βούλομαι γάρ σε μηδὲν πιστεῦσαι αὐτοῖς· ἀλλὰ θέλων ἐκείνους δι' ἀνεξικακίας μεταβαλεῖν ἐπὶ τὸ κρεῖττον.

Ἐκ τῶν ὀπίσω σου ἐπισυνήχθησαν· μὴ πιστεύσῃς ἐν αὐτοῖς.

Πολλοὶ ὡς εἰκὸς ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν ἀλουσῶν ἤδη συνεστρατεύοντο τοῖς πολεμίοις. Μὴ οὖν πιστεύσῃς αὐτοῖς, ὅταν λαλήσωσι πρὸς σὲ καλά. Οἷος ἦν ὁ Ῥαμψάκης, τῇ Ἑβραΐδι κεχρημένος φωνῇ, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημῶν, καὶ συμβουλεύων αὐτοῖς ὡς φειδόμενος.

Ἐγκατέλειπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.

Ἴσθι μέν τοι, ὡς ἅλωσιν αὐτῶν παντελῆ κατεψηφισάμην διὰ τὸ τοῦ τρόπου μοχθηρόν.

Ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας.

Τί λέγεις; Καὶ οὐδὲν ἡ ἀγάπη; οὐδὲν ἡ φιλία; καὶ μὴν οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ λέγει δεδωκέναι, ἵνα μὴ δῶ, εἴ τις ἔχει νοῦν, εἴ τις προσέχει· οὐχ οὕτω τῆς τιμωρίας ὁ φόβος ἱκανὸς ἦν αὐτοῖς [ἴσ. αὐτοὺς] ἀνακτήσασθαι, ὡς τὰ ῥήματα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας σύμβολα. *Τὸν οἶκόν μου, τὴν κληρονομίαν μου, τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου*, καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν τιμωριῶν, ἀναμιμνήσκει τῶν προτέρων αὐτοὺς τούτους βουλόμενος ἐπικάμψαι.

Λέγει τὰ πρότερα, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς δάκῃ· πολλὴ βία τῶν ἀπελασάντων αὐτόν. Καὶ οὐκ εἶπε· Τί ἀπελαύνετε; Ἀλλ' ὃ χεῖρον ἦν καὶ χαλεπώτερον, τοιαῦτα πράττουσιν, ὡς ἐμὲ αὐτὸν ἐγκαταλιπεῖν. *Ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου.* Ὥσπερ ἄνθρωπος, εἰ μέλλει προσιέναι κληρονομίᾳ πολλὰ πράγματα ἐχούσῃ αἱρεῖται καταλιπεῖν, οὕτω καὶ ὁ Θεός. Ἴσως ἐνταῦθα τὴν ἐπιθυμίαν φησίν.

Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ.

Οὕτως ἐβόησε κατ' ἐμοῦ, φησί· Τίς ἂν ἐθελήσειε τοιαῦτα κληρονομεῖν; ὡς ἐν δρυμῷ, πολλὴν λέγει τὴν θηριωδίαν.

Ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν.

nec fugæ locus erit, nec tempus, citissime eos equis antevertentibus?

Tu confidisti, quomodo facies in fremitu Jordanis?

Hoc est, tu nosti, nihil te ab illis perpessurum. Quid hi facient hostem intuentes in ipsos instar fluminis percurrentem? Quomodo igitur, æque ac si ab iis sævissima passus esses, maledictis illos prosequeris?

Hoc est, et hæc illis mala scilicet precaris, cum percepisses, quæ ii in te moliebantur. Fratres enim, et affines patris, homines ex eadem gente nominat, Israelitas nempe.

Congregati sunt, ne credas eis, quia loquuntur ad te bona.

Hæc, inquit, tuæ quidem securitati prospectum volo : opto enim te illis nihil credere, sed eos patientia in melius commutare satago.

Ex posterioribus tuis congregati sunt; ne credas eis, quia,

Multi, ut patet ex duodecim tribubus, jam adductis in captivitatem, una cum hostibus militabant. Cave igitur illis credas, cum ad te bona loquentur : ut fecit Rapsaces [61], Hebraice locutus, et contra Deum effundens blasphemias, et consilia dans, quasi Hebræis consultum volens.

Vers. 7. *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.*

Scias igitur me illis excidium ad internecionem usque propter morum improbitatem statuisse.

Dedi dilectam animam meam in manus.

Quid ais? Nihilne amor? nihil amicitia? et tamen non dederat, et dedisse se ait, ne det, si quis sanam habet mentem, si quis attendit. Non ita punitionis timor satis erat ad eos reducendos, ut verba divinæ Sapientiæ symbola. *Domum meam, hæreditatem meam, dilectam animam meam*, et ipso pœnarum tempore, illis antiquiora reducit in memoriam, eos flectere desiderans.

Priora commemorat, ut eos acrius pungat; magna eorum violentia, qui ipsum ejecerunt. Nec dixit : Cur expellitis? Sed quod pejus, et enormius erat : Agunt talia, ut me ipsum reliquerint. *Reliqui hæreditatem meam.* Veluti homo qui hæreditatem aditurus multis annexam difficultatibus, mavult missam facere, ita et Deus. Fortassis autem hic desiderium significat.

Vers. 8. *Facta est hæreditas mea quasi leo in silva.*

Adeo inquit, contra me clamavit : Quis talem optaret hæreditatem? tanquam in silva multam ait feritatem.

Dedit contra me vocem, ideo odivi eam.

[61] IV Reg. XVIII, 30.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vides ex nobis esse primordia malitiæ et inimicitiarum.

VERS. 9. *Nonne spelunca hyænæ hæreditas mea mihi?*

Quidam sic exposuerunt. Cum, inquiunt, hyæna sit animal impurum, tale quid dicere voluit: Impuritate domum meam implevistis. Hebræus sic habet. *Tanquam avis varia pennis facta est hæreditas mea mihi.* Id est, Adit templum, multiplicem variamque exhibens impietatem.

Impuritatem ait, feritatem et in me hæredem. Esto in homines, cur et in me? Num quis harum rerum hæres efficitur? et exteriora mala percurrit, quod in circuitu multas haberent latebras, nec certe hominum speluncam, sed ferarum impurarum, et ferarum magis noxiarum, in tenebris ambulantium.

Pergite, et congregate omnes bestias.

Quare ipse non disperdis, sed aliis committis? id est belluas advocas? ut intelligas, quod et alias gentes, cum illi collubitum est, vocat: Omnes enim sub illius potestate sunt. Utique pœnæ fierent vehementiores, miraculaque multa ederentur, illique testes forent eorum quæ illis evenissent.

VERS. 10. *Pastores multi disruperunt vineam meam.*

Vide ut imitetur hominem, et punire volentem, et si puniat dolentem, et quærentem alicunde puniendis vel modicum defensionis prætextum. *Pastores multi.* Quare cum tu hæc præscires eos non perdidisti? quare tales præfecisti pastores? Sed dixeram, legi meæ, non illis attendendum. Tu vero cur illis præclaros non præposueras magistros, per quos ovile non periisset? Ut discant et cum mali præsunt, non illos attendere. Quæ enim illis gratia? Num lex non erat? Num prophetæ non erant? Num destitutos reliqui? nolui probos esse necessitate coactos. *Et post pauca:* Fœdaverunt partem meam. *Ubique pastores accusat et principes, non tamen reliquos culpa liberat.* Cur enim? num pecora rationis expertia sunt? Num se ipsos ad bonam frugem reducere non poterunt? Num Jeremias tunc non florebat?

Propter me dissipatione dissipata est universa terra.

Quid hoc est, *propter me?* Propter me prophetam: *Ni enim venissem, et locutus illis fuissem, peccatum non haberent* [83].

VERS. 12. *Ad omne diverticulum* seu, *in omnem ejectionem in deserto.*

Hoc est, propter impietatem contra me, quando enim audirent calamitates, nil bonæ faciebant mutationis.

[83] Joan. xv, 22.

Ὁρᾷς παρ' ἡμῶν τὰς ἀρχὰς τῆς κακίας καὶ τῆς ἀπεχθείας;

Μὴ οὐ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί;

Τινὲς μὲν οὕτως ἡρμήνευσαν. Ἐπειδή, φασὶ, τὸ τῆς ὑαίνης ζῶον ἀκάθαρτον, τοῦτο εἰπεῖν ἠβουλήθη, ὅτι Ἀκαθαρσίας τὸν οἶκον μου ἐπληρώσατε. Ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· *Ὡς ὄρνεον ποικίλον τοῖς πτεροῖς ἐγένετο ἡ κληρονομία μου ἐμοί*, τουτέστι, Ποικίλην τὴν ἀσέβειαν ἐπιδειξαμένη εἰσέρχεται εἰς τὸν ναόν.

Τὴν ἀκαθαρσίαν λέγει τὸ θηριῶδες, καὶ ἐμοὶ τῷ κληρονομοῦντι. Ἔστω ἀνθρώποις, πῶς καὶ ἐμοί; Μὴ τοιαῦτά τις κληρονομεῖ; καὶ τὰ ἔξωθεν λέγει κακά, ὅτι κύκλῳ καταδύσεις εἶχον πολλὰς, οὐδὲ ἁπλῶς ἀνθρώπων σπήλαιον, ἀλλὰ θηρίων ἀκαθάρτων, καὶ χαλεπωτέρων θηρίων, ἐν σκότει διαπορευομένων.

Βαδίσατε, συναγάγετε πάντα τὰ θηρία.

Τίνος ἕνεκεν οὐκ αὐτὸς πορθεῖς, ἀλλ' ἑτέροις δίδως, τουτέστι τὰ θηρία καλεῖς; ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἄλλα, ὅταν βούληται, καλεῖ, ὅτι πάντες ὑπ' αὐτόν εἰσι τεταγμένοι· ἄλλως τε [ἴσ. ἄλλως δὲ ὥστε] καὶ τὴν τιμωρίαν γενέσθαι χαλεπωτέραν, καὶ θαύματα ἐργάσασθαι πολλὰ· κἀκείνους μάρτυρας γενέσθαι τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς.

Ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνα μου.

Ὅρα πῶς μιμεῖται ἄνθρωπον, καὶ βουλόμενον κολάσαι, καὶ ἀλγοῦντα ἐπὶ τῇ κολάσει, καὶ ζητοῦντα μικρὰν γοῦν ἀπολογίαν ποθὲν εὑρεῖν τοῖς μέλλουσι τιμωρεῖσθαι. *Ποιμένες πολλοί.* Τίνος ἕνεκεν προειδὼς ταῦτα οὐκ ἀνεῖλες αὐτούς; τίνος ἕνεκεν ποιμένας τοιούτους ἐπέστησας; Ἀλλ' εἶπον μὴ προσέχειν αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ νόμῳ μου. Τίνος γὰρ ἕνεκεν οὐ θαυμαστοὺς διδασκάλους ἐπέστησας, καὶ τὸ ποίμνιον οὐκ ἐφθάρη; Ἵνα μάθωσι, καὶ πονηρῶν ὄντων ἀνθρώπων, μὴ προσέχειν αὐτοῖς. Ποία γὰρ αὐτοῖς χάρις; Μὴ γὰρ οὐκ ἦν νόμος; Μὴ γὰρ οὐκ ἦσαν προφῆται; μὴ γὰρ ἐγκατέλιπον ἐρήμους; Οὐκ ἠβουλήθην ἀνάγκῃ καλοὺς εἶναι. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* « Ἐμόλυναν τὴν μερίδα μου. » Πανταχοῦ τοὺς ποιμένας αἰτιᾶται, καὶ τοὺς ἄρχοντας, οὐχὶ τοὺς λοιποὺς ἀπαλλάττει. Πῶς γάρ; Μὴ γὰρ ἄλογα πρόβατά εἰσι; Μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὑψῶσαι αὐτούς [ἴσ. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύναντο βελτιῶσαι ἑαυτούς]; Μὴ γὰρ οὐχὶ Ἱερεμίας τότε ἦν;

Δι' ἐμὲ ἀφανισμῷ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ γῆ.

Τί ἐστι, *δι' ἐμέ;* Δι' ἐμὲ τὸν προφήτην. *Εἰ γὰρ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον.*

Ἐπὶ πᾶσαν διεκβολὴν τῆς ἐρήμου.

Τουτέστι, διὰ τὴν εἰς ἐμὲ ἀσέβειαν. Ἐπειδὴ ἀκούοντες τὰς συμφορὰς οὐ μετεβάλοντο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τὴν αἰχμαλωσίαν ἐνταῦθα, καὶ τὸν πόλεμον λέγει. Ὅρα τίνας οὐκ ἂν ἐποίησε βελτίους ἡ τοσαύτη ἀπειλή.

Σπείρατε πυρούς, καὶ ἀκάνθας ἐθερίσατε.

Ἐπειδὴ γὰρ *κἀγὼ ἐφύτευσα ἄμπελον, καὶ ἐποίησε πικρίαν, καὶ σπέρμα καλὸν ἔσπειρα, καὶ ἐποίησε τοὐναντίον.* Εἰκότως καὶ ὑμεῖς, ἵνα μάθητε πόση ζημία γεωργῷ, πόση ἀθυμία, ὅταν ἕτερ' ἀνθ' ἑτέρων φέρητε. Χεῖρον τοῦτο τοῦ λιμοῦ.

Οἱ κλῆροι αὐτῶν οὐκ ὠφελήσουσιν αὐτούς.

Τινὲς μὲν καὶ εἰς τούτους φασὶ τοὺς κλήρους τῆς Ἐκκλησίας εἰρῆσθαι· τοῦτο καὶ πείθομαι. Τί γὰρ ἡμᾶς ὠφελοῦσιν, εἰπέ μοι, τοὺς ἀναξίως βαδίζοντας; οὐχὶ δὲ καὶ κρῖμα πλέον ἔσται; Τί δὲ ὅλως κλῆρός ἐστι, καὶ πόθεν τὸ ὄνομα μάθωμεν. Ἴσως γάρ τινα καρπούμεθα, καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος ὠφέλειαν· ἄλλως δὲ καὶ πολλῆς αἰσχύνης ἀγνοεῖν τοῦτο ὃ καλούμεθα· οὐ γὰρ δὴ κλήρῳ τινὶ ἐκληρώθημεν. Κλῆρος γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ἄλογον. Πόθεν οὖν κλῆρος ὠνόμασται, καὶ οὐ παρ' ἡμῖν μόνον; Ἴσως γάρ τις ἐνόμισε τῶν νεωτέρων εἶναι τὸ ὄνομα· ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρχῇ λαχεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, καὶ ἀποστολῆς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἀπ' ἐκείνου εἰρῆσθαι τοῦ κληρωθῆναι τὸν πρῶτον. Ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων, κληροῦταί τις, ὁ μὲν τοῦτον λαβεῖν τὸν ἀνταγωνιστήν, ὁ δὲ ἐκεῖνον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα· ἀλλὰ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ τὸν κανονικὸν, ἢ ἐκκλησιαστικὸν κλῆρον δεῖ καλεῖσθαι. Ἑκάστῳ γὰρ, φησὶν, ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός· ἕκαστον ὡς κεκλήρωκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω. Καὶ γὰρ καὶ οὕτως ἐκληρώθη. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Πόθεν οὖν ἐπιτέθειται τὸ ὄνομα; οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι τὸν κλῆρον τῆς διακονίας. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ κληρούμενα οὐκ ἐξ οἰκείας γίνεται προαιρέσεως, ἀλλ' ἑτέρας τινὸς ἐξουσίας ἤρτηται, δεῖ τὸν κληρωθέντα, τὸν τόπον ἔχειν ὃν ἐκληρώθη, καὶ μήτε κατασκευάζειν ἑαυτῷ· οὐ γὰρ ἂν εἴη κλῆρος τοῦτο· μήτε φεύγειν δοθέντα· εἰ γὰρ τὰ τοῦ κλήρου κύρια, πολλῷ μᾶλλον τὰ τοῦ Θεοῦ, ὅταν ὁ Θεὸς κληρώσῃ. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἄλογος ὁ κλῆρος, οὗτος δὲ οὐχὶ δεῖ καὶ τὸν ποιοῦντα ἀπροσπαθῶς ποιεῖν· τοῦτο γὰρ κλῆρος. Μὴ ὃν βούλεται αὐτὸς, ἀλλ' ὃν ἡ χάρις δίδωσιν. Ἕως μὲν οὖν Πνεύματος ἄμοιροι οἱ ἀπόστολοι ἦσαν, κλήρῳ τὰ πράγματα ἐπέτρεπον· ὕστερον δὲ καὶ τῷ πλήθει, καὶ τῇ οἰκείᾳ χάριτι. Ὁ κλῆρος πρᾶγμα ἄλυπον, οὐκ ἀφίησιν οὐδὲ ἐκείνους ἀλγεῖν ὡς ἀδικουμένους. Ὁ κλῆρος συγγένειαν οὐκ εἶδεν, οὐδὲ χάριν, οὐδὲ ἀπέχθειαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλῶν ὄντων πάντας κληροῦσθαι οὐκ ἔνι, εἰκότως καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγους ἐπιλεγόμεθα.

Αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν.

Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ αἰσχυνθῶμεν, μὴ ἐναντίον ἀνθρώπων. Τί ἐστιν, ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν; Ἢ Ἐφ' οἷς καυχᾶσθε, αἰσχύνεσθε· καυχῶνται γὰρ οἱ ἄνθρωποι πολλάκις ἐφ' οἷς καταδύεσθαι χρή· ἢ ὅτι Τὴν καύχησιν ὑμῶν ἀναμνησθέντες, αἰσχύνθητε.

A Captivitatem et bellum intelligit. Vide quosnam hæ tantæ minæ probiores non reddidissent.

Vers. 13. *Seminate frumentum, et spinas metite.* Nam *et ego plantavi vitem, et amaritudinem dedit, et semen bonum seminavi, et oppositum reddidit* [83]. Sic et vos, ut discatis, quantum agricolæ damnum, quantus angor animi, cum unum pro alio redditis. Omni fame hoc perniciosius.

Cleri eorum non proderunt eis.

Quidam hoc de clericatu Ecclesiæ dictum existimant, quibus ego assentior. Quid enim, quæso, nobis prodest qui indigne ambulamus? an non et majus erit judicium? Quid autem clerus omnino sit, et unde nomen duxerit, intelligamus. Fortasse aliquam, B et ex nomine utilitatem capiemus; alioquin et ingentis est dedecoris nescire quod vocamur, nec enim sorte quadam in hæreditatem dati sumus. Nam hæreditas est res rationis expers. Unde igitur sortis nomen, nec apud nos tantum? Forsan enim positum a recentioribus nomen quispiam existimavit; sed et initio illud, sortitum esse sortem ministerii hujus, et apostolatus [84]. Mihi videtur origo fuisse imponendi nominis quod sorte primus fuerit electus. Vel ut in Olympicis certaminibus sorte hic quidem antagonistam hunc habet, alius alium, ita et hic: sed ratione hac, et regulis astrictus et ecclesiasticus vocandus clerus est. Unicuique enim sicut divisit Deus; unusquisque ut sors ei data a C Domino est, ita ambulet. Etenim et ille sorte lectus est. *Et post pauca.* Unde igitur nomen impositum? nec enim temere dixit sortem ministerii. Quoniam enim ea quæ sortibus eliguntur, non propria veniunt sponte: sed pendent a potestate alterius, oportet ut sorte vocatus locum teneat quem sortitus est, et neque se ipsum ingerat; haud enim sors esset hoc, neque datam sortem fugiat. Si enim quæ sorte obveniunt, rata sunt; multo magis quæ venit a Deo sors. Sed illa quidem sors non ratione fit, hæc autem ratione fit. Oportet et auctorem sortis hoc agere nullo animum affectu præoccupante; hæc enim sors est. Non quem ipse vult, sed quem gratia Dei dederit. Cum igitur apostoli nondum habebant Spiritum, res committebant sorti- D bus [85]: postea vero et propter multitudinem, et inditam sorti gratiam. Sors nulla affert tristitiam, non permittit ut qui non electi sunt tanquam inique postpositi doleant. Clerus cognationem nescit, nescit necessitudinem, gratiam, inimicitias. Cum enim multi sint, omnes in clerum ascribi non licet, et jure ex multis eligimus paucos.

Confundimini a jactatione vestra.

Confundamur coram Deo, non coram hominibus. Quid est a jactatione vestra? An de quibus inquit: Gloriamini, erubescite. Jactant enim sæpe se homines de iis, pro quibus se velare deberent. Vel quæ jactatis, in memoriam reducentes, erubescite.

[83] Jerem. II, 21. [84] Act. I, 17. [85] ibid. 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Qui eratis olim, quique nunc? *Ab opprobrio in conspectu Domini*, ab exprobrantibus vobis : non quod a Deo fit, scire enim confundi magna curatio, et erubescere non parva salutis occasio. Si ruborem tollas, omnem salutis spem sustulisti. Multoties hunc tantum valuisse novi, quantum et pœnas. Non ab re illam naturæ nostræ indidit Deus : sed ut assidue nos excitet, indidit et non ut homines, sed et conscientiam erubescamus. Sæpe nulla pœna peccato objecta, verecundia tantum, recognitioque repressit.

A

Hebræus ita legit, *Ruina Tophet*, quod est, *Ara puellæ. Filii* porro *Ennom* interpretati sunt, quod locus ille erat Ennom; et sententia dilucidior est apud Hebræum, eorum impietatem redarguens. *Sed Polyandrion occisionis*, hoc est, vallis occisionis : sic enim legit Hebræus. Sciendum autem est hic, polyandrion ex multitudine occisorum interpretes nuncupasse. Quod autem nunc de Tophet sermo sit, quem *filii Ennom* appellarunt, prosequens manifestat. Cum enim dixisset, ex præcepto Dei doliolum confregisse, addit :

Vers. 11. *Hæc dicit Dominus.*

Ut plaga illis sit insanabilis, dedi vobis spem salutis. Dixi : Convertam gentem, et captivitatem et regnum non attendistis, aufero et hoc solatium, præcido. et spes istas.

* Vers. 13. *Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda, sicut locus corruens.*

Hoc est, ubi ceciderunt Barbari aliquando, dum in civitatem irrumperent.

Omnes domus regum Juda sicut locus Tophet propter immunditias quas fecerunt in omnibus domibus. Sacrificabant in domatibus suis omni militiæ cœli.

Hoc est, pari ratione, et nunc decidet omnis Juda, et domus regum propter locum Taphet, aram Plutonis videlicet, quemadmodum ceciderunt qui impetum fecerunt in urbem; et prosequens ait :

* *Et in Taphet sepelient, eo quod non sit locus ad sepeliendum.*

Cum itaque magni facerent locum, ac tanquam deum colentes, nil immundi in eum inferent, eis minatur cadaveribus locum illum se repleturum.

CAP. XX.

Vers. 1. *Et audivit Paschor.*

Vide quantum crimen, et sacerdos erat, et sacerdotem et prophetam, et talia dicentem. Quem lugere oportebat, quod addisceret et verbis et factis nequitiam eorum, ne de captivitate admiraretur.

Vers. 2. *Et percussit Paschor Jeremiam prophetam, et immisit eum in cataractam,* in carcerem scilicet. *Qui erat in porta Benjamin domus assignatæ superioris, qui erat in domo Domini.*

Domus assignatæ, carceris nempe; *cataractam* porro, ex figura nuncupavit. *Superioris*, quia erat in aula : quasi diceret, sub dio. *Qui erat in domo Domini*, de Paschore intelligendum, quasi diceret : Sacerdos qui in domo operam dabat, hic in carcerem ipsum conjecit.

Vers. 3. *Et dixit ei Jeremias.*

Quomodo hæc effari hic non timuit? Quomodo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero ille eduxit? etsi enim virum odio prosequebantur, non tamen suam malitiam ulterius exercere poterant, conscientia illos redarguente. Sic et Herodes Joannem, amabat quippe illum; tantum ne audiret quæ dicebantur.

* *Non Paschor vocavit Dominus nomen tuum, sed migrantem undique.*

Hebræus pro *migrantem*, *parabolam* habet. Pro *undique* vero *omnibus gentibus*. Vaticinium autem contra eum temporibus Joachim et Jechoniæ completum est.

Vers. 7. *Decepisti me, Domine, et deceptus sum.*

Fortasse multis videbitur nimis audacter loqui propheta, et nunc Deum decipere ait, et deludere nos; sed quæ dicit ne videamus, doloris quippe verba sunt, nam et si propheta erat, homo erat. Quare igitur *decepisti me?* dixerat. *Tanquam murum æneum munitum ponam te, et bellum inferent tibi, nec vincent te.* Cum itaque eum sic conclusissent, hæc ait, et *tamen non prævaluerunt;* nam si interfecissent, sustulissent utique libertatem in ducendo. Considera mihi per hæc apostolicos mores præfiguratos. Sed eorum nemo unquam hoc dixit, nec conquestus est; imo contrarium dicit; *Nunc gaudeo in infirmitatibus meis* [97]. Num vero Deus hoc promisit, ut nihil mali perferas? sed ut patiendo non succumbas.

* Vers. 7. *Decepisti me, Domine, et deceptus sum: obtinuisti, et potuisti.*

Angitur propheta pro jurgiis quibus lacerabatur a populo. Mendacii enim eum accusabant, quod non statim pœnam intulisset Deus. Addit itaque: *Factus sum in derisum. Tota die perseveravi subsannatus.* Deinceps subdit:

Obtinuisti.

Valuisti tanquam potens, et nolentem me promovere: Non pericula tantum, insidiæ, ac mortes; sed et dicteria et opprobria, et risus, et hæc non minus quam illa torquent.

Vers. 8. *Quia amaro verbo meo ridebor.*

Hoc est, in calamitatibus quas prænuntio, uti mendax derideor. Et mœroris causam, ex his, quæ a Paschore perpessus est, præcipue desumpserat: Manifestum quippe est Jeremiam, ut mali nominis hominem, et mendacem in carcerem conjecisse, exposcentem, ut injuriæ pœnas daret.

Prævaricationem et miseriam invocabo.

Magna justi apud Deum libertas. Hoc namque intendit dicere. Invoco te, quasi vim patiens a te; etenim, ut captivitatem prædicerem præcepisti, et aspernatus es me, punitionem non inferens, et calamitates, quas civitati vaticinatus sum. Quidam etiam sic exposuerunt. Impulisti, pollicitus, me reddere veluti murum æneum, et columnam ferream omnibus regibus terræ; et iis prædicare fretus sermonibus, et quodammodo deceptus non renui vati-

[97] II Cor. xii, 10.

A ἐκεῖνος ἐξέβαλεν; εἰ γὰρ καὶ ἐμίσουν τοὺς ἄνδρας [ἴσ. τὸν ἄνδρα], ἀλλ' οὐκ ἠδύναντο περαιτέρω τὴν κακίαν ἐνδείκνυσθαι, τοῦ συνειδότος ἐλέγχοντος αὐτούς. Οὕτω καὶ Ἡρῴδης τὸν Ἰωάννην· ἠγάπα γάρ, τοσοῦτον μόνον, μὴ ἀκούειν τὰ λεγόμενα.

* *Οὐχὶ Πασχὼρ ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου, ἀλλ' ἢ μέτοικον κύκλωθεν.*

Ὁ Ἑβραῖος, *παραβολὴν* ἔφη, ἀντὶ τοῦ *μέτοικον*. Τὸ δὲ, *κύκλωθεν*, ἀντὶ τοῦ, *πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*. Ἡ δὲ κατὰ τούτου προφητεία ἀπέβη ἐπὶ τοῦ Ἰωακεὶμ καὶ Ἰεχονίου.

Ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ ἠπατήθην.

Τάχα πολλοῖς δοκεῖ ὁ προφήτης οὗτος τολμηρῶς φθέγγεσθαι· νυνὶ δὲ τὸν Θεὸν ἀπατᾷν φησι, καὶ παίζειν εἰς ἡμᾶς· ἀλλὰ μὴ ἴδωμεν ὅτι ταῦτά φησι. B Τῆς γὰρ ὀδύνης ἐστὶ τὰ ῥήματα· εἰ γὰρ καὶ προφήτης ἦν, ἄνθρωπος ἦν. Τίνος ἕνεκεν *ἠπάτησάς με;* εἰπών. *Ὡς τεῖχος χαλκοῦν ὀχυρὸν θήσω σε, καὶ πολεμήσουσι πρὸς σὲ, καὶ οὐ μὴ δύνωνταί σοι.* Ἐπεὶ οὖν αὐτὸν οὕτω συνέκλεισε [αὐτὸν οὕτω συνέκλεισαν], ταῦτά φησι· *Καὶ μὴν οὐ περιεγένοντο·* εἰ γὰρ ἀνεῖλον, ἔσβεσαν ἂν τὴν παῤῥησίαν. Ὅρα μοι τὰ ἀποστολικὰ ἐνταῦθα [διατυπούμενα], ἀλλ' ἐκείνων οὐδεὶς οὐδέποτε τοῦτο εἶπεν, οὐδὲ ἀπωδύρατο. Ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον φησὶ, · *Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου.* Μὴ γὰρ τοῦτο ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο, μηδέν σε παθεῖν δεινὸν, τῷ μὴ [ἴσ. ἢ τὸ μὴ] πάσχοντα ἀλῶναι;

* *Ἠπάτησάς με, Κύριε, καὶ ἠπατήθην· ἐκράτησάς με, καὶ ἐδυνήθης.*

C Δυσφορεῖ ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ λαοῦ ὀνείδεσιν ὁ προφήτης· ὡς γὰρ ψευδομένου κατέδραμον ἐπεὶ μὴ παραχρῆμα τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν ὁ Θεός. Ἐπάγει γοῦν· *Ἐγενόμην εἰς γέλωτα πᾶσαν ἡμέραν Διετέλεσα μυκτηριζόμενος.* Εἶτα ἐπὶ τίσιν, ἐπάγει·

Ἐκράτησας.

Ἴσχυσας ὡς δυνατὸς καὶ ἀκοντά με χειροτονῆσαι. Οὐ κίνδυνοι μόνον, οὐδὲ ἐπιβουλαὶ καὶ θάνατοι, ἀλλὰ καὶ σκώμματα, καὶ ὀνείδη, καὶ γέλως, καὶ ταῦτα οὐχ ἧττον ἐκεῖνον λυπεῖ.

Ὅτι μικρῷ λόγῳ μου γελάσομαι.

Τουτέστιν, ἐφ' αἷς προλέγω συμφοραῖς γελῶμαι, ὡς ψευδόμενος. Τὴν δὲ αἰτίαν μάλιστα τῆς λύπης, ἀπὸ τῶν ὑπὸ τοῦ Πασχὼρ εἰς αὐτὸν γενομένων D ἔσχηκε. Δῆλος γάρ ἐστιν οὗτος, ὅτι ὡς δύσφημον καὶ ψευδόμενον ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, δίκας ἀπαιτῶν τῆς λοιδορίας.

Ἀθεσίαν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι.

Πολλὴ τοῦ δικαίου πρὸ τὸν Θεὸν παῤῥησία. Τοῦτο γὰρ βούλεται εἰπεῖν, ὅτι Ἐπιβοῶμαί σε, ὡς βιαζόμενος παρὰ σοῦ· εἶπες γὰρ κηρύξαι αἰχμαλωσίαν, καὶ ἠθέτησάς με οὐκ ἐπάγων τὴν τιμωρίαν, καὶ τὴν συμφορὰν, ἣν ἐκήρυξα τῇ πόλει. Τίνες δὲ οὕτως ἡρμήνευσαν, ὅτι Ἐπαγγειλάμενός μοι, ὡς τεῖχος ποιεῖν χαλκοῦν, καὶ ὡς στῦλον σιδηροῦν ἅπασι τοῖς βασιλεῦσι προέτρεψας, καὶ τούτοις κηρύξαι ἐλπίσας τοῖς λόγοις, καὶ τρόπον τινὰ ἀπατηθεὶς, οὐκ ἂν ἐδυ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σάμην [ἀνεδυσάμην] τὸ προφητεῦσαι καὶ τὰ πάνδεινα ὑπομένων διατελῶ.

Τουτέστι, γελασθήσομαι. Οὐκ ἤρκεσέ μοι, φησὶν, ἡ πικρία, ἀλλὰ καὶ γέλως· οὐκ ἤρκεσεν ἡ ὀδύνη τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ χλευασία.

Ὅτι ἐγενήθη.

Διατί οὐκ ἐκβαινόντων τῶν προλεγομένων ἁπάντων, ἐχλεύαζον καὶ ἐγέλων;

Καὶ εἶπα· Οὐ μὴ ὀνομάσω.

Ὅρα φιλοσοφίαν, πῶς ἐλάττωμα τηλικοῦτον οὐκ ἀπέκρυψε· πῶς τὴν ἀσθένειαν οὐ συνεκάλυψε τὴν ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐξεπόμπευσε καθάπερ ἔν τινι στήλῃ τὴν τῶν λογισμῶν ἀῤῥωστίαν.

Καὶ ἐγένετο ὡς πῦρ.

Περὶ τοῦ Πνεύματος, φησὶ, τοῦτο λέγει. Ἐκράτησας, καὶ ἄκοντά με ἐνέβαλες, ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι Καὶ ποῖον κέρδος, εἰπέ μοι, κατὰ ἀνάγκην προφητεύειν; Ποία δὲ ἀρετή; *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ὁρᾷς ὅταν δέῃ τι γίνεσθαι τῶν χρησίμων, καὶ ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ Θεός. Οὐ γὰρ δεῖ δι' ἀτονίαν τὴν τούτου, τοὺς μέλλοντας ἀπόλλυσθαι κερδαίνειν [*leg.* μὴ κερδαίνειν].

Ὡς πῦρ καιόμενον φλογιζόμενον, καὶ συνεχόμενον ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ πάρειμι παντοχόθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν, ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων ἐπ' ἐμὲ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τό· *Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν συναθροιζομένων ἐπ' ἐμὲ,* καὶ τὰ ἑξῆς, ἀποδίδοται τῷ· *Καὶ εἶπον· Οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα Κυρίου καὶ οὐ μὴ ὀνομάσω ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Τὴν γὰρ αἰτίαν τῆς σιωπῆς τέθεικε. Τὸ δὲ, *Ἐγένετο ἡ καρδία μου, ὡς πῦρ καιόμενον,* καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν μέσῳ κεῖται· ἡ δὲ ἔννοιά ἐστιν αὕτη, ὅτι Ἐγὼ μὲν μόνον ἐβουλευσάμην σιωπῆσαι, εὐθὺς δὲ ὡς πῦρ μου διέδραμε τὴν διάνοιαν, καὶ ὡς παρειμένος γέγονα, τουτέστιν, ὥσπερ ἡμίξηρος, ἀφωνίαν καταδικασθεὶς τρόπον τινὰ, καὶ κινεῖν τὰ μέλη οὐ δυνάμενος. Ἡ δὲ τῆς σιωπῆς αἰτία μοι γέγονεν οὐκ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πολλὴν τὴν πονηρίαν τῶν ὁμοφύλων ὁρᾷν.

* *Ἐπισύστητε, ἐπισυστῶμεν αὐτῷ πάντες ἄνδρες φίλοι αὐτοῦ.*

Τουτέστι, Συμβούλιον ἐποιήσαντο κατ' ἐμοῦ, οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' οἱ δοκοῦντες εἶναι φίλοι.

* *Τηρήσατε τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ, εἰ ἀπατηθήσεται καὶ δυνησόμεθα αὐτό.*

Τουτέστιν, ὑποκρινοῦμεν αὐτὸν, ὥστε ἐν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ εὑρεῖν τι ἔγκλημα.

Ὅτι ἤκουσα.

Τί γένοιτ' ἂν ἴσον τῆς ἀνδρίας ταύτης; ἐντεῦθεν ἐχλευάζοντο, ἐκεῖθεν ἔπασχον δεινῶς.

Ὁ δὲ Κύριος μετ' ἐμοῦ.

Πῶς οὖν ἔλεγες, ὅτι *Ἠπάτησάς με,* ὅτε ταῦτα ἔπασχες; ἐδίωξαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο νοῆσαι. Οὐχὶ καὶ ταῦτα προεῖπεν ὁ Θεός; οὐχὶ τὰ μέλλοντα ἐδήλωσεν; ἄπειρος ἦν ἐν τοῖς προοιμίοις ὁ προφήτης· τὰς τιμὰς αὐτῶν οὐκ ἐνόησαν· αἰσχύνης γὰρ ὄντως

A cinari : verum mala, quæ ferri non possunt, sustineo.

Hoc est, deridebor. Non sat fuit, inquit, amaritudo, sed et risus advenit : non sat fuit animi angor, sed et subsannatio.

Quia factus est.

Quare quod omnibus quæ prædicabantur non evenientibus, probro et risui habebant.

Vers. 9. *Et dixit : Non nominabo.*

Considera studium animi : Quomodo tantum defectum non occultarit ; quomodo suam infirmitatem non texerit, sed cogitationum ægritudinem tanquam in columna quadam inscriptam publicarit.

Vers. 9. *Et factus est quasi ignis.*

De Spiritu, aiunt, hæc profert. Vicisti, et nolentem B injecisti : Sed dixerit quispiam : Quidnam lucri est coactum prophetare? Quænam virtus? *Et post pauca.* Vides cum aliquid agendum est utilium, et necessitatem Deus imponit. Nec enim decet ob hujus segnitiem operire eos qui salvandi sunt.

Urens, et clausus in ossibus meis, et dissolutus sum indique, et non possum ferre. Quia audivi vituperationem multorum congregatorum adversus me, et quæ sequuntur.

Illud : *Quia audivi vituperationem multorum, qui congregantur adversus me,* et quæ sequuntur, respondent illi. *Et dixi : Non nominabo nomen Domini, et non nominabo in nomine illius.* Causam quippe C silentii posuit : Ad illud, *Factum est cor meum tanquam ignis ardens,* et reliqua, positum est in medio : sensus vero hic est : Ego quidem tantum silere proposueram : verum illico, tanquam ignis meam cogitationem pervolavit, et ut dissolutus factus sum, quasi semi-aridus, quodammodo in silentium condemnatus, artusque movere non valens : silentii autem mihi causa est, non quod Deum spreverim, sed quod contribulium meorum multam esse iniquitatem conspiciam.

* *Insultate, et insultemus in eum omnes viri amici ejus.*

Hoc est, Consilium contra me non quicunque, sed qui mihi familiaritate conjuncti videbantur, D inierunt.

* *Observate mentem ejus, si decipietur, et prævalebimus ei.*

Hoc est, inter nos observemus, cogitantes si in ejus actionibus errorem aliquem possimus invenire.

Vers. 10. *Quia audivi.*

Quid huic fortitudini par esse poterit? hic subsannabantur inde malis impetebantur.

Vers. 11. *Dominus autem mecum est.*

Quomodo igitur dicebas, *decepisti me,* cum hæc patereris? persecuti sunt, et non potuerunt intelligere. Nonne et hæc Deus prædixerat? nonne futura patefecit? inexpertus erat initio propheta; suos honores non intellexerunt : sane enim peccatum est

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dedecoris plenum, non converti, sed reprehensorem necare ut majoribus in tenebris mala fiant.

* *Quasi bellator fortis. Idcirco persecuti sunt, et intelligere non potuerunt.*

Hoc est, Dei in me providentiam non capiebant, et sententiam commutabant : at in malitia permanebant.

* *Pudore affecti sunt vehementer, quoniam non intellexerunt ignominias suas, quæ in sæculum non tradentur oblivioni.*

Hoc est, A scopo aberrarunt, nec sic perceperunt se, propter ea quæ patrant, in majorem incidere pœnam. Cum Deus nulla eorum nequitiæ capiatur oblivione, quin pœnas tantæ temeritatis exposcat.

VERS. 12. *Domine, probans justa.*

Hæc dico, ut cum Deum præcipientem audieris, noli orare, viderisque prophetam orantem. Ne hominem humaniorem Deo putes; sed ne tantillum quidem. Vides illum certe et contumelia parva turbatum, scandalum patientem, etsi sciebat se in tuto paceque futurum, Deum vero quotidie injuriis affici, gravibusque contumeliis et intoleraudis onerari.

VERS. 14. *Maledicta dies in qua natus sum.*

Paulo supra matrem deplorabat; nunc diem, non ad Deum, sed ad mala respiciens; sicut et alius aiebat propheta : *Ut quid mihi ostendisti dolores, et labores*[98]? Similiter et Job : *Ut quid mihi occurrerunt genua*[99]. Hoc et iste, hoc et alii prophetæ.

Pertæsus propheta, coactus contra populum sermones habet, Deumque convenit, et eos videns pertinaces, et atrocia subiens ab auditoribus vim sane passus similia iterum profert.

VERS. 15. *Maledictus homo qui.*

Quid ais? Quid et hominem exsecraris? Nonne paulo supra dicebas ipse : *Si retribuatis mala pro bonis*, et tu pro bono faustoque nuntio hæc dixisti, criminaris quod non occiderit? Quanam igitur ratione Judæos accusas quod te necare vellent? Nam si tunc mori bonum erat, post malorum experientiam multo magis appetendum. Quare igitur non vis? Vides lamenta nulla ratione inniti? luctus enim in causa est, et ex perturbato animo tantum proficiscens, et non præmeditato, sed illud unum quærente pondus deponere.

Post pauca.

Nec simpliciter illi maledicit, *sed ut urbes quas Deus subvertierat et non pœnituit eum*, tanta unus pœna multetur quanta civitates omnes. Quod ais explica. Quoniam dixit : Num eo quod ille dixerit, ideo tu natus es? Quia natus est, ideo natum te esse dictum est? Quod si id admittendum, multo magis

[98] Habac. I, 3. [99] Job III, 12.

ἁμάρτημα γέμον, μὴ μεταβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸν ἐλέγχοντα ἀναιρεῖν, ἵνα ἐν πλείονι σκότῳ τὰ κακὰ γένηται.

* *Καθὼς μαχητὴς ἰσχύων, διὰ τοῦτο ἐδίωξαν, καὶ οὐκ ἠδύναντο γνωρίσαι.*

Τουτέστιν, Οὐ συνεχώρουν τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἐμὲ πρόνοιαν, καὶ μετεβάλλοντο τὴν γνώμην, ἀλλ' ἐπέμενον τῇ κακίᾳ.

* *Ἠσχύνθησαν σφόδρα, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν ἀτιμίας αὐτῶν, αἳ δι' αἰῶνος οὐκ ἐπιλησθήσονται.*

Τουτέστι, Διήμαρτον τοῦ σκοποῦ. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἐλογίσαντο, ὡς ἀφ' ὧν πράττουσι μειζόνως ὑπὸ δίκην ἑαυτοὺς ἄγουσι· τοῦ Θεοῦ οὐδεμίαν λήθην τῆς αὐτῶν κακίας ποιουμένου, ἀλλ' ἀπαιτοῦντος τῆς τόλμης τὴν δίκην.

Κύριε, δοκιμάζων δίκαια.

Ταῦτα λέγω, ἵν' ὅταν ἀκούσῃς τοῦ Θεοῦ λέγοντος, Μὴ προσεύχου, καὶ τὸν προφήτην ἴδῃς προσευχόμενον, μὴ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπότερον εἶναι νομίσῃς, ἀλλὰ μηδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. Ὅρα οὖν καὶ ἀπὸ μικρᾶς ὕβρεως θορυβούμενον, σκανδαλιζόμενον, καίτοιγε εἰδότα, ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσται καὶ εἰρήνῃ, τὸν δὲ Θεὸν καθ' ἑκάστην ὑβριζόμενον, καὶ ὕβρεις χαλεπὰς καὶ ἀφορήτους ἐμπαροινούμενον.

Ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐτέχθην.

Πρὸ τούτου μὲν τὴν μητέρα ἐθρήνει, νῦν δὲ τὴν ἡμέραν· οὐ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ πρὸς τὰ δεινὰ ἀποτεινόμενος, ὡς καὶ ἕτερος προφήτης, *Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους;* τοῦτο καὶ Ἰώβ· *Ἵνα τί μοι συνήντησαν γόνατα;* Τοῦτο καὶ οὗτος, τοῦτο καὶ ἕτεροι τῶν προφητῶν.

Ἀποδυσπετεῖ ὁ προφήτης, ἀναγκαζόμενος κατὰ τοῦ λαοῦ λέγει, καὶ ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ, καὶ ὁρῶν ἐκείνους μὴ μεταβαλλομένους, καὶ πάσχων μὲν δεινὰ ὑπὸ τῶν ἀκουόντων, ἀναγκαζόμενος δὲ πάλιν τὰ παραπλήσια λέγει.

Ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὁ.

Τί λέγεις; Τί καὶ τὸν ἄνδρα καταρᾶσαι, Οὐχὶ πρὸ μικροῦ αὐτὸς ἔλεγες, *Εἰ ἀνταποδίδοτε κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν*, καὶ σὺ ἀντὶ εὐαγγελίων τοῦτο ἐποίησας, καὶ ἐγκαλεῖς ὅτι οὐκ ἀπέκτεινε; Πῶς οὖν ἐγκαλεῖς, ὅτι ἀνελεῖν σε θέλουσιν οἱ Ἰουδαῖοι; Εἰ γὰρ τότε ἀποθανεῖν καλὸν, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν πεῖραν. Πῶς οὖν οὐ βούλει; Ὁρᾷς οὐδαμοῦ λόγον ἔχοντα τὸν θρῆνον; θρῆνος γάρ ἐστιν αἰτιος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τεθορυβημένης λεγόμενος ψυχῆς, καὶ οὐδὲν διεσκεμμένης, ἀλλ' ἐν ζησούσης μόνον, ἀποθέσθαι τὸ βάρος.

Καὶ μετ' ὀλίγα.

Καὶ οὐχ ἁπλῶς καταράσασθαι ἐκεῖνον, *ἀλλ' ὡς τὰς πόλεις ἃς ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ μετεμελήθη*· τοσαύτην ὑποστήτω τιμωρίαν ὁ εἷς, ὅσην αἱ πόλεις πᾶσαι. Τί λέγεις, εἰπέ; Ὅτι εἶπεν· Μὴ γὰρ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν τοῦτο, αἴτιον γέγονε τοῦ τεχθῆναί σε; Τὸ τεχθῆναί σε αἴτιον τοῦ εἰπεῖν γέγονεν. Εἰ δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον τὴν μητέρα τὴν τεκοῦσαν, ἢ τὸν σπείραντα πατέρα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτον, οὐδὲ ἐκείνην. Ποῖος ἂν ἀνὴρ μεθύων τοιαῦτα εἶπε, καὶ πολέμιος ἄδικος; Ποῖος Βάρβαρος; Τίς ὠμὸς ἄνθρωπος ἐν μήτρᾳ ἀναιρεῖ; Ἀλλ' ἀποδυσπετοῦντος ταῦτά ἐστι τὰ ῥήματα.

Ἵνα τί τοῦτο ἐξῆλθον;

Οὐκέτι λοιπὸν εὔχεται, ἀλλὰ τῇ αἰσχύνῃ ἐπαρᾶται καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ· ἔστι γὰρ ἐν δόξῃ αἰσχύνη καὶ χάρις, καὶ ἔστιν αἰσχύνη ἐν ἁμαρτίᾳ· μεγάλα γὰρ καὶ κακὰ ἐργάζεται τοῦτο τὸ πάθος· ὁρᾷς ὅτι οὐ φύσεώς ἐστιν ἡ κακία; οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔσχε ποτὲ ἀγαθόν. Τοῦτο δὲ ἐξ ἀρχῆς ἔγκειται τῇ αἰσχύνῃ.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος.

Ὅρα τοῦ Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν· ἠπείλησε πολλὰ διὰ ῥημάτων, οὐκ ἔπεισεν· ἐκάκωσε τὸν προφήτην· ἔδειξεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα διὰ τύπου, διὰ ῥάβδου, διὰ λέβητος, διὰ περιζώματος, διὰ τοῦ βίκου. Ὑπέσχετο μυρία ἀγαθά· ἐπήγαγε καὶ τὴν πληγὴν τῆς ἀβροχίας· ἔτι χείρους ἦσαν. Ἐπάγει λοιπὸν αὐτοὺς τοὺς πολέμους αὐτοῖς· Ἐπειδὴ γὰρ τῷ προσηνεῖ καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ εἶξαι οὐκ ἠθέλησαν, ἐπάγει τινὰ τομήν. Ἀλλ' ὅρα καὶ ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν· ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, ὅτι καὶ πλῆξαι ἐχρῆν· καὶ τοῦτο ποιεῖ, καὶ πανταχοῦ ἴδοι τις ἂν τοῦτο γινόμενον.

Ἐπερώτησον.

Τεταπεινωμένοι γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς συμφοραῖς, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν κατέφευγον τότε μόνον. Καὶ οὐδὲ τότε ὡς ἐχρῆν. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐρωτᾷς, ὡς εἰδὼς, [ὁ εἰδὼς] ὅτι πάντως ἀληθῆ τὰ λεγόμενα; πῶς οὖν οὐ πείθῃ; ἀλλ' ἂν μὲν κατὰ γνώμην ἀκούσῃς, ἐπαινεῖς τὸ λεχθέν; ἂν δὲ τὸ ἀληθὲς μάθῃς, δυσχεραίνεις καὶ ἀγαναχτεῖς; Ποῦ τοίνυν οἱ ψευδοπροφῆται οἱ λέγοντες, Οὐκ ἔστι πόλεμος, οὐκ ἔστι μάχη, οὐδὲ λιμὸς, οὐδὲ μάχαιρα; *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ἐπερώτησον περὶ ἡμῶν τὸν Κύριον· [ὑπὸ] πολλῆς ἀνοίας μηδεμίαν ἐπιδειξάμενοι μεταβολὴν, μεταβολὴν δεινῶν προσεδόκησαν. Πόθεν; Ναὶ, φησί· *Κατὰ πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.* Προσεδόκησαν τὸ Θεῖον δόξης ἐφίεσθαι· νῦν μιμνήσκῃ τῶν θαυμασίων; νῦν οἶδας, ὅτι πάντα δύναται ὁ Θεός ὑπὸ τῆς θλίψεως πιεσθεὶς φιλοσοφεῖς; Τούτων οὐχὶ νῦν τῶν ῥημάτων καιρὸς ἦν, ἀλλ' ὅτε αὐτῶν κατεφρόνεις· ὅτε παρῄνεις εἰς τοὺς ὅρκους τοὺς κατ' αὐτοῦ. Ὅρα πόση φρίκη τῶν ὅρκων· ὤμοσεν ὑπακούειν· οὐχ ὑπήκουσε, καὶ ἁλίσκεται. Τοίνυν οὐχ ἵνα ὁ Βάρβαρος ἐκδικηθῇ, ἀλλ' ἵνα ὁ Θεὸς μὴ ὑβρίζηται· ἵνα μηδεὶς ἕτερος παρανομῇ. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ἐγὼ τὸν Ναβουχοδονόσορ οὐχ οὕτως ἡγοῦμαι τοῖς ὅπλοις θαρρεῖν, ὡς τῇ εὐνοίᾳ τῇ παρὰ Θεοῦ. Τοῦτο γοῦν ὁ εὐνοῦχος αὐτοῦ ὀνειδίζει. Διδάσκαλος ὁ Ναβουχοδονόσορ τοῖς Ἰουδαίοις παραγίνεται τοῦ μηδέποτε ἐπιορκεῖν.

Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ μεταστρέψω.

Κἂν αὐτοὶ, φησὶ, βούλωνται ἀναχωρῆσαι, ἐγὼ πολεμήσω ὑμᾶς.

maledicendum matri, vel qui te seminaverat patri, imo vero neutri. Quis vini plenus hæc diceret, hostisque iniquus? Quis Barbarus? Quis homo crudelis in vulva necat? Sed fastidientis animi verba hæc sunt.

VERS. 18. *Ut quid ita egressus.*

Non ergo amplius precatur bona, confusionem exsecratur, et peccatum, est enim in gloria confusio, et gratia: et est confusio in peccato; magna enim et bona et mala sunt ex hoc affectu: vides non natura homines esse malos? nemo enim unquam quidquam boni haberet: hoc autem ab initio confusioni insitum est.

CAP. XXI.

VERS. 1. *Verbum quod factum est.*

Considera divinam humanitatem: multa verbis minatus est. Non persuasit; malis prophetam affecit, futura illi per figuras ostendit, baculo, lebete, subligaculo, lagena. Sexcenta illis promisit bona: siccitatis plagam inflixit; illi tamen pejores exstitere. Bella ergo in illos infert. Nam quia dulci et amabili pharmaco curari noluerunt, ad incisionem venit. Sed hic etiam humanitatem considera; ne quis enim diceret plagis quoque opus fuisse, illas infert: et in omnibus hoc observari videre est.

VERS. 2. *Interroga.*

Fracti enim erant calamitatibus, et confugiebant ad Deum tunc tantum; sed neque tunc ut oportebat. Cujus enim rei causa interrogas? qui scis quæ dicuntur omnino vera esse? quare igitur non credis? sed si ad voluntatem sit quod dicitur, laudas? si verum audieris, ægre fers, et indignaris? Ubinam igitur sunt pseudoprophetæ qui dicebant: Non erit bellum, non pugna, non fames, non gladius? *Et paucis interpositis.* Interroga pro nobis Dominum: summa fatuitate nullam mutationem exspectarunt: undenam? ita ait: *Secundum omnia mirabilia sua.* Deum gloriæ avidum opinati sunt. Nunc mirabilium memoriam repetis: nunc in afflictione positus nosti Deum omnia posse, oppressus philosophum agis? horum verborum non hoc tempus: sed quando illas contemnebas, quando jusjurandum quod juraveras, violabas. En quanta jurisjurandi religio: obtemperaturum se jurejurando promiserat, non obtemperavit, et in captivitatem adducitur. Non igitur ut Barbaro per ultionem satisfiat, sed ne Deus contumelia afficiatur; ne quis alius agat impie. *Et post pauca.* Ego Nabuchodonosor non tam armis fidere puto, quam Dei benevolentia. Hoc itaque illius eunuchus improperat. Ne jusjurandum frangatur, Nabuchodonosor Judæis se magistrum præbet.

VERS. 4. *Hæc dicit Dominus: Ecce converto*, etc.

Et si ipsi, ait, retrocedere voluerint, ego vobis bellum inferam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 8. *Et ad populum istum dices.*

Joachim cum sponte ad Babylonios accessisset, et conditionem propterea servitutis subiisset, jurejurando præstito illius tributarius factus est. Sedecias vero illo violato, pacta perturbavit : bellum ergo intulit Babylonius justa de causa jurisjurandi, sed neque tunc eos Deus hostibus tradidit ; sed si vultis, ait, egredi, salvi eritis. Quid ultra præstandum erat ? illius perjurii participes esse voluerunt. Sed nec propheta interrogandus omnino erat de jurisjurandi fine, juramento et pactionibus posthabitis, Verum ne se de ignorantia posset excusare, ne subditi principis obtenderent necessitatem, eos etiam eximit. Pro foribus, ait, punitio est, evitare hanc in vestra situm est potestate. Qua igitur pœna digni sint qui cum imminentem sibi mortem effugere possent, et non pejerare, saluteque potiri, maluerunt una cum ipsa morte perjurii quoque rei esse. *Et post pausa.* Illud vero sciendum, et si qui afficitur injuria gentilis sit, Deum ulcisci, ipsius enim et ille est, et citra hoc sui potius consultum vult : et qui injuriam fert, ipse est qui læditur.

A *Καὶ πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον ἐρεῖς.*

Ἰωακεὶμ αὐτομολήσας πρὸς τὸν Βαβυλώνιον, καὶ λοιπὸν τὰ τῆς δουλείας καταδεξάμενος, ὅρκους ἐπιτελέσας, ὑπόφορος τούτῳ γίνεται. Ὁ Σεδεκίας δὲ παρέβη τοὺς ὅρκους, καὶ παρεσπόνδησεν· ἐπέρχετσι λοιπὸν ὁ Βαβυλώνιος, ἀφορμὴν δικαίαν ἔχων τοῦ ὅρκου· ἀλλ' οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς προδίδωσιν ὁ Θεός. Ἀλλ' εἰ βούλεσθε, φησὶν, ἐξελθεῖν, εἰς σωτηρίαν ἔσεσθε. Τί ποιῆσαι πλέον ἐχρῆν ; εἶλοντο κοινωνῆσαι τῆς ἐπιορκίας αὐτῷ· μάλιστα δὲ οὐδὲ τὸν προφήτην ἔρεσθαι ἔδει, οἷον τὸ τοῦ ὅρκου τέλος ἔσται, καταπατηθέντων τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. Πλὴν ἀλλ' ἵνα μηδὲ τὴν ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀπολογίαν ἔχῃ, ἵνα μὴ τὴν ἀνάγκην ἔχωσι τοῦ ἄρχοντος οἱ ἀρχόμενοι, καὶ τούτους ἐξαιρήσονται [*Isc.* ἐξαιρεῖται]. Ἐπὶ B θύραις ἡ τιμωρία, φησίν· ὑμεῖς κύριοι ταύτην φυγεῖν. Τίνος οὖν ἂν εἶεν ἄξιοι οἱ παρόντα δυνάμενοι τὸν ὄλεθρον διαφυγεῖν, καὶ μήτε ἐπιορκῆσαι καὶ σωθῆναι, ἑλόμενοι μετὰ τοῦ ἀποθανεῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιορκίας ὑποστῆναι ἔγκλημα; *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Εἰδέναι δὲ ὀφείλομεν, ὅτι κἂν Ἕλλην ὁ ἠδικημένος ᾖ, ἐπεξέρχεται ὁ Θεός· καὶ γὰρ ἐκεῖνος φείδεται· καὶ ὁ ἀδικῶν αὐτός ἐστιν ὁ βλαπτόμενος.

VERS. 9. *Et egrediens ut accedat ad Chaldæos, qui concluserunt vos, vivet, et erit ipsi anima ejus in utilitatem, et vivet.*

Καὶ ὁ ἐκπορευόμενος προσχωρῆσαι πρὸς τοὺς Χαλδαίους τοὺς συγκεκλεικότας ὑμᾶς, ζήσεται, καὶ ἔσται αὐτῷ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ὠφέλειαν, καὶ ζήσεται.

Hebræus illud : *In utilitatem*, dilucidius exposuit, *in spolia*. Sensus autem est : Qui non aufugerit, C inquit, morietur; qui aufugerit vivet, præda hostium factus. *In utilitatem*, itaque hoc videlicet lucri faciet, Vivere.

Ὁ Ἑβραῖος τὸ, *εἰς ὠφέλειαν*, σαφέστερον τέθεικεν, ἔχει δὲ *εἰς σκῦλα*. Ἡ δὲ ἔννοια αὕτη· Ὁ μὴ προσφεύγων μέν, φησὶν, ἀποθανεῖται· ὁ προσφεύγων δὲ ζήσεται, σκῦλα τῶν πολεμίων γενόμενος. Τὸ οὖν, *εἰς ὠφέλειαν*, τοῦτ' ἔστι, τοῦτο αὐτὸ κερδανεῖ, τὸ ζῆν.

VERS. 11, 12. *Domus regis Juda, audite verbum Domini. Domus David, hæc dicit Dominus : Judicate mane judicium*, et quæ sequuntur.

Ὁ οἶκος βασιλέως Ἰούδα, ἀκούσατε τὸν λόγον Κυρίου. Ὁ οἶκος Δαβὶδ, τάδε λέγει Κύριος· Κρίνατε τὸ πρωὶ κρῖμα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Post minas hortatur ut sententiam immutent, ostendens se ideo pœnas inferre, quia rerum gestarum pœnitentiam non agunt. Subdit igitur :

Et egrediens accedere, etc.

Ἀπειλήσας παραινεῖ μεταβάλλεσθαι τὴν γνώμην, δεικνὺς, ὡς διὰ τὸ ἀμεταμέλητα πταίειν, αὐτοὺς τιμωρεῖται. Ἐπάγει γοῦν·

Καὶ ὁ ἐκπορευόμενος.

Quis non maluisset ad hostes accedere, cum a Deo inflictum adeo cerneret morbum ; nam si et eos qui remanebant talia manebant mala, omninoque interire oportebat, quare sponte abibunt? an liquet eo quod non crederent?

Τίς οὐκ ἂν εἵλετο προσχωρῆσαι, θεήλατον οὕτω τὴν νόσον ὁρῶν; εἰ γὰρ καὶ τοὺς ἀπομένοντας τοιαῦτα ἔμενε δεινὰ, καὶ πάντως ἀπολέσθαι ἐχρῆν, τίνος ἕνεκεν οὐ προσεχώρουν ; ἦ δῆλον ἐκ τοῦ μὴ D πιστεύειν.

VERS. 12. *Domus David.*

Non sine causa ipsos ad memoriam David revocat, sed ut de progenitoris virtute confunderentur : et si nihil aliud, certe ut mali esse desinerent.

Οἶκος Δαυΐδ.

Οὐχ ἁπλῶς αὐτοὺς ἀνέμνησε τοῦ Δαβὶδ, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀρετὴν τοῦ προγόνου αἰσχυνθῶσιν. Εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, παύσωνται ὄντες πονηροί.

Audite verbum.

Ἀκούσατε λόγον.

Non quod magnas habeant vires, quod illo fortior nemo sit : non propter hoc, sed propter ea quæ agitis. Alimentum enim erunt huic igni vestræ iniquitates.

Οὐ διὰ τὸ ἰσχὺν ἔχειν μεγάλην· οὐ διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν ἰσχυρότερον· οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὰ ὑμέτερα ἐπιτηδεύματα. Τροφὴ γὰρ ἔσται τῷ πυρὶ τούτῳ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ὑμέτερα.

VERS. 13. *Ecce ego ad te inhabitantem vallem campestrem.* Sor, ait, *Dominus, qui dicitis, quis terrebit nos, aut quis ingredietur in habitaculum*, et quæ sequuntur.

Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς σὲ τὸν κατοικοῦντα τὴν κοιλάδα Σὼρ, τὴν πεδινὴν, φησὶ Κύριος, τοὺς λέγοντας· Τίς πτοήσει ἡμᾶς, ἢ τίς εἰσελεύσεται εἰς τὸ κατοικητήριον; καὶ τὰ ἑξῆς.

Non recte est interpretatum apud Græcos *Sor*,

Οὐ καλῶς Σὼρ ἡρμήνευται παρὰ τῷ Ἑλληνικῷ·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

παρὰ γὰρ τῷ Ἑβραίῳ *Σοὺρ* κεῖται· ἑρμηνεύεται δὲ πέτρα. Μηνύει δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐν τῇ πέτρᾳ κοιλάδος τυγχάνει. Πέτραν δὲ κοιλάδος ἐκάλεσε, διὰ τὴν τοῦ τόπου θέσιν· ὡς τῶν μὲν περὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ τόπων ὑπὸ πετρῶν συνεχομένων, οὔσης δὲ καὶ πεδιάδος ἐν κύκλῳ.

Ἰδοὺ ἐγώ.

Προφητεύει τῇ Τύρῳ δεινὰ, πολλὰ δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Ἡσαΐας περὶ τῆς Τύρου φησὶν, ὅτι ἐπῆρτο, ὅτι ἔχουσα διδασκαλίας ὁδὸν τοὺς ἐκ γειτόνων Ἰουδαίους, οὐδὲν ἐκαρπώσατο. Διὰ γάρ τοι τοῦτο πρῶτον ἅπτεται τῶν ἐθνῶν τούτων, ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα πλησίον αὐτῶν ἦν· ἀκούεις δὲ προῖών, πῶς καὶ Βαβυλῶνος ἅπτεται καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων, καὶ ὁρᾷς αὐτοῦ τὴν καθόλου πρόνοιαν.

nam quæ in Hebræo est, *Sur*, quod significat petram, Jerusalem designat, quæ in petra vallis sita est, vocavitque eam petram vallis propter ejus situm loca enim quæ circa Jerusalem sunt, petris ambiuntur, et est in circuitu ejus campus.

Ecce ego.

Adversus Tyrum dira vaticinatur, multa vero dè Tyro, et Ezechiel, et Isaias dicit, quod superba esset; quod vicinos habens Judæos ad capessendam doctrinam nihil profecisset. Quapropter primum quidem has gentes increpat, quia Jerosolyma prope erat, audis quoque infra, quomodo et Babylonem, cæterosque omnes increpat; et vides universalem ejus providentiam.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

CAP. XXII.

Ὅτι τάδε λέγει Κύριος κατὰ τοῦ οἴκου βασιλέως Ἰούδα, Γαλαὰδ, σύ μοι ἀρχὴ τοῦ Λιβάνου, εἰ μὴ θήσω σε εἰς ἔρημον, πόλεις μὴ κατοικισθησομένας.

Τὴν Γαλαὰδ νῦν λέγει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἵνα τὸ φαιδρὸν αὐτῆς παραστήσῃ, ἐπειδὴ ἐπίδοξος καὶ ἡ Γαλαάδ. Ἀσαφῶς δὲ κεῖται τὸ νόημα· παραδείγματι δὲ ἐδουλήθη τὰ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. Τοῦτο οὖν βούλεται σημᾶναι, ὅτι ὥσπερ ἡ Γαλαὰδ ἀρχή ἐστι τοῦ Λιβάνου· ἐπίδοξος γὰρ αὕτη παρὰ πάσας τὰς παρὰ τὸν Λίβανον πόλεις κειμένας· οὕτω καὶ σὺ τῶν λοιπῶν πόλεων ἄρχεις. Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἐπειδὴ ἀγνώμων ἐγένου περὶ ἐμὲ, τὴν ψῆφον ἐκφέρω κατὰ σοῦ.

Vers. 6. *Quia hæc dicit Dominus super domum Juda: Galaad, tu mihi principium Libani; si non posuero te in solitudinem, urbes non habitandas.*

Galaad nunc vocat Jerusalem, ut nobis illius subindicet nobilitatis insigne, cum et Galaad celebritate famæ nota sit: obscurus est sensus: voluit autem quod dicitur, exemplo asserere. Idque illud est. Quemadmodum Galaad caput est Libani, gloriæ enim fama superat omnes, quæ circa Libanum sunt civitates: sic et tu cæterarum urbium princeps es. Sed tamen, inquit, cum erga me ingrata exstiteris, contra te sententiam fero.

Μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μηδὲ θρηνεῖτε αὐτόν· κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιστρέψει ἔτι, οὐδὲ ὄψεται τὴν γῆν πατρίδος αὐτοῦ.

Vers. 10. *Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum: plorate ploratione eum qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram patriæ suæ.*

Χαλεπὸν ὑπέστη τὸν θάνατον ὁ Ἰωακεὶμ ὁ τοῦ Ἰεχωνίου πατήρ· ἁλοὺς γὰρ ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, πρῶτον μὲν ἐδέθη πέδαις χαλκαῖς, εἶτα ἀποσφαγεὶς, ἐρρίφη πρὸ τῶν τειχῶν, οὐδὲ ταφῆς ἀξιωθεὶς ὑπὸ τοῦ Βαρβάρου. Καὶ μετὰ ταῦτα μετὰ τὸ τῆς πόλεως ἀπωστῆναι τὸν Βαβυλώνιον, συναγαγόντες αὐτοῦ τὰ λείψανα, κατέθεντο ἐπὶ τῷ τόπῳ τοῦ θανάτου. Ὁ τοίνυν Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου προλέγει χείρονα πείσεσθαι τὸν ζῶντα διὰ τὴν παρανομίαν. Τὸ οὖν, *Μὴ κλαίετε τὸν τεθνηκότα, μηδὲ θρηνεῖτε αὐτὸν*, περὶ τοῦ Ἰωακεὶμ λέγει. Τὸ δὲ, *Κλαύσατε κλαυθμῷ τὸν ἐκπορευόμενον, ὅτι οὐκ ἐπιστρέψει ἔτι*, περὶ τοῦ Ἰεχονίου λέγει· τρίμηνον γὰρ αὐτὸν βασιλεύσαντα μετῴκισε εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν ὁ Ναβουχοδονόσορ.

Duram obiit mortem Joachim Jechoniæ pater; captus enim a Babylonio, primum quidem catenis æneis vinctus est, deinde occisus ante muros ejectus est, neque sepultura a Barbaro dignatus. Tandem postquam recessit ab urbe Babylonius, collectis illius reliquiis, eas in monumento deposuerunt. Deus itaque per prophetam prædicit, acerbiora perpessurum viventem propter iniquitatem. Illud igitur, *Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum*, de Joachim intelligendum; et illud: *Plorate ploratione eum qui egreditur, quia non revertetur ultra*, de Jechonia: nam cum regnasset tribus mensibus, a Nabuchodonosore abductus fuit in Babylonem.

Μήποτε διὰ τὸν Ἰωσίαν φησὶν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πέπονθεν, βιοὺς μὲν ἐσχηκὼς ἀγαθὸν, προαναρπασμένος δὲ τῶν μελλόντων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ δουλεύειν καὶ τελευτᾷν.

Fortasse Josiam ait: nihil enim mali passus est; nam et bene vixit, et raptus est antequam fierent captivi qui in aliena terra servituri, mortemque obituri erant.

Διότι τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ Σελλοὺμ υἱὸν Ἰωσίου τοῦ βασιλέως Ἰούδα, τὸν βασιλεύοντα ἀντὶ Ἰωσίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Vers. 11. *Quia hæc dicit Dominus ad Sellem filium Josiæ regnantem pro Josia patre ejus.*

Σελλοὺμ λέγει τὸν Ἰεχονίαν· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν. Ἑρμηνεύεται δὲ *Εἰρηνικός*. Ἐπειδὴ γὰρ

Sellem nominat Jechoniam: hoc enim ipsum nomine nuncupabant. Interpretatur vero *Pacificus*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quando enim Joachim patrem ejus, ab Ægyptio constitutum in regem, Babylonius captivum duxit, Jechonia substituto in regnum, *pacificum* ipsum vocat, quod terram non ultra Babylonius esset depopulaturus, tributa persolventem : sicque eum, quod tanquam proprium haberet mancipium, capere negligeret

A τὸν Ἰωακεὶμ τὸν τούτου πατέρα καταστάντα ὑπὸ τοῦ Αἰγυπτίου αἰχμάλωτον εἶλεν ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰεχονίας, *εἰρηνικὸν* αὐτὸν ὀνομάζει, ὡσανεὶ τῆς γῆς οὐκ ἔτι πορθησομένης ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου, ἀλλὰ ὑποσπόνδου οὔσης, καὶ οὐχ αἱρουμένου, ὡς οἰκεῖον αἰχμάλωτον αὐτὸν λαβεῖν.

De eo hæc dicit qui in Ægyptum profectus erat : summa miseria est ; neque mortuum patria potiri posse, sed insepultum projici, nihil hoc calamitosius.

Περὶ τοῦ εἰς Αἴγυπτον ἀπελθόντος φησίν· ἐσχάτης δυστυχίας τὸ μηδὲ ἀποθανόντα δυνηθῆναι τῆς πατρίδος ἐπιτυχεῖν, ἀλλὰ καὶ ἄταφον ῥιφῆναι· οὐδὲν χεῖρον τούτου γένοιτ' ἄν.

Vers. 12. *Non revertetur ad eum amplius : sed in loco quo transtulit eum, ibi morietur : et terram hanc non videbit amplius.*

Οὐκ ἀναστρέψει εἰς αὐτὸν οὐκέτι· ἐν τῷ τόπῳ οὗ μετῴκισεν αὐτὸν, ἐκεῖ ἀποθανεῖται, καὶ τὴν γῆν ταύτην οὐκ ὄψεται ἔτι.

Arbitrabantur namque, eum denuo reversurum, sponsione facta pendendi tributa, quemadmodum B et Manasses fuerat reversus. Hortatur igitur eos ne hæc sperent. Ita ut manifestum sit, Jeremiam hæc in urbe dixisse, eo jam in captivitatem abducto; erat autem principium regni Sedeciæ, quem regioni præfecerat Nabuchodonosor. Conjunxit itaque ea quæ in principio regni Sedeciæ dixerat, cum responsione facta ad nuntios missos ab eo ad prophetam.

Ὑπέλαβον γὰρ αὐτὸν αὖθις ὑποστρέψειν ὑποσχόμενον, φόρους τελέσειν, καθάπερ καὶ ὁ Μανασσῆς ὑπέστρεψεν. Οὐ τοίνυν ταῦτα ἐλπίζειν αὐτοὺς παρεκελεύετο. Ὥστε δῆλον ὅτι ἐν τῇ πόλει ληφθέντος αὐτοῦ αἰχμαλώτου ταῦτα ἔφη ὁ Ἱερεμίας. Εἶχε δὲ ἀρχὴν ὁ Σεδεκίας τῆς βασιλείας. Αὐτὸν γὰρ κατέστησε κρατεῖν τὸν τόπον ὁ Ναβουχοδονόσορ. Συνῆψεν οὖν τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ Σεδεκίου λεχθέντα, τῇ ἀποκρίσει τῇ γενομένῃ πρὸς τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἀποσταλέντας ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν προφήτην.

Vers. 13. *Sicut qui ædificat domum suam non cum justitia*, et quæ sequuntur.

Ὡς ὁ οἰκοδομῶν τὸν οἶκον αὐτοῦ οὐ μετὰ δικαιοσύνης, καὶ τὰ ἑξῆς.

De Sedecia sermonem habet, eum redarguens quod nimius esset in domibus ornandis, et accusans quod male et inique haberet ministros et laborantes.

Περὶ τοῦ Σεδεκίου λέγει, μεμφόμενος αὐτῷ, ὡς περιττὴν τῶν οἴκων εὐπρέπειαν ἔχοντι, καὶ ἐγκαλῶν ὡς ἀδικοῦσι τοὺς ὑπηρετουμένους; καὶ κάμνοντας.

Joachim coarguit, quippe qui e rapinis splendide ædificabat, et mercedem mercenariis non solvebat. Quid domum ædificas, et salutem animæ tuæ demoliris ? Proximus operatur ; nam si alienus esset, merces illi neganda erat.

C Καθάπτεται τοῦ Ἰωακεὶμ, ὡς ἐξ ἁρπαγῆς οἰκοδομοῦντος λαμπρὰ, καὶ καλλωπίζοντος οἰκίας, μὴ μισθοὺς ἀποστεροῦντος μισθωτοῦ. Τί τὴν οἰκίαν οἰκοδομεῖς, καὶ σωτηρίαν τῆς σαυτοῦ ψυχῆς καθαιρεῖς; Ὁ πλησίον ἐργᾶται· εἰ γὰρ ἀλλότριος ἦν, ἀποστερηθῆναι τῶν μισθῶν ἔδει.

Vers. 15. *Nunquid regnabis, quia tu contendis cum cedro?*

Μὴ βασιλεύσεις, ὅτι ἀμιλλᾶσαι πρὸς τὴν κέδρον;

Id est, nunquid permanebis in regno, et in altum extolles ædificia ?

Τουτέστι, Μὴ γὰρ ἐπιμενεῖς τῇ βασιλείᾳ, καὶ ἄγαν εἰς ὕψος ἐγείρεις τὰς οἰκοδομάς;

Pater tuus nunquid non comedit, et bibit, et fecit judicium et justitiam ? Tunc bene erat ei.

Ὁ πατήρ σου μὴ οὐχὶ ἔφαγε, καὶ ἔπιε, καὶ ἐποίησε κρῖμα, καὶ δικαιοσύνην; Τότε ἀγαθὸν ἦν αὐτῷ.

Pater tuus, David nempe ille, non ex injustitia, et exornandarum domorum nimia sollicitudine D splendorem assecutus est, sed ex eo quod Dei cultui sedulam dedit operam.

Ὁ πατήρ σου, τουτέστιν, ὁ Δαβὶδ ἐκεῖνος, οὐ περὶ ἀδικίαν ἔχων, καὶ οἴκων ἐπιμέλειαν, εὐδοκίμησεν, ἀλλὰ περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀσχολούμενος.

Vel Josiam intelligit, vel Achaz : illum quidem natura, hunc vero moribus.

Ἤτοι τὸν Ἰωσίαν φησὶν, ἤτοι τὸν Ἄχαζ· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ τρόπου.

Ecce non sunt.

Ἰδοὺ οὐκ εἰσίν.

Vides in quo sita sit pulchritudo? non in membrorum figura, sed in bono usu.

Ὁρᾷς τὸ κάλλος ποῦ τίθεται; οὐκ ἐν τῷ τύπῳ τῶν μελῶν, ἀλλ' ἐν τῇ καλῇ χρήσει.

Vers. 18. *Propterea hæc dicit Dominus ad Joachim, Josiæ filium regis Juda : Non plangent, heu mihi, Domine, et heu mihi, fratres*, et quæ sequuntur.

Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ἐπὶ Ἰωακεὶμ υἱὸν Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα· Οὐ μὴ κόψωνται, οἴμοι, Κύριε, καὶ οἴμοι, ἀδελφοὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Quidam dixerunt, hoc a præcedentibus esse distinctum ; ego vero existimo continuari sententiam, sensumque hunc esse. Recensuit quæ contigere tem-

Τινὲς μὲν ἔφασαν ἀπότμημα εἶναι τοῦτο τῶν ἔμπροσθεν· οἶμαι δὲ κεῖσθαι ἀκολούθως· τὴν δὲ ἔννοιαν ταύτην εἶναι ἡγοῦμαι· Ἐμνημόνευσε τῶν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατὰ τὸν Ἰωακεὶμ, ὧν προεῖπεν, ὡς ἂν πείσῃ αὐτοὺς ἀληθῆ εἶναι [τὰ] παρ' αὐτοῦ λεγόμενα.

Συμψησθεὶς.

Τί ἐστι, *συμψησθεὶς;* Σύμμαχός φησι· *Ὡς κόπριον συλληφθεὶς.* Ὁ γὰρ Βαβυλώνιος αὐτὸν ἀνελὼν, οὕτως ἔῤῥιψε, καὶ οὐκ ἐτάφη. Ἢ ἐτάφη καθάπερ ὄνος, συμφυρεὶς σποδῷ καὶ γῇ καὶ κονιορτῷ. Ἐκ γὰρ τοῦ θορύβου οὔτε ἐκόπη, οὔτε ἀπεπλύνθη αὐτοῦ τὸ σῶμα· [τοῦτο γὰρ ἦν τὸ χαλεπώτατον·] οὗτος γὰρ ἦν ὁ χαλεπώτατος πάντων. Ὁρᾷς παῤῥησίαν προφήτου, οἷα αὐτὸς προλέγει, καὶ οὐχ ὑποστέλλεται;

Ἀνάβηθι ἐπὶ τὸν Λίβανον, καὶ κράξον, καὶ εἰς τὴν Βασὰν δὸς τὴν φωνήν σου, καὶ βόησον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης.

Τουτέστι, Ταῦτα λέγων οὐκ ἠκουόμην.

Ἆρα ἀνέβαινε; οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἀλλ' ὥστε κατάδηλον γενέσθαι τὴν φωνήν.

Ὅτι συνετρίβησαν.

Τοὺς συμμάχους αὐτῆς λέγει, οἷς ἐθάῤῥει.

Ἐλάλησά σοι ἐν τῇ παραπτώσει σου, καὶ εἶπας, Οὐκ ἀκούσομαι.

Τουτέστιν, ἐφεστώτων κακῶν, ἐκήρυξα, καὶ ἀπείπαντο τῶν λόγων τὴν παραίνεσιν.

Καὶ εἶπας· Οὐκ ἀκούσομαι.

Καὶ ὃ πρότερον εἶχεν ἀρετῆς λόγον, καὶ τοῦτο ἀπώλεσε τὸ, ὅτε ἀπέκτονεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν. Καίτοι τίς ἐν θλίψει οὐκ ἂν ἀκούσειεν; καὶ οὐ νῦν, ἀλλ' ἀεὶ τοιαύτη γέγονας.

Πάντας τοὺς ποιμένας σου ποιμανεῖ ἄνεμος.

Ἐφ' οἷς προσεδόκας εἶναι ἐν ἀδείᾳ. Ὅταν γὰρ εἴς τι θαῤῥῶμεν πρᾶγμα, ἀναιρεῖ αὐτὸ ὁ Θεός· ἵν' ἐπ' αὐτῷ λοιπὸν μὴ ἐλπίζωμεν, καὶ ἐπ' αὐτῷ προσδοκῶμεν.

Ὅτι τότε αἰσχυνθήσῃ.

Οὐ φαινομένων, φησὶν, ἀλλ' ἀναιρουμένων ἐκ τοῦ μέσου.

Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος.

Εἰ καθάπερ σφενδόνην τις συσφίγξει ἐπὶ τῆς χειρὸς περιφέρων, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐγὼ ἔχοιμι, οὐδὲ οὕτως προστήσομαι αὐτοῦ· εἰ δὲ Θεὸς οὐ προστήσεται, τίς αὐτὸν ἐξαιρήσεται;

Καὶ παραδώσω σε εἰς χεῖρας τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν σου.

Καὶ ταῦτα κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον εἰρῆσθαι νομίζω. Ὅτι καὶ περὶ τοῦ Ἰεχονίου, φησὶν, ἔφασκον. Καὶ ἐπειδὴ ἐνόμιζον εἶναι ἐν ἀσφαλείᾳ. Τοῦτο μὲν, ὡς ἀπὸ τοῦ Βαβυλωνίου καταστὰς, τοῦτο δὲ, ὡς ἐν τῷ ναῷ, καὶ τῇ Ἱερουσαλὴμ τυγχάνων μηδὲν πείσεσθαι, προειπὼν αὐτῷ μὴ θαῤῥεῖν ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸ ἔργον ἐξέβη. Τὸ οὖν, *Ἐπὶ τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς*, ἵνα εἴπῃ, Ἐν τῷ ναῷ, ἔνθα βοηθεῖν εἴωθα τοῖς ἐκεῖ οὖσιν. *Τὸ στόμα τὸ ἐξουδενωμένον καὶ ἐκτετιναγμένον ὁ ἀνὴρ αὐτὸς*, τουτέστιν, ὁ Ἰεχονίας. *Στόμα δὲ ἐξουδενωμένον* διὰ τὴν βλασφημίαν· *ἐκτετιναγμένον* δὲ, ὡς ἀπωσμένου.

Καὶ ἀπορῤῥίψω σε.

Λένουσι δὲ αἱ Βασιλεῖαι, ὅτι καὶ τιμῆς ὕστερον

A pore Joachim, prout ipsemet prænuntiarat, ut persuaderet illis vera esse quæ ab ipsomet dicebantur.

Vers. 19. *Raptus.*

Quid sibi vult vox συμψησθεὶς; Symmachus reddidit, *Tanquam stercus comprehensus collectus ut fumus.* Cum enim Babylonius illum occidisset, sic projecit, et sepultus non est. Vel sepultus est instar asini, cinere, terra, et pulvere conspurcatus. Nam præ tumultu nec planxerunt eum, nec lotum illi corpus est: quod omnium acerbissimum videtur. Vides in propheta dicendi libertatem, qualia prædicit, nec timore contrahatur.

Vers. 20. *Ascende in Libanum, et clama, et in Basan da vocem tuam, et clama trans mare.*

B Hoc est, cum ista dicerem, non audiebar.

Nunquid ascendit? non puto, sed ut vox audiri posset.

Vers. 20. *Quia contriti sunt.*

Confederatos ejus ait quibus fidebat.

Vers. 21. *Locutus sum in ruina tua, et dixisti, Non audiam.*

Hoc est, imminentibus malis vociferatus sum, et sermonum adhortationem respuerunt.

Et dixisti, Non audiam.

Et quod prius habebat virtutis, et illud amisit, et illud perdidit, scilicet cum eos interficeret, tunc quærebant eum. Quanquam quis in calamitatibus positus non audiat; at non modo, sed talis C semper fuisti.

Omnes pastores tuos pascet ventus.

In quibus sperabas, ut tibi securitatem parerent. Cum enim aliqua re fidimus, tollit illam Deus, ne de cætero in ea spem nostram ponamus, vel ab ea auxilium exspectemus.

Quia tunc confunderis.

Non apparentium ait, sed e medio tollendorum.

Vers. 24. *Vivo ego, dicit Dominus.*

Si veluti palam quis constrinxerit in manu deferens, et sic eum ego habebo, neque sic illum defendam: quod si Deus non defendet, quis illum eruet?

Vers. 25. *Et tradam te in manus quærentium* D *animam tuam.*

Et hæc dicta esse pari ratione existimo. Quoniam et de Jechonia, ait, dicebant, et quando se securos esse opinabantur: illud quidem, quod is a Babylonio rex constitutus fuisset; hoc vero, quod esset in templo, et Jerusalem, adeoque nihil esset passurus: prædixit ne his fideret: quod et re ipsa evenit. Itaque, *Super manum meam dexteram*; quasi diceret in templo, in quo opem ferre ibi manentibus consuevi. *Os abjectum concussum homo ipse*, Jechonias videlicet. *Os abjectum*, propter blasphemiam, *concussum*, uti projectus.

Vers. 26. *Et mittam te.*

Narrant libri Regum eum tandem et honore au-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctum, thronumque ejus exaltatum, forte quod melior evaserit; ita ut cum inquit : *Non sedebit in throno de semine ejus*, clarum sit, id intelligi, si talis esse perseverarit; *ad finem enim loquar, in regna, et gentem, ut diruam, et si conversi fuerint, nihil faciam* [1].

A ἀπήλαυσε, καὶ ὑψώθη ὕστερον ὁ θρόνος αὐτοῦ, ἴσως βελτίονος γενομένου· ὥστε καὶ ὅταν λέγῃ· *Οὐ μὴ καθίσῃ ἐπὶ τοῦ θρόνου ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ*· εὔδηλον ὅτι τοιούτου μένοντος· *πέρας γὰρ λαλήσω ἐπὶ βασιλείας καὶ ἐπὶ ἔθνος τοῦ κατασκάψαι, καὶ ἐὰν ἐπιστρέψουσιν, οὐδὲν ποιήσω.*

VERS. 28. *Inhonoratus est Jechonias, quasi vas, cujus non est utilitas ejus.*

Nam captivus ductus opprobrio habitus est, regno amisso.

Impurus etenim erat : vel et sic : Alienam petens terram impurus effectus est.

VERS. 29. *Terra, terra, audi.*

Quoniam ex hominibus audivit nemo, ideo alloquitur inanimata. Quid autem significat, *Abdicatum? inhonoratum*, ait. Aquila quidem *non crescentem* vertit. At Symmachus : *Vacuum, abalienatum.*

Hæc dicit Dominus : Scribe tu virum istum abdicatum : hominem qui non prosperabitur in diebus suis.

Id est, præsentibus testificor, Deum a se expulisse hunc hominem; et notate verbum hoc, etenim illud *scribe* hoc significat : nam ut multitudini scriberet adhortatus est[1]; illud item, *qui non prosperabitur*, perspicue explicavit, subdens : *Quia non crescet de semine ejus vir, qui sedeat super thronum David*; nam loco illius non regnavit filius, sed patruus frater Joachin.

CAP. XXIII.

VERS. 1. *Pastores qui dissipatis, et disperditis oves pascuæ meæ.*

Pari ratione ait, et tu, o Sedecia, in iniquitate persistis, et es in causa ut pereat multitudo.

Et Ezechiel multa in eos effatur, ipseque Jeremias, et vide in eos pœnas acerbiores; hi enim in terra aliena pereunt, iis vero qui decepti sunt post hæc promittit regressum, malorumque liberationem et principes bonos. Considera ubicunque præsentem justitiam.

VERS. 5. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et stare faciam David Orientem justum, et regnabit Rex justus.*

De Zorobabel sermo est.

Symmachus pro *Orientem justum, Germen justum* reddidit : hoc de Christo dictum est, ut quidam affirmant, latenter. Historice vero de Josedech. Et opportune probos largitur principes, postquam eos per pœnas prudentiores reddidit, quando et utilitas capi poterat, ignavia fastuque sublatis.

VERS. 6. *Et hoc nomen ejus, quod vocabit eum Dominus Josedec.*

Apud prophetas Josedec interpretatur *princeps justitiæ nostræ* : quasi diceret, quemadmodum prophetæ ad mentem Dei loquentur, sic et ipse justus effectus, ad justitiam populum addunt.

[1] Jerem. XVIII, 7.

Ἠτιμώθη Ἰεχονίας, ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία.

Αἰχμάλωτος γὰρ ληφθεὶς ἐνάτιμίᾳ γέγονε, τῆς βασιλείας ἐκπεσών.

Καὶ γὰρ ἦν ἀκάθαρτος· ἀλλὰ καὶ ἄλλως· Ἀκάθαρτος γέγονεν εἰς ἀλλοτρίαν ἀπελθὼν γῆν.

Γῆ, γῆ, ἄκουσον.

Ἐπειδὴ οὐδεὶς οὐκ ἤκουσε τῶν ἀνθρώπων, διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἄψυχον διαλέγεται. Τί δέ ἐστιν ἐκκήρυκτον; Ἄτιμον, φησίν· Ἀκύλας μὲν, *ἀραύξητον* φησίν· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Κενὸν, ἀπηλλοτριωμένον.*

B

Τάδε λέγει Κύριος· Γράψον σὺ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον, ἀνευόδωτον ἄνθρωπον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ.

Τουτέστι, Τοῖς παροῦσι μαρτύρομαι, ὡς ἀλλότριον ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς τοῦτον ἐποιήσατο, καὶ σημειώσασθε τὸν λόγον τοῦτον. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ, *γράψον*· τῷ γὰρ πλήθει γράψαι παρῆνεσεν. Τὸ δὲ *ἀνευόδωτον*, σαφῶς ἡρμήνευσεν ἐπάγων· *Ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀνὴρ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβίδ.* Ἀντὶ γὰρ τούτου, οὐχ ὁ υἱὸς ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ὁ θεῖος ὁ τοῦ Ἰωακεὶμ ἀδελφός.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

C

Οὐαὶ οἱ ποιμένες οἱ ἀπολλύντες, καὶ διασκορπίζοντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς μου.

Τὸν ὅμοιον, φησὶ, τρόπον, καὶ σὺ, ὦ Σεδεκία, παρανομῶν διατελεῖς, καὶ αἴτιος ἀπωλείας τῷ πλήθει γίνῃ.

Καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ πολλὰ κατ' αὐτῶν φησι, καὶ αὐτὸς ὁ Ἱερεμίας, καὶ ὅρα χαλεπωτέραν κατ' αὐτῶν τὴν τιμωρίαν. Οὗτοι γὰρ ἀπόλλυνται ἐπ' ἀλλοτρίας· τοῖς δὲ ἀπατηθεῖσιν ἐπαγγέλλεται μετὰ ταῦτα ἄνοδον, καὶ κακῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ ἄρχοντας καθαρούς. Ἴδε πανταχοῦ τὸ δίκαιον.

D

Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ στήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, καὶ βασιλεύσει βασιλεὺς δίκαιος.

Περὶ τοῦ Ζοροβάβελ λέγει.

Σύμμαχός φησιν ἀντὶ τοῦ, *Ἀνατολὴν δικαίαν, Βλάστημα δίκαιον*· περὶ Χριστοῦ τοῦτο εἴρηται, ὡς φασί τινες, ἐγκεκρυμμένως. Κατὰ δὲ ἱστορίαν περὶ Ἰωσεδέκ. Καὶ εὐκαίρως δίδωσι τοὺς ἀγαθοὺς ἄρχοντας, ὅτε αὐτοὺς ἐκ τῆς τιμωρίας σωφρονεστέρους ἐποίησεν, ὥστε καὶ εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὴν ὠφέλειαν, τῆς ῥᾳθυμίας καὶ ἀλαζονείας ἀνῃρημένης.

Καὶ τοῦτο ὄνομα αὐτῷ, ὃ καλέσει αὐτὸν Κύριος Ἰωσεδέκ.

Ἐν τοῖς προφήταις τὸ, Ἰωσεδὲκ, ἑρμηνεύεται *ἄρχων δικαιοσύνης ἡμῶν*, ἵνα εἴπῃ, ὅτι, ὡς προφῆται κατὰ γνώμην τοῦ Θεοῦ φθέγγονται, οὕτω καὶ αὐτὸς δίκαιος γενόμενος εἰς δικαιοσύνην ἄξει τὸν λαόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Συνετρίβη ἡ καρδία μου.

Τοῦτό φησιν, ὅτι Ἐγὼ μὲν, ἰδὼν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἐξέστην· οὗτοι δὲ οὐδὲ τὴν τιμωρίαν δεδοίκασιν.

Καὶ ἐτάρετο ὁ δρόμος

Τουτέστιν, ἡ σπουδὴ ἐπ' οὐδενὶ καλῷ. Ὥστε ἐσπούδαζον, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ χρηστοῖς πράγμασιν.

Ὅτι ἱερεὺς καὶ προφήτης ἐμολύνθησαν.

Ἐμοὶ δοκεῖ τὰς μοιχείας λέγειν ἐν αὐτῷ τῷ οἴκῳ, ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος ἱερεύς· ἀπὸ τοῦ τόπου, ἐν τῷ οἴκῳ· ἀπὸ τοῦ πράγματος, πονηρίας μοιχείας. Τί τούτου χαλεπώτερον; εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἠπίστουν, τοῦτο ἱκανὸν ἐλέγξαι αὐτῶν τὴν πονηρίαν· ἀλλοτρίους διώρυττον γάμους, ἐπεμαίνοντο ταῖς γυναιξίν.

Διὰ τοῦτο γενέσθω ἡ ὁδὸς αὐτῶν.

Ὅρα, πῶς πάλιν οὐ παρὰ πόδας ἐπάγει τὴν κακίαν, ἀλλὰ δίδωσι προθεσμίας· εἶτα ἵνα μὴ ἀναβολὴ εἰς ἀπιστίαν αὐτοὺς καὶ κακίαν ἀγάγῃ, ἀναμιμνήσκει τοὺς τὰ αὐτὰ πλημμελοῦντας αὐτοῖς, καὶ χαλεπώτερα παθόντας.

Καὶ ἐν τοῖς προφήταις Σαμαρείας.

Ἐκεῖνοι, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τὸν Βάαλ προεβάλλοντο· οὗτοι δὲ ἐμέ.

Καὶ ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις Ἱερουσαλὴμ ἑώρακα φρικτά.

Ὁ Ἑβραῖος, *πεφυρμένα*, ἵνα εἴπῃ, οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντας, ἀλλὰ κατὰ φιλοτιμίαν τοὺς λόγους ποιουμένους· ταῦτα δὲ κατὰ σύγκρισιν τῶν ψευδοπροφητῶν τῶν ἐν Σαμαρείᾳ λέγει, ὅτι ἐκεῖνοι κἂν τάξει τινὶ ἐδόκουν λέγειν ἅπερ ἔλεγον, ὡς βωμὸν ἔχοντες, καὶ δαμάλεσι προσκυνοῦντες, καὶ τὴν λοιπὴν εὐταξίαν δοκοῦντες φυλάττειν, εἰ καὶ παρανόμως· οὗτοι δὲ τὴν ἐκείνων κακίαν ὑπερέβησαν τῇ παρανομίᾳ.

Οὐ γὰρ συνεχώρουν τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ φόβον ἐγκαθίσαι τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων· τὴν ὑπόθεσιν πᾶσαν τοῦ γενέσθαι βελτίους ἀνῄρουν, καὶ κατεῖχον ἐν τῇ πονηρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας.

Καὶ ἀντιλαμβανομένους.

Οὐ μόνον, φησὶν, οὐκ ἐνουθέτουν ἀνθρώπους (ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ἐσήμανεν) ἀποστρέφειν ἀπὸ τῶν πονηριῶν, ἀλλὰ καὶ συνηγόρουν αὐτοῖς, ὡς ἐκ τούτου μᾶλλον ἐπιτρίβεσθαι αὐτοὺς εἰς κακίαν.

Ἐγενήθησάν μοι.

Τίνα οὐχ ἱκανὰ παιδεῦσαι ἐκεῖνα; οὕτως ἀτερπὴς καὶ φοβερὰ ἡ ὄψις τῆς γῆς, καθάπερ σῶμα διὰ παντὸς ἐμπεπρησμένον.

Διὰ τοῦτο.

Οὐχὶ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ διαθέσει προϊέμενον. Ὅταν μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ φύσει πικρὸν ᾖ, πολλὰ; ἔνι παραμυθίας εὑρεῖν, καὶ τόπους ἀμείβομεν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων ἀπολαβόντες, καὶ ἕτερόν τι προσάγομεν. Ὅταν δὲ αὐτὸ τὸ αἰσθητήριον διεφθαρμένον ᾖ, οὐδεμία λοιπὸν ἴασίς ἐστι. Βέλτιον οὖν τὰς αἰσθήσεις ὑγιαίνειν, ἢ τὰ στοιχεῖα πικρὰ ὄντα [ὄντα.] μεθ' ἑαυτοῦ περιφέρῃ [περιφέρειν].

Ὅτι ἀπὸ τῶν προφητῶν Ἱερουσαλήμ.

Πάλιν τὴν αἰτίαν τίθησιν· οὐκ ἤρκεσεν αὐτοῖς

A Vers. 9. *Contritum est cor meum.*

Hoc ait, quoniam ego quidem conspectæ Dei stupore correptus sum gloriæ, hi vero ne supplicium quidem timent.

Vers. 10. *Et factus est cursus.*

Hoc est studium eorum nullum ad bonum. Itaque studebant, sed non ad bonas res.

Vers. 11. *Quia sacerdos et propheta polluti sunt.*

Mihi videtur innuere adulteria in ipso templo, ex dignitate sacerdos; ex loco in æde; a re scelus adulterii erant. Hoc satis ad coarguendam eorum improbitatem? alienas effodiebant nuptias, maximo furore in mulieres ferebantur.

Vers. 12. *Idcirco via illorum fiat.*

B Vide rursus ut non repente inferat calamitatem, sed moram temporis dat. Deinde ne procrastinatio eos in infidelitatem nequitiamque induceret, de iis meminit qui illis similia deliquerant, et graviora passi sunt.

Vers. 13. *Et in prophetis Samariæ.*

Illi etsi nil aliud, Baal proponebant; hi vero me.

Vers. 14. *Et in pseudoprophetis Jerusalem vidi horribilia.*

Hebræus habet, *confusa*, quasi diceret, nullam veritatem dicentes, sed tantum ut honores assequantur verba facientes, et hæc per comparationem pseudoprophetarum, qui erant in Samaria: quod C illi et ordine quodam viderentur pronuntiare quæ dicebant, cum et aram haberent, et vitulos adorarent, et reliqua congruo ordine tametsi contra jus fasque servarent; hi autem eorum malitiam impietate superarint.

Nam non permittebant ut in animis audientium Dei timor ageret radices, occasiones omnes per quas illi probiores evaderent, ipsi tollebant, omnesque homines in improbitate detinebant.

Et suscipientes.

Non tantum, ait, homines non instruebant (ex parte enim totum expressit), ut averterent se a nequitiis; sed et illis opem ferebant, ut propterea illi magis in improbitate proficerent.

D *Facti sunt mihi.*

Quem illa non erudirent? ita tristis injucundusque terræ aspectus, tanquam corpus omni ex parte combustum.

Vers. 15. *Propterea hæc.*

* *Δι' ἣν ἐποίησαν ἀνομίαν ἐν Ἰσραὴλ, καὶ ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν.*

Ἀκούσας γὰρ ὁ Βαβυλώνιος ταῦτα λέγειν αὐτοὺς, ἀποστείλας παρέστησεν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τηγανίσας ἀπέκτεινε. Τὸ δὲ, *ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας* C *τῶν πολιτῶν*, ὁ Ἑβραῖος, *τῶν ἑταίρων αὐτοῦ*, ἔχει. *Καὶ ἐγώ εἰμι ὁ γνώστης, καὶ μάρτυς, φησὶ Κύριος.* Τουτέστιν, ἃ κρυφῇ πράττετε λανθάνοντες τοὺς πολλοὺς, ταῦτα ὁρῶ ἐγὼ καὶ εἰσπράττομαι ὑμᾶς τὴν δίκην.

Vers. 23. *Pro eo quod fecerunt iniquitatem in Israel, et mœchabantur uxores civium.*

Cum enim Babylonius intellexisset hæc eos proferre, Babylonem transferri curavit, et frictos interemit. Illud, *mœchabantur uxores civium*, Hebræus, *amicorum suorum*, legit. *Et ego cognosco, et testor, ait Dominus.* Hoc est, quæ clam multisque nescientibus operamini, hæc ego video, et a vobis pœnas exposco.

Καὶ πρὸς Σαμέαν.

Λέγει δὲ καὶ τὰ συμβησόμενα εἰς τὰς γυναῖκας αὐτῶν.

Vers. 24. *Et ad Sameam.*

Ait quoque quæ uxoribus illorum essent eventura.

Κύριος ἔδωκέ σε ἱερέα.

Τί οὖν, καὶ τούτῳ τῷ Σαμέᾳ πέμπει προφήτην; Ἰδοὺ τρεῖς προφητεῖαι· μία, ὅτι ἑβδομήκοντα ἔτη ποιοῦσιν· ἑτέρα, ὅτι ἀνελεύσονται· ἑτέρα, ὅτι οἱ περὶ Ἀχιὰβ ἀποθανοῦνται, καὶ ἀρὰ ἔσονται.

Vers. 26. *Dominus dedit te sacerdotem.*

Quid igitur et ad Sameam hunc prophetam mittit? En tres prophetiæ : una quidem, septuaginta annos fore captivitatis ; altera, quod revertentur ; tertia, quod morietur Achiab, et maledictio erit.

* *Διότι ἀπέστειλε πρὸς ὑμᾶς εἰς Βαβυλῶνα λέγων· Μακρὰν ἐστὶν, οἰκοδομήσατε τὰς οἰκίας,* καὶ τὰ ἑξῆς. D

Σαμέας οὗτος ἄποικος ἦν μετὰ τῶν ἀπαχθέντων· ἡδόμενος τοίνυν τῇ ἐπανόδῳ ἐτέρπετο τοῖς ταῦτα λέγουσι. Τοῦ τοίνυν προφήτου τὴν ἐπιστολὴν γράψαντος ἐκείνην, καὶ παραινοῦντος τῷ λαῷ στέργειν τὴν ἐν Βαβυλῶνι οἴκησιν, ἀγανακτήσας πρὸς τὸν Σοφονίαν, τότε ἱερέα τυγχάνοντα, πρῶτον γράφει ταῦτα, ἃ νῦν ἐκ τῆς προφητείας παρεθέμην, ἐπιτιμῶν τῷ Σοφονίᾳ, ὅτι μὴ δίκην εἰσεπράξατο τὸν Ἱερεμίαν ἐπιστείλαντα ταῦτα· τὸ δὲ, *εἰς τὸ ἀπόκλεισμα Σινὼχ*, τουτέστιν, *εἰς τὸ ἀπόκλεισμα τῆς φυλακῆς*. Τὸ γὰρ Σινὼχ, ἐγκλειστήριον ἑρμηνεύ-

Vers. 28. *Quoniam misit ad vos in Babylonem dicens : Longe est, ædificate domos,* et quæ sequuntur.

Sameas hic peregrinus una cum transmigratis erat : qui cum pro reditu exsultaret, gaudebat una cum hæc dicentibus. Missa itaque a propheta epistola illa, qua exhortabatur populum, ut in habitatione Babylonica acquiesceret, ægre is ferens ad Sophoniam, qui tunc erat sacerdos, primum hæc scribit, quæ nunc ex textu apposui, Sophoniam contumeliis afficiens, quod pœnas ex Jeremia non sumpserit, qui similia præceperat. Illud, *in carcerem Sinoch* ac si diceret, *in clausuram custodiæ*. Sinoch namque clausura dicitur, cum Hebræus custodiam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non bene explicet, ideo loco carceris, clausuræ nomine utitur.

VERS. 32. *Ecce ego visitabo.*

Quid hoc portentosius fieri potest? Sameas erat qui bona Jerusalem visurus non erat, illisque fidem facit, non fortuito evenisse quæ præcesserant: cum enim Jechonias sponte se dedidisset, ne putarent minus habuisse quod Deo paruissent: Videbitis, ait, quæ hi bona habebunt.

CAP. XXX.

VERS. 2. *Sic dixit Dominus.*

Adeo certus, inquit, sum de prædictione, ut eam velim etiam scriptis mandare, quod præcipue demonstrabit finis.

Vocem timoris audietis.

Timor omne robur dissolvit; magna est Dei humanitas, non quod tantum mala inferat, sed quod et timorem incutiat ante mala. In mulierum imbecillitatem transibunt.

Conversæ sunt.

Hoc etenim efficit timor, ut sapiat nomo non sua virtute, sed ab impendentibus.

VERS. 7. *Quia magna facta est dies illa.*

Magna pro malorum summa acerbitate: nec est similis ejus. Hyperbolice dictum, et tempus angustiæ est, non est hoc prophetia, sed experimentum.

VERS. 8. *Conteram jugum.*

Sed tamen ex inevitabilibus malis recreabuntur.

Et non servient.

Quomodo serviunt Deo? Quoniam primitias offerebant; sic et in nobis fit; cum Deo non servimus, neque fructum e carne ipsi offerimus; sed animi affectibus, sicut idolis illi, alia punitio manet.

VERS. 9. *Et David.*

Quid hoc sanctius esse potest, quam ut virtute illustres, et qui apud Deum auctoritate valuerunt, qualis Zorobabel, magnum hunc a Deo consequentur honorem, appellatione Davidis insigniri?

VERS. 12. *Suscitavi contritionem.*

Velut si quis dominus aliquem e suis qui deliquerit, lictori traderet; illo ultra modum afficiente verberibus traditum, et plus quam dominus vellet, adveniens qui tradidit, fere excusat se apud eum qui vapulavit, ostendens id præter sua mandata factum, et rite cognoscens, ut vulneratus fuerit, promittensque maximam vindictam. Sic et Deus fecit: *Violenta est contritio.* Vides ipsum se excusantem, quod grave fuerit vulnus? Hoc enim est violentum, non quantum opus erat, sed multo majus.

A ται· ὁ γὰρ Ἑβραῖος φυλακὴν οὐ δύναται σαφῶς εἰπεῖν, ἀντὶ δὲ δεσμωτηρίου, τῇ τοῦ *ἐγκλειστηρίου* χρῆται φωνῇ.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπισκέψομαι.

Τί τούτου γένοιτ' ἂν τερατωδέστερον; Σαμέας ἦν ὁ μὴ μέλλων ὁρᾶν τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ τὰ προλαβόντα, κἀκείνοις πίστιν ἔδωκεν, ὅτι οὐκ αὐτόματα συνέβη· ἐπειδὴ γὰρ οἱ περὶ Ἰεχονίαν ἑκοντὶ παρέδωκαν ἑαυτοῖς, ἵνα μὴ νομίσωσιν ἔλαττον ἐσχηκέναι ὑπακούσαντες τῷ Θεῷ· Ὄψεσθε, φησὶν, ἃ τούτους διαδέξεται.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Οὕτως εἶπε Κύριος.

Οὕτω θαῤῥῶ, φησὶ, τῇ προῤῥήσει, ὅτι καὶ ἔγγραφον αὐτὴν εἶναι βούλομαι, ὃ μάλιστα ἐπιδείξεται τὸ τέλος.

Φωνὴν φόβου ἀκούσεσθε.

Διαλύει τὴν ἰσχὺν πᾶσαν ὁ φόβος· πολλὴ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, οὐχ ὅτι δεινὰ ἐπάγει μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν δεινῶν τὸν φόβον· πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν ἀσθένειαν μεταστήσονται.

Ἔστράφησαν.

Καὶ γὰρ τοῦτο ὁ φόβος ποιεῖ· οὐ σωφρονίζει οἰκοθεν, ἀλλὰ παρὰ τῶν πλησίον.

Ὅτι μεγάλη ἡ ἡμέρα.

Μεγάλη κατὰ τὴν τῶν δεινῶν ὑπερβολὴν, οὐκ ἔστι τοιαύτη. Ὑπερβολικῶς εἴρηται, καὶ χρόνος στενός ἐστιν· οὐκ ἔστι προφητεία τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πεῖρα.

C *Συντρίψω τὸν ζυγόν.*

Ἀλλ' ὅμως ἐκ τῶν ἀφύκτων δεινῶν ἀνοίσουσιν.

Καὶ οὐκ ἐργῶνται.

Πῶς τῷ Θεῷ ἐργῶνται; Ἐπειδὴ τὰς ἀπαρχὰς ἀνέφερον· οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται· ὅταν μὴ τῷ Θεῷ ἐργαζώμεθα, μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς καρπὸν αὐτῷ προσενέγκωμεν, ἀλλὰ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς, καθάπερ τοῖς εἰδώλοις ἐκεῖνοι, ἑτέρα τιμωρία μένει.

Καὶ τὸν Δαβίδ.

Τί τούτου ἀγιώτερον γένοιτ' ἄν, ὅταν οἱ διαπρέψαντες, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν ἐσχηκότες οἱ περὶ Ζοροβάβελ, τοῦτον δὴ μέγαν παρὰ τοῦ Θεοῦ δέξωνται τὸν κόσμον, τὸ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ Δαβὶδ ὀνομάζεσθαι;

D *Ἀνέστησα σύντριμμα*

Ὥσπερ ἂν εἴ τις δεσπότης δημίῳ τινὰ ἡμαρτηκότα παραδοὺς τῶν οἰκείων, ἐκείνου πέρα τοῦ μέτρου μαστίξαντος τὸν παραδεδομένον, καὶ παρὰ τὸ τῷ δεσπότῃ δοκοῦν, ἐλθὼν οὗτος ὁ παραδοὺς, σχεδὸν καὶ ἀπολογεῖται πρὸς τὸν μεμαστιγωμένον, δεικνὺς ὅτι οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ γέγονε τοῦτο ἐπιτροπὴν, καὶ καταμανθάνων αὐτοῦ τὰ τραύματα ἀκριβῶς, καὶ ἐπαγγελλόμενος μυρίαν ἐκείνῳ τιμωρίαν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ. *Βίαιον τὸ σύντριμμα.* Ὁρᾷς αὐτὸν ἀπολογούμενον, ὅτι χαλεπὸν τὸ τραῦμα ἔλαβε; Τοῦτο γάρ ἐστι βίαιον, οὐχ ὅσον ἔδει, ἀλλὰ πολλῷ πλέον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Οὐκ ἔστι κρίνων.

Τουτέστιν, οὐδεὶς ἐξεδίκησεν, οὐδεὶς ἐβοήθησεν. Ἀφόρητον τὸ κακόν τι παθεῖν· τὸ δὲ μετὰ τὸ παθεῖν μηδὲ τὸν παρακαλοῦντα ἔχειν, ἀφορητότερον.

Εἰς ἄλγημὸν ἰατρεύθης.

Ἐπειδὴ γὰρ καθάπερ ἰατρείαν τινὰ τὴν αἰχμαλωσίαν προσῆγεν αὐτοῖς, λέγει, Πολλὴν ἡ θεραπεία ὀδύνην ἐναφῆκεν· ὥσπερ ἐπί τινος ἀμαθοῦς ἰατροῦ, οὐκ εἰδότος τέμνειν καλῶς.

Διὰ τοῦτο πάντες οἱ ἐσθοντές σε.

Αἰσχύνας ἀπ' ἀλλήλων ἕξουσι, τοῖς οἰκείοις ἕκαστος τὸν πλησίον θρέψει σώμασι· πείσονται ταῦτα ἅπερ ἐποίησαν.

Ὅτι ἀνάξω.

Εἰ γὰρ καὶ ἀνίατον τὸ τραῦμα, ἀλλ' οὐκ ἐμοί.

Ὅτι ἐσπαρμένη ἐκλήθης. B

Οἱ λοιποί φασιν, *ἐζωσμένη*, ἐπειδὴ δίκην ἔδωκας. Μέγα ἀγαθὸν, μὴ διὰ τιμωρίας καὶ κολάσεις σώζεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀπεγνωσμένους, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καὶ μετάνοιαν.

Καὶ ἐξελεύσονται, ἀπ' αὐτῶν ᾄδοντες.

Τί οὖν πρὸς ἐκείνους τοὺς μέλλοντας ἀναιρεῖσθαι; Οὐ γὰρ δὴ μόνον αὐτοὺς οὐκ εὔφρανε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐλύπει πλέον. Ἐννόησον γὰρ ἄνθρωπον γεγηρακότα, ἀκούοντα ὅτι μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἔσται τὰ ἀγαθά. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐνδιατρίβει αὐτοῖς, ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς δάκῃ· τοὺς δὲ ἐν ἡλικίᾳ, ἵνα εἰς ἐλπίδας ἀγαγὼν σωφρονίσῃ πλέον.

Καὶ εἰσελεύσονται.

Ὅρα πῶς λέγει τὴν εὐπραγίαν αὐτῶν, τὴν λατρείαν, καὶ τὴν ἄδειαν, καὶ ὅτι πολλοὶ ἔσονται, καὶ τὰ νόμιμα ἕξουσι. Ταῦτα γὰρ αὐτοῖς ἦν φίλα. C

Ὅτι ὀργή.

Ταῦτα, φησὶν, ἔσται, μὴ νῦν ταῦτα ζήτει· νῦν γὰρ τῆς τιμωρίας τῆς ἡμετέρας ὁ καιρός.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Ἐν τῷ χρόνῳ.

Ὅταν οἱ ἄλλοι ἀπόλωνται, τὰ κατὰ Βαβυλωνίους φησί.

[a] *Οὕτως εἶπε Κύριος· Εὗρον θερμὸν ἐν ἐρήμῳ μετὰ ὀλωλότων ἐν μαχαίρᾳ πορευομένους εἰς σπονδὰς Ἰσραήλ. Βαδίσατε, καὶ μὴ ὀλέσητε τὸν Ἰσραήλ.*

Σφόδρα ἀσαφῶς κεῖται παρὰ τῷ Ἑλληνικῷ· αὖτη δὲ ἡ ἔννοια σώζεται παρὰ τῷ Ἑβραίῳ· *Εὗρε χάριν ἐν ἐμοὶ ὑπολελειμμένος ἐκ τῆς μαχαίρας ὡς ἐν τῇ πανερήμῳ ὁ Ἰσραήλ.* Ὁ γὰρ *θερμὸν* ἡρμήνευσεν ὁ Ἕλλην, τοῦτο, *χάριν*, ἔχει ὁ Ἑβραῖος· ἐκ δὲ τῆς ἐπωνυμίας τὸ σφάλμα τῆς ἑρμηνείας γέγονε. Τὸ γὰρ *ὦμι* κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν δασυνόμενον, *θερμόν* ἐστι, τὸ δὲ *ἦν*, κάλλος κεχαριτωμένον, τὸ δὲ, *ὀλωλότων ἐν μαχαίρᾳ*, τουτέστιν, *ὁ ὑπολῃφθεὶς ὑπὸ τῆς μαχαίρας.* Ἵνα εἴπῃ, Τοὺς περισωθέντας μετὰ τὸν θάνατον, τούτους σώζω. Τὸ δὲ *πορευομένους εἰς σπονδὰς Ἰσραήλ*, τουτέστιν, Ἡνίκα ἐπορευόμην πρὸς ἀνάπαυσιν αὐτοῦ ἐν τῇ πανερήμῳ, ὅπερ σαφέστερον διὰ τῶν ἑπαγομένων λέγει.

[a] *Βαδίσατε, καὶ μὴ ὀλέσητε τὸν Ἰσραήλ.*

A VERS. 15. *Non est qui judicet.*

Hoc est, nemo ultor fuit, nemo opitulatus est. Intolerabile est mali aliquid sustinere, sed et malis inflictis, nec consolantem habere, intolerabilius.

Ad dolendum curata es.

Cum enim tanquam medicinam quamdam captivitatem illis applicuisset, multum, inquit, dolorem, pharmacum hoc fecit, ut accidere solet imperito medico, qui nescit bene secare.

VERS. 16. *Propterea omnes qui comedunt te.*

Alter alteri dedecus imprimet, propriis quisque proximum carnibus nutriet : quæ egerunt, eadem patientur.

VERS. 17. *Quia abducam.*

Et si ulcus insanabile est, non tamen mihi.

B *Quia dispersa vocata es.*

Cæteri reddiderunt *cincta*, quoniam pœnas dedisti. Ingens bonum, non suppliciis et castigationibus salvari a Deo etiam improbos et desperatos, sed virtute et pœnitentia.

VERS. 19. *Et egredientur eis canentes.*

Quid vero hoc ad illos qui tollendi erant? Hæc enim illos non modo non delectabant, sed magis etiam contristabant. Considera enim hominem confectum senio, qui post septuaginta annos bona futura audiat. Nam propter hoc in his moratur, ut acrius pungeret eorum animos : eos vero qui juvenili erant ætate, spem illis injiciens cautiores redderet.

C VERS. 20. *Et ingredientur.*

Vide, ut eorum felicitatem esse dicat Dei cultum et libertatem, quodque multi erunt, et legitima habebunt, hæc enim illis erant optata.

Quoniam ira.

Hæc, ait, erunt, nunc ea ne quæras; nunc enim nostræ punitionis tempus est.

CAP. XXXI.

VERS. 1. *In tempore illo.*

Cum alii perierint, Babylonica narrat.

[a] VERS. 2. *Sic dixit Dominus : Inveni calidum in deserto cum iis qui perierant gladio, ambulantes in conventiones Jerusalem. Ite, et nolite interficere* D *Israel.*

Quod enim Græcus interpretatus est *calidum*, hoc Hebræus habet, *gratiam;* ex nominis autem similitudine lapsus in interpretatione contigit : nam *hom* secundum idioma Hebræorum dense pronuntiatum, *calidum* significat, at *in* designat pulchritudinem gratiatam; pro illo, *qui perierant in gladio*, habet, *qui remanserat a gladio :* quasi diceret, Salvatos post mortem, hos et ego salvo; illud vero, *Ambulantes in conventiones Israel*, hoc est quando in deserto ambulabam ad illius requiem, quod expressius dicit per ea quæ subdit.

[a] *Ite, et nolite interficere Israel.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hoc est, quando ambulabam antecedens ipsum, ut eum requiescere facerem; sic enim legit Hebræus. Porro, *ite*, obscure interpretatum est, quia interpres tempus non servavit; pro *ambulans* namque, *ambulate* posuit; sic enim et Moyses dixit: *Si non ambulas, ne educas me* [10].

Vides? Ubique hoc illi propositum est ostendere, ab illo esse quidquid est. Dixit, Babyloniis pereuntibus, tu salvus eris. Deinde ostendit quod præter spem erat, quodque humana cogitatio non capiebat, illos non esse perituros. Tanquam si quis inter multa cadavera inveniat aliquem calentem, spirantemque adhuc, agentemque animam, deinde tantum laboret, hostesque ab illo depellat, ut fere illum ad vitam revocet; certe is rem miram faceret. Sic de te factum est, ait. E medio eorum te suscitavi, de via hostium spirantem te inveniens, percutere te volentes cohibui, spem salutis nullam habentem.

* Vers. 3. *De longe Dominus apparuit ei: Charitate perpetua dilexi te.*

Verba sunt Prophetæ: hoc est, per visionem Deus mihi ostendit quæ olim dicebantur, et a sæculo: quomodo sola charitate in deserto populum deduxit; et dixit mihi nunc: Illa charitate in æternum dilexi eum: hoc est in finem: et hac de causa eum perdi non permitto; sed salvo populum, qui est in transmigratione.

* *Ideo attraxi te in miserationem.*

Hoc est, propter illam charitatem hos hac dignos fecit gratia, redimens a Babyloniis. Illud, *Attraxi te*, ut ostenderet, quod evulsit arcte detentum. *In miserationem*, Vestivi eum gratia.

Non ad tempus, ut tu facis, etsi quidvis agas, ego diligo te.

Miserationem impendens, non merita remunerans.

* Vers. 4. *Quoniam ædificabo te et, ædificaberis.*

Hoc est, iterum tibi antiquam formam restituo, cum nullus resistere possit.

Summæ pacis summæque tranquillitatis indicia ponit; et verba ipsa suavia sunt.

* Vers. 5, 6. *Plantate plantationes, et laudate, quia est dies consolationis, quasi respondentis in montibus Ephrem. Surgite, et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.*

Sensus textus Græci hic est: Cum reversi fueritis, sortiemini fertilitatem terræ, possessores ejusdem terræ effecti: hoc namque innuit illud: *In montibus Ephrem*, ex certa parte universam designans terram; quasi diceret: Summa ope redibitis ad templum, Deum celebrantes. At Hebræus sic habet: *Et plantabunt, et comedent fructum. Erit enim dies, in qua clamabunt custodes vinetorum, Sur-*

[10] Exod. xx, 10.

Τουτέστιν, ἡνίκα ἐβάδιζον προπορευόμενος αὐτοῦ, ἵνα ἀναπαύσω αὐτόν· οὕτω γὰρ ἔχει ὁ Ἑβραῖος. Τὸ δὲ *βαδίσατε* ἡρμήνευται ἀσαφῶς, διὰ τὸ μὴ τὸν χρόνον φυλάξαι τὸν ἑρμηνευθέντα [ἴσ. ἑρμηνεύσαντα]· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *βαδίζων*, *βαδίσατε* ἔχει, οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ ὁ Μωσῆς λέγων· *Εἰ μὴ σὺ πορεύῃ, μὴ ἀναγάγῃς με.*

Ὁρᾷς; Πανταχοῦ σπουδάζει δεικνύειν, ὅτι αὐτοῦ τὸ πᾶν ἐστιν. Εἶπε, Βαβυλωνίων ἀπολλυμένων, σὺ διασωθήσῃ. Εἶτα δείκνυσι τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ ὡς οὐκ ἦν ἀνθρωπίνων λογισμῶν μὴ καὶ αὐτοὺς ἀπολέσθαι. Ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν πολλοῖς πτώμασιν εὕροι τινὰ ζέοντα, καὶ ἔτι ἐμπνέοντα, καὶ ἀναψύχοντα [ἀποψύχοντα], εἶτα δυνηθείη ποιῆσαι τοιοῦτον [πονῆσαι τοσοῦτον], καὶ τοὺς πολεμίους ἀποσοβῆσαι ἀπ' ἐκείνου, μόνον [μονονοὺ] καὶ ἐπὶ ζωὴν αὐτὸν ἀγαγεῖν, θαύματος ἂν εἴη. Οὕτω καὶ ἐπὶ σοῦ γέγονε, φησίν. Ἐκ μέσου αὐτῶν διανέστησά σε· ἀπὸ ὁδοῦ πολεμίων ἐμπνέοντά σε εὑρὼν, καὶ παρωρμησαμένους παῖσαι διεκώλυσα, οὐκ ἔχοντα σωτηρίας ἐλπίδα.

* *Πόρρωθεν Κύριος ὤφθη αὐτῷ· ἀγάπησιν αἰωνίαν ἠγάπησά σε.*

Ταῦτα ὁ προφήτης λέγει, τουτέστιν, ὑπέδειξέ μοι δι' ὀπτασίας Θεὸς τὰ πάλαι λεγόμενα, καὶ ἐξ αἰῶνος· ὅπως ὑπὸ ἀγάπης ἐν τῇ πανερήμῳ τὸν λαὸν διήγαγε· καὶ ἔφη μοι νῦν, Ἐκείνην τὴν ἀγάπην αἰωνίως ἠγάπησα αὐτόν· τουτέστιν διὰ τέλους· καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας οὐκ ἐῶ αὐτὸν διαφθαρῆναι· σώζω δὲ τὸν εἰς ἀποικίαν λαόν.

* *Διὰ τοῦτο εἵλκυσά σε εἰς οἰκτείρημα.*

Τουτέστι, δι' ἐκείνην τὴν ἀγάπην ἠξίωσεν αὐτὸν τῆς νῦν χάριτος, ἀπαλλάξας αὐτὸν τῶν Βαβυλωνίων. Τὸ δὲ *εἵλκυσά σε*, ἵνα δείξῃ ὡς ἰσχυρῶς κατεχόμενον ἐξέσπασε. Τὸ δὲ, *εἰς οἰκτείρημα*, Ἐνέδυσα αὐτὸν χάριν, ἔχει.

Οὐ πρὸς καιρὸν, καθάπερ σὺ, κἂν μυρία ποιήσῃς, ἐγὼ φιλῶ σε.

Οἰκτείρων καὶ ἐλεῶν, οὐχὶ τὰ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων.

* *Ὅτι οἰκοδομήσω σε, καὶ οἰκοδομηθήσῃ.*

Τουτέστι, πάλιν σοι τὸ ἀρχαῖον ἀποδίδωμι σχῆμα, οὐδενὸς δυναμένου ἀντιστῆναι.

Ἀδείας πολλῆς, καὶ βαθείας εἰρήνης τεκμήρια λέγει, καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα πιθανά [ἴσ. ποθεινά].

* *Φυτεύσατε φυτείας, καὶ αἰνέσατε, ὅτι ἐστὶν ἡμέρα παρακλήσεως ἀπολογουμένου ἐν ὄρεσιν Ἐφραίμ. Στῆτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς Σιὼν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν.*

Ἡ μὲν ἔννοια τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐστιν αὕτη, ὅτι Ἐπανελθόντες ἀπολαύσετε τῆς εὐφορίας τῆ; γῆς, καὶ τὴν γῆν κατεσχηκότες· τοῦτο γὰρ μηνύει τό· *Ἐν ὄρεσιν Ἐφραίμ*, ἀπὸ τοῦ μερικοῦ τὴν πᾶσαν γῆν, ἵνα εἴπῃ· Μετὰ σπουδῆς ἐπανελεύσεσθε εἰς τὸν ναὸν ὑμνοῦντες τὸν Θεόν. Ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· *Καὶ φυτεύσουσι καὶ φάγονται τὸν καρπόν. Ἔσται γὰρ ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ κεκράξονται οἱ φυλάσ-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σοντες τοὺς ἀμπελωνας· Ἀνάστητε καὶ ἀνέλ- A *gite et ascendamus in Sion.* Et est eadem sententia; ex uniuscujusque enim utilitate superabundantem pietatem demonstrat.

θωμεν εἰς Σιών. Σώζεται δε ἡ αὐτὴ ἔννοια· τῇ γὰρ ἑκάστου ὠφελείᾳ τὴν περιττὴν εὐσέβειαν δείκνυσι.

Ὅτι ἐφυτεύσατε.

Ὅρα πανταχοῦ πῶς ἀναμίγνυσι τοῖς ἀγαθοῖς τὴν μετάνοιαν [ἐπιστροφὴν] αὐτῶν.

Quia plantastis.

Vide ut ubique cum bonis conjungat eorum conversionem.

Ἀγαλλίασθε, καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ χρεμετίσατε, ἐπὶ κεφαλὴν ἐθνῶν.

Τουτέστιν, ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν βοήσατε, μηδὲν αὐτοὺς δεδοικότες, διὰ τὴν ἐμὴν συμμαχίαν.

Vers. 7. *Exsultate in lætitia, et lætamini, et hinnite super caput gentium.*

Hoc est, coram gentibus clamate, nihil eos propter meum auxilium timentes.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἄγω αὐτοὺς ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, καὶ συνάξω αὐτοὺς ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς ἐν ἑορτῇ Φασέκ.

Vers. 8. *Ecce ego adduco eos de terra Aquilonis, et congregabo eos ab extremo terræ in solemnitate Phasec.*

Τουτέστιν, ὡς ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Φασὲκ, οὕτως ἅπαντας ἐπανελθεῖν προθύμως ποιήσω.

Hoc est, sicut in solemnitate Phasec, sic omnes alacri animo reverti faciam.

Εἶτα καὶ τὴν ἑορτὴν λέγει καὶ τὸν καιρόν. Ὁρᾷς, ὅτι ἐξέβη ἐν ἑορτῇ Φασὲκ κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου τότε ἐξελθεῖν ἐλυπήθησαν [ἰσ. ἐδυνήθησαν]. Οὐχ ἁπλῶς οὗτος ὁ καιρὸς ἑκατέρας ἐστὶ τῆς εἰσόδου. Ἀλλ' ἴστε οἱ μεμυημένοι, τίνος τύπος τοῦτο ἦν. Δεύτερον τότε ἐπανέρχονται. B

Deinde et solemnitatem ponit, et tempus. Vides in solemnitate Phasec evenisse tempore illo, quo etiam tunc ex Ægypto egredi potuerunt. Nec fortuito tempus hoc utriusque ingressionis est: sed initiati nostis cujus figura hæc sit. Secundo tunc revertuntur.

Καὶ τεκνοποιήσῃ.

Οὕτω καὶ οἱ ἀνάπηροι τότε θεραπευθέντες τὰ σώματα, πατέρες ἔσονται.

Et generabit.

Sic et mutilati, tunc curatis corporibus, patres fient.

Ἐν κλαυθμῷ.

Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς εἰδότας, καὶ τὸ μῆκος, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν τῆς ὁδοῦ ἰλιγγιᾷν, εἰκότως καὶ τοῦτον ἀναιρεῖ τὸν φόβον λέγων, ὅτι Οὐ φεύγοντες ἥξετε, οὐδὲ θορυβούμενοι, ἀλλὰ μετὰ τιμῆς καὶ παρακλήσεως καὶ ἀνέσεως τῆς προσηκούσης, καίτοι ποῖος τοῦτο λογισμὸς εὑρεῖν δυνήσεται, ὅτι τῆς πόλεως ἁλούσης, καὶ τῶν δεσποτῶν χειρωθέντων, οἱ δοῦλοι παρὰ τῶν δεσποτῶν τῶν χειρωσαμένων μετὰ τιμῆς ἔμελλον ἀπολύεσθαι πρὸς τὴν οἰκείαν; C

Vers. 9. *In ploratu.*

Nam quia consentaneum erat eos itineris longitudinem et incommoda scientes perturbari, merito hunc quoque expellit timorem, dicens: Non fugientes venietis, non turbati, sed cum honore et consolatione, et remissione animi conveniente. Quanquam quæ ratio invenire hoc poterit? ut capta civitate, dominis in servitutem redactis, servi a dominis qui eos ceperant, cum honore domum remitterentur?

Ὅτι ἐγενόμην.

Ὅρα αἰτίαν ἀναγκαίαν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, οὐκ ἀφιεῖσαν αὐτοὺς τυφωθῆναι. Οὐ γὰρ ἀπὸ κατορθωμάτων, ἀλλ' ἀπὸ διαθέσεως τῆς φυσικῆς αὐτοὺς σώζω. Τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι καὶ πάντας σώσει. Οὐδεὶς γὰρ πατὴρ περιόψεται παῖδα πρωτότοκον, καὶ παρὰ πατέρος σωζόμενος οὐκ ἂν ἔχοι μέγα φρονεῖν.

Quia factus sum.

Vide necessariam salutis eorum causam, non permittentem eos superbire. Non enim ob eorum merita, sed ex affectu mihi innato illos salvo. Hoc monstrat, quod etiam omnes salvat, nullus enim pater contemnet filium primogenitum, et qui a patre salvatur, non habet de quo se extollat.

Ἀκούσατε λόγον.

Ὁ μάλιστα ἡμαρτηκὼς, ὁ μάλιστα διεφθαρμένος, D καὶ οὐκ ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας.

Vers. 10. *Audite verba.*

Qui maxime peccavit, qui summe corruptus est, quique nullam salutis spem habet.

Πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ποιήσατε μάρτυρα τῶν λεγομένων· οὕτω θαῤῥοῦμεν παρὰ [*forte* περὶ] αὐτῶν.

Totum terrarum orbem dictorum facite testem, tantum de illis confidimus.

Εἴπατε ὁ λικμήσας.

Ὅρα πόσος κόσμος, ὅταν μηδὲν παρὰ ἀνθρώπων πάσχωσι δεινὸν, εἴ τις ἀπιστεῖ τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, τὸ δυσκολώτερον ὁρῶν, τὴν ἄνοδον παρ' αὐτοῦ γεγενημένην, καὶ περὶ ταύτης [τούτου] πιστευέτω.

Dicite qui ventilavit.

Vide quantus decor, cum ab hominibus nullum patiuntur malum: si quis bellum a Deo missum non credit, videns difficilius, reditum nempe ab eo datum, et de illo credat.

Ὡς ὁ βόσκων.

Ὁρᾷς ὅτι Θεοῦ τὸ ἔργον ἐστὶν, ὅταν μὴ ἰσόῤῥοπος ἡ μάχη.

Quasi pastor.

Vides Dei esse opus, cum æqua lance pugna non procedit?

Ἐξείλατο αὐτόν.

Liberavit eum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Considera bona sibi invicem succedentia, confertimque venientia, prædicationumque copiam, ne tantum præsentium experimento, sed et futurorum spe hilarescant.

A

VERS. 12. *Et erit anima eorum quasi lignum fructiferum.*

Id est, omni bono implebuntur. Hebræus autem sic legit : *Quasi hortus ebrius aquis.*

VERS. 13. *Tunc gaudebunt.*

Hoc est, tunc viduitas non erit ; nunc enim non erant nuptiæ, nec prolificatio, sed pœnæ, et juvenes miseriarum occasio illis erant.

Et faciam.

Omnis ætas gaudium hoc sentiet.

Non intempestiva ebrietate, sed lætificabo, ait ; hac enim voce de illis utitur. Nam quia illis terram promisisset, hi vero terram non habebant, sed et his affluent bona, inquit.

B

VERS. 15. *Sic dixit Dominus.*

Hoc sub Herode contigit, nostrisque nuper temporibus.

* VERS. 18. *Audiens audivi Ephrem lamentantem : Castigasti me, et castigatus sum.*

Postquam duarum tribuum reditum indicavit, et decem tribus item reversuras ostendit, eum non parum utilitatis ex captivitate hauserint. *Tanquam vitulus non didici.* Perviçax factus sum tanquam vitulus, qui jugum abhorret.

Spes salutis non parva, et hoc spectat ad hoc ut dictis fides adhibeatur : si enim futurum est ut illos pœniteat, liquet esse salvandos.

C

Ego tanquam vitulus non didici.

Saltationes illius ostendunt ætatem rationis expertem, et injustitiam, nullum ad bonum habentium juventutis insipientiam. Juvenis enim jugo privatus cogitationumque dominatu nihil differt a juvencis temere saltantibus, et ut casus fert, hac et illac euntibus, neque oculis ea quæ objecta sunt cernentibus, sed in abrupta loca præcipites se dantibus.

Converte me.

Magna virtus, cum convertente Deo convertimur.

D

* VERS. 19. *Et antequam cognoscerem clamavi paululum.*

Hoc est, post captivitatem me pœnituit ; *clamavi* enim ut de his qui pœnitentiam agunt, dictum est.

Confusus sum, et audivi te, quoniam accepi opprobrium ab adolescentia mea.

Recordatus sum nempe peccatorum adolescentiæ meæ. *Adolescentiam* porro vocat, quæ temporibus Jeroboam facta sunt, qui nova molitus, idolorum cultum induxit.

Cum omnem peccantem non castigas, dolere oportet. Etenim ad confusionem, et ad alia multa peccata fugienda sensum magis præbet castigatio. Nunc vero oppositum fit ; dum delinquimus, invereundi sumus : dum punimur, animum demittimus,

Ὅρα ἀγαθὰ διαδεχόμενα, καὶ ἀθρόα τὰ καλὰ, καὶ προῤῥήσεις προῤῥήσεων [*Isc.* καὶ προῤῥήσεων περιουσίαν], ἵνα μὴ μόνον τῇ πείρᾳ τῶν παρόντων, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐλπισι τῶν μελλόντων εὐφραίνωνται.

* *Καὶ ἔσται ἡ ψυχὴ αὐτῶν ὥσπερ ξύλον ἔγκαρπον.*

Τουτέστιν, παντὸς ἀγαθοῦ πλησθήσονται. Ὁ δὲ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει, ὡς *κῆπος μεμεθυσμένος ὕδασιν.*

Τότε χαρήσονται.

Τουτέστιν, οὐκ ἔσται χηρεία τότε· νῦν γὰρ οὐκ εἶχον, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιίας, ἀλλὰ τιμωρίας, καὶ συμφορᾶς ἦσαν αὐτοῖς ὑπόθεσις οἱ νέοι.

Καὶ ποιήσω.

Πᾶσα ἡλικία τῆς ἡδονῆς αἰσθήσεται.

Οὐχὶ τὴν ἄκαιρον μέθην, ἀλλ' εὐφρανῶ, φησί· τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα ἐπ' αὐτῶν κεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνοις τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηγγείλατο, οὗτοι δὲ γῆν οὐκ εἶχον, ἀλλὰ καὶ τούτοις ἐπιῤῥεύσει τὰ ἀγαθὰ, φησί.

Οὕτως εἶπε Κύριος.

Τοῦτο γέγονεν ἐπὶ Ἡρώδου· γέγονε δὲ καὶ ἤδη.

* *Ἀκοὴν ἤκουσα Ἐφραὶμ ὀδυρομένου· Ἐπαίδευσάς με, καὶ ἐπαιδεύθην.*

Ἐπειδὴ τῶν δύο φυλῶν τὴν ἄνοδον μηνύει, δείκνυσιν, ὅτι καὶ αἱ δέκα ἐπανελεύσονται φυλαί· οὐ μικρὰν τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐσχηκυῖαι. *Ὥσπερ μόσχος οὐκ ἐδιδάχθην.* Τουτέστι, σιδηρὸς ἐγενόμην, καθάπερ μόσχος οὐκ εἶκων ζυγῷ.

Ἐλπὶς σωτηρίας οὐ μικρά· καὶ τοῦτο τῆς τῶν λεγομένων ἀξιοπιστίας· εἰ γὰρ μέλλοιεν μετανοεῖν, εὔδηλον ὅτι σώζονται.

Ἐγὼ ὥσπερ μόσχος οὐκ ἐδιδάχθην.

Τὰ σκιρτήματα αὐτοῦ ἐνέφηνε τὴν ἄλογον ἡλικίαν, καὶ τὴν ἀδικίαν τῶν ἐπὶ κακῷ κεκτημένων, τὴν ἄνοιαν τὴν ἐν τῇ νεότητι. Νέος γὰρ ἀποστερούμενος ζυγοῦ καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἀρχῆς, οὐδὲν διέφερεν σκιρτώντων βοϊδίων ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπανταχῇ φερομένων, οὐδὲ τῶν πρώτων ὀφθαλμῶν [οὐδὲ τὰ πρόσθεν τῶν ὀφθαλμῶν] ὁρώντων, ἀλλὰ καὶ κατὰ κρημνῶν πηδώντων.

Ἐπίστρεψόν με.

Μεγάλη ἡ ἀρετὴ, ὅταν ἐπιστρέψαντος Θεοῦ ἐπιστρέφωμεν.

* *Καὶ πρότερον τοῦ γνῶναί με ἐκρότησα ἐπὶ μικρόν.*

Τουτέστι, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν μετέγνων. Τὸ γὰρ *ἐκρότησα*, ὡς ἐπὶ τῶν μετανοούντων ἔφη.

Καὶ γε ἐντράπην, καὶ ὑπεῖξά σοι, ὅτι ἔλαβον ὀνειδισμὸν ἐκ νεότητός μου.

Τουτέστιν, ὅτι ἀνεμνήσθην ἁμαρτίας νεότητός μου. *Νεότητα* δὲ λέγει τὰ ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ γεγονότα· ὡς νεωτερήσας ἐπὶ τῇ τῶν μόσχων θρησκείᾳ.

Ὅταν πάντα τὸν ἁμαρτάνοντα οὐ κολάζῃς, πάσχειν ἐχρῆν. Καὶ γὰρ πρὸς αἰσχύνην, καὶ πρὸς ἕτερα πολλὰ ἁμαρτήματα μᾶλλον αἴσθησιν παρέχει τιμωρίας [τιμωρία]. Νῦν δὲ τούναντίον γίνεται· ὅταν μὲν ἁμαρτάνωμεν, ἀναισχυντῶμεν, ὅταν δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κολαζώμεθα, καταπίπτομεν, ἀμείβοντες τοὺς καιρούς. Ἀλλ' οὐχὶ δίκαιοι οὕτως, ἀλλὰ κολαζόμενοι μὲν ἐφρόνουν μέγα, καθάπερ οἱ ἀπόστολοι· ἐπὶ δὲ τῆς ἁμαρτίας οὕτως ἠσχύνοντο, ὡς μὴ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν πλημμελημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτου παρελθόντος, καὶ τῆς τιμωρίας ἀφεθείσης, ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν.

commutantes tempora. At justi non ita; sed dum punirentur, mentem erigebant, quemadmodum apostoli: in peccatis vero ita rubore suffundebantur, ut non solum ipso peccatorum tempore, sed etiam eo elapso, punitioneque remissa ingemiscerent, et lamentarentur.

Καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἐστέναξα ἐν ἡμέραις αἰσχύνης μου.*

Et post pauca: *Ingemui in diebus confusionis meæ.*

Τοῦτο φάρμακον τῶν ἁμαρτημάτων, τὸ μὲν κωλύων τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, τὸ δὲ γενόμενον ἀποσμήχων ὁ στεναγμός.

Hæc peccatorum est medicina, gemitus, partim quidem in eadem labi non sinens, partim vero quod est factum abstergens.

Καὶ ὑπέδειξά σου.

Et ostendi tibi.

Ὁρᾷς πόσον ἀγαθὸν τὸ ἐπιγινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα; μᾶλλον ἡμᾶς ὑποτάττεσθαι ποιεῖ τῷ Θεῷ. Οὐ τὸ ἁμαρτάνειν λέγω, ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπιγνῶναι. B

Vides quantum bonum sit peccata agnoscere? magis nos Deo subjectos reddit. Non, inquam, peccare, sed post peccatum, agnoscere.

· *Υἱὸς εἶ ἀγαπητὸς Ἐφραὶμ ἐμοί.*

· Vers. 20. *Filius es dilectus Ephrem mihi.*

Τουτέστι, τίμιος υἱὸς εἶ. *Παιδίον ἐντρυφῶν*, τουτέστι, καὶ παιδίον ἐν ᾧ παρεκαλούμην· ἐκ μεταφορᾶς δὲ αὐτὸ ἔλαβε τῶν πατέρων, τῶν πρὸς τὰ μικρὰ βρέφη τῶν τέκνων παιζόντων. *Μνείαν μνησθήσομαι αὐτοῦ.* Ὁ Ἑβραῖος, *Διὰ τοῦτο ἠλέγχθη τὰ σπλάχνα μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ οἰκτιρήσω αὐτὸν, εἶπε Κύριος. Διὰ τοῦτο ἐπεσκεψάμην αὐτὸν*, τουτέστιν, ἐκ τῆς περὶ αὐτὸν διαθέσεως οὐκ ἤνεγκα αὐτὸν ἐν συμφοραῖς ἰδεῖν.

Hoc est, honorabilis filius sive pretiosus. *Parvulus delicatus*: hoc est parvulus, quo delectabar; sumpsit autem metaphoram ex parentibus, qui cum parvulis infantibus ludunt. *Recordans recordabor ejus.* Hebræus: *Idcirco patefacta sunt viscera mea super eum, et miserebor ejus, dixit Dominus. Idcirco visitavi eum.* Hoc est, propter benevolentiam qua eum prosequor, non sustinui videre illum in calamitatibus.

Εἶδες πόσην μεταβολὴν εἰργάσατο; Τὸν ἐν γῇ, τὸν μυσαρὸν, τὸν πολέμιον, τὸν ἐχθρὸν, παιδίον ἀγαπητὸν, ὥστε μὴ τῆς φύσεως εἶναι τὸ πρᾶγμα μόνον, καὶ παιδίον ἐλεύθερον, καὶ εὐγενές. C

Vides quam mutatus sit? Sceleratum hostem, inimicum, filium dilectum, ne tantum esset res naturæ, et filium nobilem et generosum.

Στῆσον σεαυτῇ Σιὼνιμ σκοπούς.

Vers. 21. *Statue tibi Sionim speculatores.*

Σιώνιμ σημεῖα ἑρμηνεύεται. Λέγει τοίνυν, ὅτι Σημείωσαι τὴν ὁδὸν ὥσπερ σκοποὺς θεὶς ἐν ἑαυτῇ, διὰ γὰρ ταύτης ἐπανελεύσει.

Sionim interpretatur Signa. Ait igitur, Signa viam, tanquam speculatores pones in ea, per hanc enim reverteris.

· *Ποίησον δὲ αὐτῇ τιμωρίαν.*

· *Fac vero ipsi pœnam.*

Ἀσαφῶς κεῖται παρὰ τῷ Ἑλληνικῷ. Ὁ γὰρ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· *Στῆσον σεαυτῇ σημεῖα*, ἀντὶ τοῦ, *τιμωρίαν*· ἴσως δὲ κατὰ τὸ Ἑλληνικὸν αὕτη κεῖται ἡ ἔννοια, ὅτι *Παράστησον τὸν σκοπὸν*, τουτέστι, τὸ σημεῖον ὅθεν παρῆλθες τιμωρηθεῖσα, ἵνα ἐπανιοῦσα γνῷς τῆς ἐνεργείας τὸ μέγεθος. Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι παρὰ τῷ Ἑβραίῳ τὸ, *τιμωρία*, οὐ κεῖται.

Obscure positum est apud Græcum. Etenim Hebræus ita legit, *Statue tibi signa*, pro *pœnam*, et forte juxta Græcum hic esse poterit sensus: *Constitue speculatorem*, hoc est signum, unde præteriisti pœnis multata, ut rediens virtutis agnoscas magnitudinem. Sciendum autem, in Hebræo, *pœnam* non exstare.

· *Δὸς τὴν καρδίαν σου εἰς τοὺς ὤμους σου, ὁδὸν ἣν ἐπορεύθης.* D

· *Da cor tuum in humeros tuos, viam in qua ambulasti.*

Τουτέστιν, ἐννόησαι τὴν καρδίαν σου τὴν ὁδὸν ταύτην ἣν πορεύῃ μοχθοῦσα.

Hoc est, corde tuo apprehende viam hanc, quam ambulas, rebus adversis afflicta.

· *Διάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου πενθοῦσα.*

· *Revertere in civitates tuas lugens.*

Ὁ Ἑβραῖος, Ἀνάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου ταύτας. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, *πενθοῦσα*, ταύτας ἔχει· κἀνταῦθα δὲ ἡ ἐπωνυμία τὴν ἐναλλαγὴν τῆς ἑρμηνείας ἐποίησε. Τὸ γὰρ *ἀλὰ*, *πένθος* μηνύει, τὸ δὲ *ἀλέ*, *αὕτη*. Οὕτω δὲ νοητέον τὸ Ἑλληνικόν· Ἀνάστρεψον εἰς τὰς πόλεις σου, ἡ πενθοῦσα, τουτέστιν, ἡ νῦν μετὰ πένθους ἀπιοῦσα, ἀναστρέφει μετὰ χαρᾶς.

Hebræus, *Revertere ad civitates tuas has.* Pro *lugens* enim habet *has*, et hic nominum similitudo interpretationis diversitatem induxit. Etenim, *ala luctum* significat; *ele*, *hæc*. Sic itaque est intelligendus textus Græcus: Revertere in civitates tuas qui luges, quasi diceret; Quæ nunc lacrymans abis, cum gaudio reverteris.

· *Ἕως πότε ἐπιστρέψεις, θυγάτηρ ἠτιμωμένη;* Ὁ Ἑβραῖος οὕτως ἔχει· *Ἕως πότε διαστήσεις,*

· Vers. 22. *Usquequo converteris, filia despecta?* Hebræus sic habet: *Usquequo distraheris, filia,*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

delinquens; vel, *Semper huc et illuc vertens te*, hoc est, si pœnitentiam egeris, quam citissime te a captivitate Deus reducet.

* *In plantatione nova, in salute circuibunt homines.*

Hoc est, ut novam plantationem colet te Dominus; etenim *novam* posuit pro *recentem*. Quando autem id operabitur? in reditu, quando tibi salutem exhibebit.

Non sicut antea, ut rursus quies sequatur, illa omnia silentio obvoluta sunt; nulla illorum habetur ratio.

Et qui habitant.

Ubique bona, et usque ad vicinos; justus autem et sanctus mons. Non quod lapides capiant virtutem, sed habitantes. Solet enim communicari locis habitantium fama. Vide mutationem.

* Vers. 24. *Et elevabitur in grege.*

Id est, tanquam grex congregabitur.

Ingens est bonum, non quando fruimur bonis, sed quando secundum Dei voluntatem, cum et illi hoc lætitiam affert.

* Vers. 26. *Ideo expergefactus sum, et vidi, et somnus meus jucundus factus est mihi.*

Hæc, inquit, mihi revelata sunt, dum dormirem, et jucundum habui somnum.

Vers. 28. *Et erit sicut.*

Quanto illa studio feci, et hæc, inquit, quæ mihi sunt magis familiaria, nemo itaque non credat. Qui enim ita vehemens sum in punitionem, rem a me adeo alienam multo magis ad id quod est proprium excitor.

Vers. 29. *In diebus illis.*

Hoc idem habet etiam Ezechiel. Sed rogo, ita ne prorsus fiebat antea, et contingebat res tantæ iniquitatis? et peccantibus parentibus, alius puniebatur? et quomodo hæc toleranda, obsecro? *Et paucis interjectis.* Attento his quæ dicuntur animo simus: Non dicent, inquit; Non, inquit, nequaquam fiet, ostendens nec antea factum hoc esse; nam si dixisset, *In diebus illis non amplius hoc fiet*, bene dicereres, antea factum hoc esse. Sed quia dicit: *Non dicent ultra*, corruptæ illorum sententiæ judicium est.

Vers. 30. *Sed unusquisque in iniquitate sua morietur.*

Hæc prophetia quædam perspicua est; cujus etiam aliquando et Paulus meminit ad Hebræos scribens: *Ubi vero remissio est peccatorum, nulla amplius oblatio pro peccato, erunt dies* [11]. At non dicit qui et quando, et quot post tempora. Hæc enim latere volebat.

Vers. 32. *Non juxta testamentum.*

Quæro, cur tale non dedisti testamentum? Improbavit illud, non erat perfectum. Igitur nec omnino dandum erat: homines leges ferunt, easque perpetuo firmas esse volunt. Tu vero nequaquam.

[11] Hebr. x, 18.

A θυγάτηρ ἁμαρτάνουσα, ἡ ἀεὶ διαστρεφομένη, τουτέστιν, ἐὰν μεταγνῷς, τάχιστά σε τῆς αἰχμαλωσίας ἐπανάξει Θεός.

* Εἰς καταφύτευσιν καινὴν, ἐν τῇ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι.

Τουτέστιν, εἰς νέαν φυτείαν ἐργάσεταί σε Θεός. Τὸ γὰρ, καινὴν, ἀντὶ τοῦ, νεαράν. Πότε τοίνυν τοῦτο ποιήσει; ἐν τῇ ἐπανόδῳ, ὅτε σοι τὴν σωτηρίαν παρέξει.

Οὐ καθάπερ πρότερον, ὥστε ἀναπαυθῆναι πάλιν, πάντα ἐκεῖνα σεσίγηται· οὐκέτι λόγος αὐτῶν οὐδείς.

Καὶ ἐνοικοῦντες.

Πανταχοῦ τὰ ἀγαθὰ, καὶ μέχρι τῶν γειτόνων· δίκαιον δὲ ὄρος καὶ ἅγιον· οὐχ ὡς τῶν λίθων δεχομένων τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ τῶν ἐνοικούντων. Εἴωθε B γὰρ κοινωνεῖν τοῖς τόποις ἡ φήμη τῶν κατοικούντων. Ὅρα μεταβολήν.

* *Καὶ ἀρθήσεται ἐν ποιμνίῳ.*

Τουτέστι, συναχθήσεται ὡς ποίμνιον.

Μέγα ἀγαθὸν, οὐχ ὅταν ἀπολαύωμεν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ὅταν κατὰ γνώμην Θεοῦ, ὅταν καὶ αὐτὸν τοῦτο εὐφραίνῃ.

* *Διὰ τοῦτο ἐξηγέρθην, καὶ εἶδον, καὶ ὁ ὕπνος μου ἡδύς μοι ἐγενήθη.*

Ταῦτα, φησὶν, ἀπεκαλύφθη μοι καθεύδοντι, καὶ ἡδὺν τὸν ὕπνον ἔχοντι.

Καὶ ἔσται ὥσπερ.

Μεθ' ὅσης σπουδῆς κἀκεῖνα ἐποίησα, καὶ ταῦτα, φησὶν, ὅσα μοι οἰκειότερά ἐστι· μηδεὶς οὖν ἀπιστείτω. Ὁ γὰρ οὕτω σφοδρὸς πρὸς τιμωρίαν, πρᾶγμα C ἀλλότριον ἐμοὶ, πολλῷ μᾶλλον διεγείρομαι πρὸς τὸ οἰκεῖον.

Ἐν ταῖς ἡμέραις.

Τοῦτο καὶ Ἰεζεκιὴλ φησιν. Ὅλως γὰρ ἐγένετο πρότερον, καὶ συνέβαινε πρᾶγμα τοσαύτης ἀδικίας γέμον, εἰπέ μοι; καὶ πατέρων, ἁμαρτανόντων ἕτερος ἐκολάζετο; καὶ πῶς ταῦτα ἀνεκτὰ, εἰπέ μοι, *Καὶ μετ' ὀλίγα*· Προσχῶμεν τοῖς λεγομένοις. Οὐ μὴ εἴπωσιν· εἶπεν, οὐκ εἶπεν, Οὐ μὴ γένηται, δεικνὺς ὅτι οὐδὲ πρὸ τούτου ἐγένετο. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν· *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις οὐκέτι οὐ μὴ γένηται τοῦτο*, καλῶς ἂν εἶπες, ὅτι πρὸ τούτου ἐγένετο. Εἰ δὲ λέγει, *Οὐκέτι οὐ μὴ εἴπωσι*, τῆς διεφθαρμένης αὐτῶν ψήφου κρίσις ἐστίν.

D Ἀλλ' *ἕκαστος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται.*

Προφητεία τίς ἐστι καὶ σαφὴς, περὶ ἧς καὶ Παῦλος ἐπεμνήσθη ποτὲ, ἐπιστέλλων Ἑβραίοις· *Ὅπου δὲ ἄφεσις ἁμαρτημάτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας ἔσται καιρός*· καὶ οὐ λέγει ποῖος, καὶ πότε, καὶ μετὰ πόσον χρόνον. Ἐβούλετο γὰρ αὐτὰ συνεσκιάσθαι.

Κατὰ τὴν διαθήκην.

Εἰπὲ, διατί οὐ τοιαύτην διαθήκην δίδως; Κατέγνω αὐτῆς; ἀτελὲς εἶχεν. Οὐκοῦν οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν δοθῆναι ἔδει· ἄνθρωποι νόμους τιθέασι, καὶ βούλονται διὰ παντὸς εἶναι κυρίους, σὺ δὲ οὐκέτι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, καὶ ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Βούλεσθε παραγάγω τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, ἀδιάστως συμφωνοῦντα τοῖς εἰρημένοις; *Τί βιάζεσθε ἐπιθεῖναι ζυγόν, ὃν οὐκ ἴσχυσαν οἱ πατέρες ὑμῶν βαστάσαι;* Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο χάρις, ἵνα κατὰ χάριν γένηται εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν.

Ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἐνέμειναν.

Τὸ γὰρ μὴ ἐμμένειν, καὶ παραβῆναι ταὐτόν. Ἄρα οὖν εἷς ἐστι ὁ τὴν καινὴν καὶ τὴν παλαιὰν διδούς.

* *Διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα, μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, φησὶ Κύριος, διδοὺς τοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς.*

Ὁ γὰρ Μωσῆς ἐκέλευσε πᾶσιν ἀναγινώσκεσθαι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ διὰ ἑπτὰ ἐτῶν. Λέγει τοίνυν, ὅτι Τοσαύτην αὐτοῖς τὴν εἴδησιν παρέχω τὴν ἐμὴν, ὥστε μὴ δεῖσθαι ἀναγνώσεως, ἐπὶ δὲ τῆς διανοίας ἔχειν τὴν περὶ τὰ καλὰ σπουδήν.

Οὐδαμοῦ τῶν ἐθνῶν μέμνηται, ἵνα μὴ δῷ πρόφασιν αὐτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Χριστός φησιν, *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.*

Διδοὺς δώσω.

Εἰπὲ, ποῦ τοῦτο γέγονε; καὶ γὰρ γραπτὸς ὁ νόμος ἦν· ἐπειδὴ ἡμῶν [ἡμῖν] ἐπίδειξις Πνεύματος μυρίαι μαρτυρίαι. Οὐδὲν ἔγγραφον παρέδωκεν ὁ Ἰησοῦς· *Ἐκεῖνος ὑμᾶς ἀναμνήσει πάντα.* Οὐχὶ λίθιναι πλάκες, οὐδὲ γράμματα ἐγκεχαραγμένα, ἀλλ' ἡ διάνοια αὐτῶν στήλη τῷ νόμῳ τῷ παρ' αὐτοῦ γενήσεται.

Καὶ ἐπὶ καρδίας.

Καὶ γὰρ ὅρα· ἀπὸ μὲν τῆς πλακὸς οὐκ ἦν πάντας εἰδέναι, ἀπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων πάντες ἔμψυχοι στῆλαι περιῆσαν τὴν οἰκουμένην, φέροντες ἐν ἑαυτοῖς τοῦ Θεοῦ τὰ γράμματα ἅπερ εἶχον, ἃ ἐχάραξεν οὐ κάλαμος, οὐ μέλαν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. Ὅρα ἰσοτιμίαν Πατρὸς καὶ Πνεύματος· ἐκεῖναι τῷ δακτύλῳ τοῦ Θεοῦ αἱ πλάκες ἐγκεχαραγμέναι, αὗται τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος· κἀκεῖναι μὲν συνετρίβησαν, ἐκ προοιμίων δηλοῦσαι τὸ τέλος, καὶ τύπος τὸ γενόμενον ἦν, καὶ ὅτι λήξει ποτὲ ὁ νόμος, καὶ ὅτι συντρίψουσι τὸν ζυγὸν ἑαυτῶν. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' ἔμειναν αἱ πλάκες ἐκεῖναι, ὑπὸ παντὸς ἀνάλωτοι τοῦ χρόνου γενόμεναι.

Καὶ οὐ μὴ διδάξουσι.

Τίς οὖν χρεία διδασκαλίας, εἰπέ μοι; εἰς ποίαν χώραν ἀπελθεῖν βούλει, εἰς ποίαν θάλασσαν, εἰς ποίαν γῆν; Εἰς τὴν βάρβαρον, εἰς τὴν Ἑλλάδα, εἰς πόλεις, εἰς ἄοικον, ἐκεῖ τὸν σταυρὸν εὑρήσεις, καὶ ἀκούσῃ μυρία διηγήματα· καὶ ἔρημος, καὶ οἰκουμένη, καὶ ὄρη, καὶ ὕπτια πεδία τὸν Χριστὸν βοᾷ. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Καθάπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὗτος οὐ τοῖς μεγάλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μικροῖς φαίνει, οὕτω καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης μικρῶν, μεγάλων, δούλων, ἐλευθέρων,

A Quoniam ipsi non perstiterunt in testamento, ego quoque neglexi eos. *Et paucis interjectis.* Vultis in medium afferam Apostoli ea verba, cum his dictis plane congruentia : *Ut quid tentatis jugum ponere, quem non potuerunt patres vestri portare* [12]? Vides ideo datam gratiam, ut per gratiam fieret fortitudo promissionis.

Quia ipsi non perstiterunt.

Nam non insistere et prævaricari idem est. Ergo unus est qui novum vetusque tradidit.

* Vers. 33. *Disponam domui Israel, et domui Juda, post dies illos, ait Dominus, dans leges meas in mentem eorum, et in pectore cordis eorum scribam eas.*

B

Moyses namque præceperat ut omnibus legeretur lex, et per septem annos. Ait igitur : Talem tantamque meam eis tribuam scientiam, ut illis nullo modo lectione opus sit; quoniam intelligentiam habebunt eorum quæ ad studium sunt bonorum.

Nullam gentium memoriam facit, ne occasionem illis præberet; sicut et Christus ait : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* [13].

Dans dabo.

Dic, ubi factum hoc est? scripta quippe fuit lex : nobis enim ad ostendendum spiritum innumera sunt testimonia. Nihil scriptum tradidit Jesus : *Ille vos docebit omnia* [14]. Non lapideæ tabulæ, non litteræ incisæ, sed eorum mens legi ab ipso latæ columna fiet.

C

Et in corde.

Vide enim : e tabula quidem scire omnes non poterant, ab apostolis vero omnes animatæ columnæ circuibant terram, secum ferentes litteras quas habebant, quas impressit, non calamus, non atramentum, sed ipse Deus. Considera æqualitatem honoris Patris, et Spiritus, illæ digito Dei inscriptæ tabulæ, hæ gratia Spiritus; et illæ quidem fractæ sunt, ab ipso exordio finem significantes, et figura hoc erat, fore aliquando legis finem, et illos jugum suum fracturos esse; hic vero nihil tale, sed tabulæ illæ manserunt, nulla temporis injuria conterendæ.

D

Vers. 34. *Et non docebunt.*

Quid igitur opus est instructione? quam regionem petere vis? quod mare, quam terram? Barbaram, Græcam, urbes, deserta; ibi crucem invenies, sexcentasque audies narrationes, et desertum, et terra habitata, et montes et plani campi Christum intonant. *Et paulo post.* Sicuti sol hic non magnis tantum, sed et parvulis splendet, sic et justitiæ Sol parvorum, grandium, servorum, liberorum, principum, subditorum, regum, privatorum, infantium,

[12] Act. xv, 10. [13] Matth. xv, 24. [14] Joan. xiv, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

senum, omnium animos lumine cognitionis illustravit.

Quia omnes intelligent me.

Solum regenerationis lavacrum hoc largitur. Vidisti certum hujus legis signum? lex vero non ita : *Quoniam cognoscent me omnes :* non enim ad labores et sudores vocantur, sed ad peccatorum suorum remissionem, et iniquitatum oblivionem.

Non enim omnes qui ex Israele sunt, Israelitæ sunt; nec quia sunt semen Abrahæ, omnes filii [15].

De quibus ergo Israelitis loquatur audi : *Si erit*, ait, *numerus filiorum Israel veluti arena maris, residuum salvabitur* [16]. Accuratius vero beatus Paulus hoc interpretans ait : *Non ejecit Deus populum suum : etenim et ego Israelita sum e semine Abraham, tribu Benjamin* [17]; vidisti reliquias, apostolos, eos, qui ab ipsis sermonem receperunt, Israelitas, tria millia [18], et quinque millia multitudinem, de qua in Actibus narratur.

Vers. 35. *Hæc dicit Dominus.*

Opera sua enarrat, ut dictis fidem pariat.

* Vers. 36. *Si cessaverint leges hæ a facie mea, dicit Dominus, et genus Israel cessabit esse gens ante faciem meam cunctis diebus.*

Leges creationis inquit, de illa enim est sermo : quemadmodum, ait, fieri non potest ut determinationes latæ in creationem commutentur, sic nec promissio facta circa Judæos propter Abraham.

* Vers. 37. *Si elevari potuerit cœlum sursum, et si humiliabitur fundamentum terræ infra, et ego reprobabo omne genus Israel, ait Dominus, propter omnia quæ fecerunt.*

Hoc est, si sublimitas cœli elevari potuerit, et profunda terræ investigari, fieri potest ut et ego abjiciam genus Israel : ac si diceret : Ita hæc se habebunt. Ut jam in iis quæ supra memoravi, facto comprobavi, quæ obediunt persistendo in sibi positis terminis, sic et promissio Abrahæ facta, erit immutabilis. Etenim neque nunc, licet permiserim ut captivi abducerentur, pactum cum eo initum violavi.

* Vers. 38. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et ædificabitur civitas Domino a turri Ananiel usque ad portam anguli.* Et quæ sequuntur.

Hoc est, a turri Ananiel. Civitatisque magnitudinem exponere intendit, et eam majorem futuram ac prius esset. Ananiel autem erat quidam dux.

* Vers. 39. *Et exibit ultra spes funiculorum dimensionis ejus.*

Mensuras narrat civitatis, hoc est, ab angulo directe protendetur, cum spes esset bona, illam ad

ἀρχόντων, ἀρχομένων, βασιλέων, ἰδιωτῶν, νηπίων, πρεσβυτῶν, τὰς ἁπάντων κατηύγασε ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως.

Ὅτι πάντες εἰδήσουσί με.

Τοῦτο τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας χαρίζεται μόνον. Εἶδες ἀκριβὲς σύμβολον τοῦ νόμου; ὁ δὲ νόμος οὐχ οὕτως· *Διότι εἰδήσουσί με πάντες* · οὐ γὰρ ἐπὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας καλοῦνται, ἀλλ' ἐπὶ συγχώρησιν τῶν πεπλημμελημένων αὐτοῖς, ἐπὶ ἀμνηστίαν τῶν ἡμαρτημένων.

Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, Ἰσραὴλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα.

Περὶ ποίων οὖν λέγει Ἰσραηλιτῶν, ἄκουσον· *Ἐὰν ᾖ*, φησὶν, *ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.* Ἀκριβέστερον δὲ ὁ μακάριος Παῦλος ἑρμηνεύων αὐτὸ, λέγει· *Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν.* Εἶδες τὸ κατάλειμμα, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς ἀπ' αὐτῶν δεξαμένους τὸν λόγον Ἰσραηλίτας, τοὺς τρισχιλίους, καὶ πεντακισχιλίους, τὸ πλῆθος τὸ ἐν ταῖς Πράξεσιν ἐμφερόμενον.

Οὕτως εἶπε Κύριος.

Λέγει τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἵνα ἀξιόπιστα τὰ λεγόμενα ποιῇ.

* *Ἐὰν παύσονται οἱ νόμοι οὗτοι ἐκ προσώπου μου, φησὶ Κύριος, καὶ τὸ γένος Ἰσραὴλ παύσεται γενέσθαι εἰς ἔθνος κατὰ πρόσωπόν μου πάσας τὰς ἡμέρας.*

Νόμους τοὺς τῆς κτίσεως λέγει· περὶ γὰρ αὐτῆς διαλέγεται· ὡς οὐκ ἐνδέχεταί με, φησὶ, ἀναστρέψαι τοὺς ἐν τῇ κτίσει τεθέντας ὅρους, οὕτως οὐδὲ τὴν πρὸς Ἰουδαίους διὰ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ ἐπαγγελίαν.

* *Ἐὰν ὑψωθῇ ὁ οὐρανὸς εἰς τὰ μετέωρα, καὶ ἐὰν ταπεινωθῇ τὸ ἔδαφος τῆς γῆς κάτω, καὶ ἐγὼ ἀποδοκιμῶ πᾶν τὸ γένος Ἰσραὴλ, φησὶ Κύριος, περὶ πάντων ὧν ἐποίησαν.*

Τουτέστιν, ἐὰν δυνηθῇ τὸ ὕψος μετρηθῆναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ βάθη καταληφθῆναι τῆς γῆς, ἐνδέχεται κἀμὲ ἀποποιήσασθαι τοῦ Ἰσραὴλ τὸ γένος. Ἵνα εἴπῃ· Ὡς ταῦτα, οὕτως ἄνωθεν ποιῆσαι ἐδοκίμασα, καὶ γενόμενα διέμεινε τοῖς τεθεῖσιν ὅροις ἑπόμενα, οὕτως ἔσται καὶ ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία ἀμετάπτωτος. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ νῦν διὰ τὴν τούτων αἰχμαλωσίαν παρέβην τὴν πρὸς ἐκεῖνον συνθήκην.

* *Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, φησὶ Κύριος, καὶ οἰκοδομηθήσεται πόλις τῷ Κυρίῳ ἀπὸ πύργου Ἀνανιὴλ, ἕως τῆς πύλης τῆς γωνίας,* καὶ τὰ ἑξῆς.

Τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ πύργου Ἀνανιήλ. Βούλεται δὲ εἰπεῖν τῆς πόλεως τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι μείζων ἔσται, ἢ πάλαι ἐτύγχανεν οὖσα. Ἀνανιὴλ δέ τις ἦν τῶν στρατηγῶν.

* *Καὶ διεξελεύσεται ἔτι ἐλπὶς τῶν σχοινίων τῆς διαμετρήσεως αὐτῆς.*

Τὰ μέτρα λέγει τῆς πόλεως, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς γωνίας ἐπ' εὐθεῖαν ταθήσεται, ἐλπίδος οὔσης χρη-

[15] Rom. IX, 6. [16] Isa. X, 22; Rom. IX, 27. [17] Rom. XI, 1. [18] Act. II, 41. [19] Act. IV, 4. 8.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στῆς, ὡς περαιωθήσεται τὸ προκείμενον, Θεοῦ A propositum terminum perducendam, Deo opitulante.
συνεργοῦντος.

Ἕως βουνοῦ Γαρίβ (ὄνομα τόπου) · *καὶ περικυκλωθήσεται τῷ Γοαθά* (πάλιν ὄνομα τόπου).

· *Καὶ πᾶσαν τὴν κοιλάδα τῶν Φαγαρὶμ καὶ τὴν σποδιὰν Φαγαρίμ.*

Τουτέστιν, ἔνθα τὰ νεκρὰ ῥίπτεται. *Καὶ τὴν σποδιάν*, ἀντὶ τοῦ, καὶ τὰ κοθέσια [*Ισ.* νεκροθέσια]. Τὸ αὐτὸ δὲ σημαίνει καὶ τὸ ἐπαγόμενον, *καὶ πᾶσαν Ἀνασαριμὼθ*, ἀντὶ, τόπον κοπρίας.

Ἕως χειμάρρου Κέδρου, ἕως τῆς γωνίας πύλης, ἵππων Ἀνατολῆς ἁγίασμα τῷ Κυρίῳ.

Τουτέστιν, ἃ πάλαι ἦν, ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸ ῥίπτεσθαι τὴν κόπρον, ταῦτα περιληφθήσεται εἰς τὴν πόλιν, καὶ κοσμηθήσεται, καὶ ἔσται ἅπας ὁ τόπος ἁγίασμα τῷ Κυρίῳ, τουτέστιν, ἀφωρισμένα τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ, *ἵππων Ἀνατολῆς*, τουτέστι, τῆς πύλης τῶν ἵππων τῆς ἐξ Ἀνατολῆς.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος.

Ὁρᾷς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν; τοσοῦτον ἠνέσχετο χρόνον αὐτῶν μετὰ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ παρασπονδῆσαι, καὶ οὐδὲ οὕτω γέγονε βελτίων· ἀλλὰ καὶ τῶν δεινῶν ἀπειλουμένων, ἴσος ἦν [ὁ αὐτός]· καὶ οὐκ ἤρκεσε τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν προφήτην κατέκλεισεν εἰς δεσμωτήριον.

Καὶ Ἱερεμίας ἐφυλάσσετο.

Τίνος ἕνεκεν; εἰπέ μοι. *Ἐπειδὴ λέγεις· Οὕτως εἶπε Κύριος· Ἰδοὺ δίδωμι τὴν πόλιν ταύτην.* Μὴ γὰρ ἐμὰ τὰ ῥήματά ἐστιν; Εἰ μὲν οὖν ἐμά, φοβεῖσθαι αὐτὰ οὐ χρή· εἰ δὲ οὐκ ἐμά, δεῖ πιστεύειν ὅτι οὐκ ἐμά ἐστι, καὶ ὅτι ἀληθῆ ἔσται· Ἀλλ' ἔθος τοῦτο τοῖς ἐλεγχομένοις λέγειν· *Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν.*

Καὶ ὁ λόγος Κυρίου.

Εἶτα ἵνα μὴ ἀπείπῃ, ἀγοράζει κελευσθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ. Τίς τοῦτο ἂν ἐποίησε; τῆς πόλεως ἁλίσκεσθαι μελλούσης οὗτος ἀγροὺς ἀγοράζει. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ἐβούλετο πιστεύεσθαι καὶ περὶ τῶν χρηστῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξέβη τὰ λυπηρὰ, καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἔδωκε πεῖραν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὁ Θεὸς, παραμυθεῖται αὐτοὺς ἐν τοῖς λυπηροῖς ταῖς ἐλπίσι τῶν χρηστῶν· καὶ οὐκέτι ῥήματα, ἀλλὰ πράγματα.

· Μηνύσας τοῦ λαοῦ τὴν ἄνοδον, πρὸς πληροφορίαν τῶν λεχθέντων προστάττει τῷ προφήτῃ ἐγκεκλεισμένῳ ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως φυλακῆς τὸν τοῦ Θείου ἀγρὸν, τουτέστι, τοῦ Ἀνανιὴλ, πρίασθαι, καὶ τοῦτο ποιήσας, καὶ τὰ γράμματα συντελέσας, καὶ τὴν νομὴν τοῦ ἀγροῦ δεξάμενος, προσέταξε τῷ Βαροὺχ ἐν ὀστρακίνῳ σκεύει καταθέσθαι τὸ βιβλίον, μήνυμα τοῦ αὖθις τὴν γῆν ἐν ἀπολαύσει τοῦ λαοῦ ἔσεσθαι. Τοῦ δὲ Βαροὺχ περιεστῶτος τὴν πόλιν, δέκατον γὰρ ἦν ἔτος τῆς βασιλείας Σεδεκίου, ἐν ᾧπερ ἀνελθὼν ὁ Βαβυλώνιος ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἱκετεύει τὸν Θεὸν θαυμάζων ἐπὶ τῷ γενομένῳ ἢ πῶς προσέταξε τὸν ἀγρὸν λαβεῖν, εἴπερ τὴν πόλιν προδίδωσι, καὶ ὥσπερ εἴς τινα ἀμφιβολίαν κατέστη ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι· λέγει τοίνυν ἀκολούθως, ὡς τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ἀποκρινομένου.

[10] Sap. II, 12.

Usque ad colles Garib (nomen loci) : *et circumdabitur Goatha* (iterum nomen loci).

· Vers. 40. *Et omnem vallem Phaagarim, et cinerem Phaagarim.*

Hoc est, quo cadavera projiciuntur. *Et cinerem* pro *mortuorum arcas.* Hoc idem significat et quod subdit : *Et omnem Anasarimoth* : locum scilicet stercoris.

Usque ad torrentem Cedron, usque ad angulum portæ equorum Orientis sanctum Domino.

Id est, quæ prius erant, extra civitatem quo ejiciebatur stercus, hæc cingentur, et ornabuntur, et erit omnis locus sanctificium Domino, segregata scilicet Deo. Illud autem, *equorum Orientis*, videlicet portæ equorum, quæ Orientem versus sita erat.

CAP. XXXII.

Vers. 1. *Verbum quod factum est.*

Viden' Dei tolerantiam ? tanto tempore eos sustinuit post defectionem violatasque pactiones ; nec tamen ille melior evasit, sed et dum minæ in eum jactarentur idem erat, neque hoc satis fuit, sed et prophetam conjecit in carcerem.

Vers. 2. *Et Jeremias custodiebatur.*

Quamobrem dicas quæso. *Quoniam dicis : Sic dicit Dominus : Ecce ego do civitatem istam.* Num verba hæc mea sunt ? Si mea sunt, timenda non sunt ; si vero non mea, credendum est mea non esse, veraque futura, sed mos eorum est qui redarguuntur dicere : *Ligemus justum, quoniam inutilis est* [10].

Vers. 6. *Et verbum Domini.*

Deinde ne desperet, emit a Deo jussus. Quis faceret hoc? cum urbs diripienda esset, hic agros emit. *Et paulo inferius.* Fidem sibi etiam de bonis haberi volebat. Nam quia noxia reipsa evenerunt, experimentoque suam Deus potentiam reipsa ostendit, consolatur eos in adversis spe bonorum ; nec amplius verba, sed facta.

· Cum populi regressum significasset, ad plenam dictorum comprobationem præcipit prophetæ in regio carcere occluso, ut patrui agrum, Ananiel scilicet, emat ; quo peracto, et scripturis confectis, atque possessione recepta, jussit Baruch ut poneret librum in vase testaceo, in signum nempe quod populus iterum illa potiturus esset terra. Verum cum Baruch civitatem circuiret, decimus enim erat annus regni Sedeciæ, quo Babylonius irrumpens, Jerusalem obsidebat, Deum exorat, de re gesta obstupescens, vel qua ratione agrum emi jusserit, si civitatem esset traditurus, et quasi dubius colloquitur de rebus dictis : continuat itaque orationem, ac si Deus ipsi responderet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VERS. 17. *Tu qui es, Domine.*

Non temere hac voce utitur, *Qui es, Domine*. Non dici potest, Præteribit : semper potes, semper enim Dominus es. Igitur potens rerum es.

Et reddis.

Non ait, *ad tertiam et quartam generationem*, sed silentio præterit ; vult enim illis misericordiam rursus impendi. Potentiæ opus hoc est, et in præsens salvare posse, et posteros punire. Quasi diceret : Qui potes filios castigare, alios vero ex progenitoribus salvare. Quare ait : Nullum tibi verbum erit impossibile, sive libeat misereri, sive punire, sive ad longum tempus.

VERS. 19. *Deus magne.*

Quod apud homines divisum est, sapientia et potentia.

Oculi tui.

